



KL Januarius habet dies. xxxj. Luna vero. xxx.
Nox habet horas. xvj. Dies vero. viij.

iij	A	Januarij.		Circuncisio domini. duplex.	Dies eger
	b	iiij	No.	Octa. s. stephani prothomartyris. duplex.	
xj	c	iij	No.	Festū scte genouefe dup. Octa. s. iohānis mēo.	
	d	ij	No.	Octa. innocentium. ix. lectio. cum classico.	
xix	e		Non.	Symeonis monachi et confessoris memoria.	
viij	f	viij	Id	Epyphania domini festum solenne cum octa.	
	g	vij	Id	Clauis septuagesime.	
xvj	A	vj	Id		
v	b	v	Id		
	c	iiij	Id	Guil. archiepi bituricē. d. Pauli. j. heremi. mēo.	
xiij	d	iij	Id		
ij	e	ij	Id		
	f		Idus.	Oct. epypha. ix. l. cū cl. Remigij epi z cfes. mēo.	
x	g	xix	kl.	Februa. Hilarij epi z cfes. ix. lc. Felicis in pinc. mēo.	
	A	xviij	kl	Mauri abba. et cfes. iij. lec. de epistolis pauli.	
xviij	b	xvij	kl	Marcelli pa. z mr. iij. lec. de vita ipsi9 mis. ppria	
vij	c	xvj	kl	Anthonij cfes. iij. lc. cū cl. Speusippi eleusipi et	
	d	xv	kl	Prisce vg. iij. lc. de epl'is. v. (meleusipi.	xvj
xv	e	xiiij	kl	Marie z marthe. iij. l. d vi. ipsaz. Sol i aquario	
iiij	f	xiij	kl	Fabiani et sebastiani mar. ix. l. cū classico.	xiij
	g	xij	kl	Agnetis virginis. duplex.	ij
xij	A	xj	kl	Vincētij mr. du. cū oct. nisi. lxx. impe. z tū. lxx. nō	
j	b	x	kl	Emerētiane vg. me. (ipe. qn fiat me. p octa.	x
	c	ix	kl		
ix	d	viij	kl	Cōuersio pauli. ix. l. cū cl. Preiecti mr. me.	xviij
	e	vij	kl	Policarpi psbyteri et paule vidue memoria.	vij
xvij	f	vj	kl		
vj	g	v	kl	Agnetis secūdo. iij. lec. cū cl. Clauis. xl.	xv
	A	iiij	kl	Oct. s. vincētij. iij. l. cū clas. nisi. lxx. impe.	iiij
xiiij	b	iij	kl	Aldegundis virginis. iij. lectio. memoria.	
iij	c	ij	kl	Saturnini tirsi et victoris. iij. lec. memo.	xij

Quere aureū numerū anni presentis versus dexterā de nigro impressum: et sub eodem dominica proxima sequente impone septuagesimā

In iano claris: calidisqz cibis potiaris.
Atqz decens potus: post fercula sit tibi notus.
Ledit enim medo: tunc potus vti bene credo.
Balnea tunc intres: et venam scindere cures.



Et februus algeo clamat.

KL Februarius habet dies. xxviij. Luna vero. xxix.
Nox habet hoꝛas. xiiij. Dies vero. x.

	d		Febꝛua.	Ignatij martyꝛis Bꝛigide virginis memo.	f
xj	e	iiij	No.	Puri. b. ma. fes. tot. cũ octa. nisi. lxx. impe.	ix
xix	f	iij	No.	Blasij epi et martyꝛis. iij. lectio. cum classico.	
viij	g	ij	No.	Alexãdꝛi cõfesso. memoꝛia.	Dies eger.
	A		Non.	Agathe virgi. et mar. ix. lec. cum classico.	xvij
xvj	b	viij	Idus	Vedasti ⁊ amãdi ꝯf. mẽo. Doꝛothee ỽg. m̃r.	vj
v	c	vij	Idus	Initium veris	
	d	vj	Idus	Primum. xl.	xiiij
xiij	e	v	Idus	Octa. purifi. ix. lec. cũ clas. nisi. lxx. impe.	iij
ij	f	iiij	Idus	Scolastice virgi. Sotheris virgi. zotici Hyꝛe=	
	g	iij	Idus	(nei et iacincti mar. mẽo.	xj
x	A	ij	Idus		
	b		Idus.		xix
xviij	c	xvj	kl.	Martij. Valẽtini m̃r. Felicu. ⁊ zeno. m̃r. mẽo.	viij
vij	d	xv	kl	Sol in piscibus.	
	e	xiiij	kl	Iuliane virginis memoꝛia.	
xv	f	xiij	kl		
iiij	g	xij	kl		
	A	xj	kl		
xij	b	x	kl		
j	c	ix	kl		
	d	viij	kl	Cathedꝛa sancti petri. ix. lec. cũ cl.	Ver oꝛitur.
ix	e	vij	kl		
	f	vj	kl	Mathie apostoli duplex.	Locus bisexti.
xvij	g	v	kl		
vj	A	iiij	kl	Agricole epi et cõfessoꝛis mẽo.	Dies eger.
	b	iij	kl		
xiiij	c	ij	kl		

Modus inueniendi festa mobilia. ¶ Habita. lxx. alicuius anni reliqua fes. mobilia per ipsam taliter appꝛehẽdes. nam a. lxx. iij. septimane ad xl. et a. xl. vj. ad pascha: et a pascha. v. ad rogationes: et a rogationib⁹ ij. ebdoma. vsqꝫ ad festum penthecostes semper computantur.

¶ Nascitur occulta febꝛis tibi febꝛuo multa.
Potibus ac escis minui si tunc bene nescis.
Frigus et hoꝛroꝛem fuge: pollice funde cruoꝛem.
Sugge fauum mellis: quo moꝛbum pectoꝛe pellis.

Martius arua fodit.

KL				Martius habet dies. xxxj. Luna vero. xxx. Nox habet horas. xij. Dies vero. xij.
iij	d	Martij.		Albini episcopi et cõfes. memo. Dies eger.
	e	vj	No.	
xj	f	v	No.	Camille virginis memoria.
	g	iiij	No.	
xix	A	iij	No.	
viij	b	ij	No.	Prima incensio lune paschalis.
	c		None.	Perpetue et felicitatis martyrum memoria.
xvj	d	viij	Idus	
v	e	vij	Idus	Dedicatio beate marie de charitate
	f	vj	Idus	
xiij	g	v	Idus	Vigilij epi et mar. ix. le. cũ clas. Clauis pasche.
ij	A	iiij	Idus	Gregorij pape et cõfessoris duplex.
	b	iij	Idus	
x	c	ij	Idus	
	d		Idus.	
xviij	e	xvij	kl. Aprilis.	
vij	f	xvj	kl	
	g	xv	kl	Sol in ariete. Prima dies seculi.
xv	A	xiiij	kl	
iiij	b	xiij	kl	
	c	xij	kl	Bñdicti abba. et ɔfes. ix. lec. cũ clas. Equinoctiũ.
xij	d	xj	kl	
j	e	x	kl	Locus epactarũ. Primum pascha.
	f	ix	kl	Concurrentium locus.
ix	g	viij	kl	Annunciatio beate marie festum solenne.
	A	vij	kl	
xvij	b	vj	kl	Resurrectio domini. Romuli abbatis.
vj	c	v	kl	Dies eger.
	d	iiij	kl	
xiiij	e	iij	kl	
iij	f	ij	kl	

¶ Martius humores gignit: variosq; dolores.
Sume cibum pure: cocturas si placet vre.
Balnea sũt sana: sed queq; superfluabana.
Vena nec abdẽda: nec potio sit tribuẽda.

Aprilis florida nutrit.

BL Aprilis habet dies.xxx.Luna vero.xxix.
Nox habet horas.x.Dies vero.xiiij.

	g	Aprilis.		
xi	A	iiij	No.	
	b	iij	No.	
xix	c	ij	No.	Ambrosij episcopi et confessoris duplex.
viij	d	None.		Ultima incensio lune paschalis.
xvj	e	viij	Id	
v	f	vij	Id	
	g	vj	Id	
xiij	A	v	Id	
ij	b	iiij	Id	Palladij epi et ꝯfesso.iij.lec.cũ clas. Dies eger
	c	iij	Id	
x	d	ij	Id	Tretricij epi et mar.iij.lec.cum Te deum.
	e	Idus.		
xviij	f	xviij	kl.Maij	Tyburcij ⁊ valeriani ⁊ maximia.mar.meõ.
vij	g	xvij	kl	
	A	xvj	kl	
xv	b	xv	kl	Sol in tauro
iiij	c	xiiij	kl	
	d	xiij	kl	
xij	e	xij	kl	Mamertini ⁊ maria. ꝯfes.iij.l.cũ cl. Dies eger
j	f	xj	kl	
	g	x	kl	
ix	A	ix	kl	Georgij martyris.iij.lec.cum Te deum.
	b	viij	kl	
xvij	c	vij	kl	Marci euã.ð.Letania maior. Ultimũ pascha
vj	d	vj	kl	Cleti et marcellini pape et marty.memoria.
	e	v	kl	
xiiij	f	iiij	kl	Vitalis martyris memoria et missa propria.
iij	g	iij	kl	
	A	ij	kl	Eutropij episcopi et martyris.

Se probat in vere vires aprilis habere.
Cũcta renascũtur: cũctiq; pori referantur
In quo scalpescit corp⁹: sãguis quoq; crescit
Ergo soluatur venter: cruor minuatur.

KL Maius habet dies. xxxj. Luna. xxx.
Nox habet horas. viij. dies vero. xvj.

xj	b	vij	Maij	Philippi ⁊ iacobi dup. Anatoris cõfes. memo.
	c	vj	No	Optati memorij sanctini p̃sbytero. ⁊ cõfes. me.
xix	d	v	No	Inuẽtio scẽ crucis dup. Alexãdri euẽtij et theo=
viij	e	iiij	No	Helene vg. du. Corcodomi ɔfes. me. (doli mr. me.
	f	iij	No	Iuuiniani martyris. memoria.
xvj	g	ij	No	Trãslatio stephani dup. Iohãnis añ portã lati
v	A		Nonas	(nã. iij. l. cũ cl. Valerij ⁊ valeriani. me.
	b	viij	Id	Eladij epi ⁊ cõfessoris. iij. lec. cũ classico.
xiij	c	vij	Id	Translatio sancti Nicholai. iij. lec. cum classi.
ij	d	vj	Id	Gordiani et epimachi martyrum memoria.
	e	v	Id	
x	f	iiij	Id	Nerei achilei et pancratij mr. me. Missa ppria.
	g	iij	Id	Marcellini epi ⁊ cõfes. iij. lec. cũ cl. memo. ad m.
xviij	A	ij	Id	
vij	b		Idus	Primum penthe. Lex data est moysi.
	c	xvij	kl	Iunij. Peregrini primi epi ãtissio. m. du. cũ oc.
xv	d	xvj	kl	(Honorati.
iiij	e	xv	kl	Sol in geminis.
	f	xiiij	kl	
xij	g	xiij	kl	Baudelij marty. Austregesilij cõfes. memoria.
i	A	xij	kl	Vallis confessoris. memoria.
	b	xj	kl	Romani cõfes. et helene virginis memoria.
ix	c	x	kl	Desiderij episcopi ⁊ martyris. memoria.
	d	ix	kl	Donatiani ⁊ rogatiani martyrum memoria.
xvij	e	viij	kl	Sanctarũ marie iacobi ⁊ salome sororũ du. Ur
vj	f	vij	kl	Prisci sociorũq; eius me. (bani pape mr. me.
	g	vj	kl	
xiiij	A	v	kl	
iij	b	iiij	kl	
	c	iij	kl	
xj	d	ij	kl	Petronille virginis memoria.

¶ Maio secure laxari sit tibi cure.
Scindatur vena: sed balnea dentur amena.
Cum calidis rebus sint fercula seu speciebus.
Potibus astricta: sit saluia cum benedicta.

KL Junius habet dies. xxx. Luna vero. xxix.
Nox habet horas. vj. Dies vero. xviij.

	e		Junius	Nichomedis reueriani & pauli marty. memo.
xix	f	iiij	No.	Marcellini & petri mar. memo. Missa propria.
viij	g	iij	No.	Liphardi confessoris. memoria.
xvj	A	ij	No.	
v	b		Non.	
	c	viij	Id.	
xiij	d	vij	Id.	
ij	e	vj	Id	Medardi & gildardi epozum & confesso. memo.
	f	v	Id	Primi & feliciani mar. memo. Missa propria.
x	g	iiij	Id	Censurij epi & confes. iij. lc. cū clas. Dies eger.
	A	iij	Id	Barnabe apostoli duplex.
xviij	b	ij	Id	Basilidis sirini naboris et nazarij marty. me.
vij	c		Idus	Felicule virginis. iij. lec. cum classico.
	d	xviij	kal	Julij. Valerij & Ruffi martyrum memoria.
xv	e	xvij	kl	Viti & modesti & crescentie virginis memoria.
iiij	f	xvj	kl	Felicis cirici & iuli. ix. lec. cū cl. Trās. s. ferreo. m.
	g	xv	kl	Auiti confesso. memoria. Sol in cancro.
xij	A	xiiij	kl	Marci & marcelliani mar. me. Missa propria.
j	b	xiij	kl	Geruasij & prothasij marty. ix. lec. cum classico.
	c	xij	kl	Dies maior secundum quosdam.
ix	d	xj	kl	
	e	x	kl	Decem milium mar. dup. Albani sociorumq; eius.
xvij	f	ix	kl	Vigilia. (mēo. iij. lec. de proprietate.
vj	g	viij	kl	Natiuitas sācti Johānis baptiste. fest. so. cū oc.
	A	vij	kl	Translatio Eligij epi & confessoris duplex.
xiiij	b	vj	kl	Johannis & Pauli marty. iij. lec. cum classico.
iij	c	v	kl	
	d	iiij	kl	Leonis pape & confessoris. memo. Vigilia.
xj	e	iij	kl	Petri & Pauli apostolorum duplex cum octa.
	f	ij	kl	Cōmemoratio sancti Pauli apostoli duplex.

In iunio gentes perturbat medo bibentes.
Atq; nouellarum fuge potus ceruisiarum.
Ne noceat colera: valet hec refectio vera.
Lactuce frondes ede: ieiunus bibe fontes.

KL Julius habet dies.xxxi. Luna vero.xxx.
Nox habet horas.viij. Dies vero.xvj.

xix	g	Julij		Octa. sancti Johãnis. duplex.
viij	A	vj	No	Processi et martiniani marty. me. Visita. b. ma.
	b	v	No	Passio sancti Thome. iij. lec. cum classico.
xvj	c	iiij	No	Trãslatio sctí Martini epí et cõfes. iij. le. cũ clas.
v	d	iij	No	
	e	ij	No	Octa. apĺoꝝ Petri et Pauli. iij. lec. cum classico.
xiij	f		Non.	Marcialis episcopi et confessoris duplex.
ij	g	viij	Id	
	A	vij	Id	Dedicatio ecclesie altissiodorẽñ. solen. cũ octa.
x	b	vj	Id	Septẽ fratrũ mar. iij. lc. de vita ipoꝝ. mis. ppria
	c	v	Id	Trãslatio sancti Benedicti. iij. lec. de vita.
xviij	d	iiij	Id	Exceptio sctí Amatoris. du. Felicis nabo. me.
vij	e	iij	Id	Margarete virginis. iij. lec. de vita eius.
	f	ij	Id	
xv	g		Idus	Diuisio apĺorũ. iij. lec. cũ cla. Dies caniculares
iiij	A	xvij	kl	Augusti. Octa. dedica. ix. lectio.
	b	xvj	kl	Theodosij epí et cõfes. iij. lec. cum classico.
xij	c	xv	kl	Arnulphi epí et confessoris memo. Sol in leone
j	d	xiiij	kl	Arsennij confessoris. memoria.
	e	xiij	kl	Martini confessoris memoria.
ix	f	xij	kl	Victoris marty. dup. Praxedis virginis mem.
	g	xj	kl	Marie magdalene dup. cũ octa. Dies eger.
xvij	A	x	kl	Apolinaris martyris memoria.
vj	b	ix	kl	Christine virginis memoria.
	c	viij	kl	Jacobi apĺi dup. Christofori et cucufatis mar. m.
xiiij	d	vij	kl	Anne matris beate marie duplex.
iij	e	vj	kl	Etherij epí. et cõfes. iij. lec. cum classico.
	f	v	kl	Marthe vgi. ix. lc. cũ clas. Nazarij et celsi mr. m.
xj	g	iiij	kl	Oct. mag. iij. l. cũ cla. Felicis simplicij et faustini
xix	A	iij	kl	Vrsi ep. iij. l. cũ cl. (beatricis abdõ et sen. et lupi. m.
	b	ij	kl	Trãslatus sctí germani epí antissiod. du. cũ oct.

Qui vult solamẽ/iulio probet hoc medicamen.
Venam non scindat: nec ventrem potio ledat.
Somnum compescat: et balnea cuncta pauescat.
Sitq; recens vnda: simul allia saluia munda.

KL Augustus habet dies.xxxi.Luna vero.xxx.
Nox habet horas.x.Dies vero.xiiii.

viii	c		Augustus	Petri ad vincula.ix.lc.Eusebii mr.machabeorũ.
xvi	d	iiii	No	Stephani pa.& mr.iii.lec.cũ cl. (me.Feliculę m.
v	e	iii	No	Inuentio sancti Stephani festũ annuale cũ oct.
	f	ii	No	
xiii	g		Non	Cassiani episcopi et confessoris memoria.
ii	A	viii	Id	Trãsfiguratio dñi.du.Sixti felicissimi et aga=
	b	vii	Id	Donati epi et marty.memo. (piti memo.
x	c	vi	Id	Ciriaci cũ sociis suis.memoria.
	d	v	Id	Octa.s.stepha.ppetho.du.Romãi.m.me.Vigil.
xviii	e	iiii	Id	Laurentii martyris dup.cum octa.
vii	f	iii	Id	Trãslatio scte corone du p̃. Tyburtii mar.me.
	g	ii	Id	
xv	A		Idus	Hypoliti & cassiani marty.& Radegũdis reginę
iiii	b	xix	kl	Septẽbris Eusebii confes.memo. Vigilia.
	c	xviii	kl	Assũptio btẽ Marie vgi.fest.annuale cũ octa.
xii	d	xvii	kl	Missa de oct.s.laurẽ.sine credo sine pfa.nisi do.
i	e	xvi	kl	Mãmetis marty.duplex. Sol in virgine.
	f	xv	kl	Agapiti martyris memoria.
ix	g	xiiii	kl	Magni episcopi & martyris memoria.
	A	xiii	kl	Philiberti abbatis & confessoris.memoria.
xvii	b	xii	kl	Renoberti episcopi et confessoris.memoria.
vi	c	xi	kl	Octa.btẽ marie du.Tymothei & simpho.meo.
	d	x	kl	Simphoriani marty.ix.lec.cum classico.
xiiii	e	ix	kl	Bartholomei apostoli duplex.
iii	f	viii	kl	Ludouici regis frãcie & cõfes.dup.Genesii & iusti
	g	vii	kl	Eleutherii epi et cõfes.iii.lc.cũ cl. (et pasto.me.
xi	A	vi	kl	Ruffi mr.me.Trãslatio supplicii epi et cõfesso.
xix	b	v	kl	Augustini epi et cõfes.du.cũ oct.Hermẽ.& iuliani
	c	iiii	kl	Decollatio scti Johãnis bap.du. Sabine m.me.
viii	d	iii	kl	Felicis & adaucti.mr.meo. Fiacrii confessoris
	e	ii	kl	Optati epi & confesso.iii.lec.cum classico.

Quisquis in augusto viuat medicamine iusto.
Raro dormitet:estum coitum quoqz vitet.
Balnea non curet:nec longua comestio duret.
Nemo laxari debet:nec fleubothomari.

KL September habet dies.xxx. Luna vero.xxx.
Nox habet horas.xij. Dies vero.xij.

xvj	f		Septemb.	Lupi archiepi senoñ.ix.lec.cũ clas.Egidij abba
v	g	iiij	No.	(tis et prisci martyris memoria.
	A	iij	No.	
xiij	b	ij	No.	Octa.augustini cũ clas.Marcelli mar.memo.
ij	c		Noñ.	
	d	viij	Id	
x	e	vij	Id	Euulsi Clodoaldi.Johãnis et regine mẽoria.
	f	vj	Id	Nati.btẽ ma.vgi.sol.cũ octa.Adriani memo.
xviij	g	v	Id	Gorgonij martyris memoria.
vij	A	iiij	Id	
	b	iij	Id	Prothi et Jacincti memoria.
xv	c	ij	Id	
iiij	d		Idus	
	e	xviij	kl.	Octob.Exaltatio sctẽ crucis du.Corne.et cypriani.
xij	f	xvij	kl	Oct.btẽ ma.ix.lc.cũ cl.Nichomedis mar.mẽo.
j	g	xvj	kl	Eufemie vg.et mr. Lucie et geminia.iij.l.de bi.
	A	xv	kl	Lãberti epi et martyris.iij.lectiones de biblia
ix	b	xiiij	kl	
	c	xiij	kl	Ferreoli mar.et sequani cõfes. iij.lec.de biblia.
xvij	d	xij	kl	Vigilia.
vj	e	xj	kl	Matthei apostoli et euãgeliste duplex.
	f	x	kl	Mauricij cũ so.ix.lec.cũ cl.Siluani cõfessoris
xiiij	g	ix	kl	Tecle virgi. et martyris.iij.lec.de vita ipsius.
iij	A	viij	kl	Andochij tirsi et felicis.iij.lectiones de biblia.
	b	vij	kl	Annarij epi et cõfes.ix.lectiones cum classico.
xj	c	vj	kl	Cypriani et iustine virgi.et mar.iij.lec.de biblia
xix	d	v	kl	Cosme et damiani martyrũ duplex.
	e	iiij	kl	Allodij epi et cõfesso.iij.lec.cum classico.
viij	f	iij	kl	Michaelis archãg.du.Fraterni epi et mr.mẽo.
	g	ij	kl	Hieronymi presbyteri cardinalis duplex.

¶ Fructus maturi septembri sunt valituri.
Et pira cum vino: panis cum lacte caprino.
Quamque dat vrtica tibi potio fertur amica.
Tunc venam pandas: species cum semine mandas.

KL October habet dies.xxxi. Luna vero.xxx.
Nox habet horas.xiiij. Dies vero.x.

xvi	A	October.		Depositio germani epi ⁊ 2f.d.cũ oct. Remigij
v	b	vi	No.	Leodegarij epi ⁊ mr.ix.l.cl. (⁊ vedasti 2f.mar.
xiij	c	v	No.	Dies eger.
ij	d	iiij	No.	Frãcisci cõfes.dup. Marci confesso. memoꝛia.
	e	iij	No.	Firmati et flauie.memoꝛia.
x	f	ij	No.	Romani epi et mar.iij.lectiones cum classico.
	g		Non	Marci pape/marcelli/apulei/sergij/et bachi.
xviij	A	viij	Id	Octa.germa.iij.l.cũ cl. Pelagie palladie ⁊ poꝛ
vij	b	vij	Id	Dyonisij rustici ⁊ eleuthe.du.cu oc.(carie mẽo.
	c	vi	Id	
xv	d	v	Id	
iiij	e	iiij	Id	
	f	iij	Id	
xij	g	ij	Id	Calixti pape et martyꝛis memoꝛia.
i	A		Idus.	Leonardi ab.⁊ cõfes.iij.lec.cum classico.
	b	xvij	kl. Nouẽb.	Octa.dyonisij.iij.lectio.cum classico.
ix	c	xvi	kl	Reuelatio.s.michaelis i mõte tũba.iij.l.cũ cla.
	d	xv	kl	Luce euãgeliste dup. Sol in scoꝛpione.
xvij	e	xiiij	kl	Sauiniani ⁊ potẽtiani mar.dup. Verani epi et
vi	f	xiij	kl	(cõfes.iij.lec.cũ clas.et transfertur.
	g	xij	kl	Iusti mar. iij.lec.cũ clas. Undecim miliũ vgi.
xiiij	A	xi	kl	
iij	b	x	kl	Seuerini episcopi et confessoꝛis memoꝛia.
	c	ix	kl	
xi	d	viij	kl	Crispini ⁊ crispiniani mar.iij.lec.de vita ipsoꝝ
xix	e	vij	kl	
	f	vi	kl	Desiderij epi ⁊ cõfes.iij.lec.cũ clas. Vigilia.
viij	g	v	kl	Symonis et iude apostoloꝛum.duplex.
	A	iiij	kl	
xvi	b	iij	kl	
v	c	ij	kl	Quintini mar.iij.lec.et fit dieta. Vigilia.

¶ October vina pꝛebet:cum carne ferina.
Necnõ aucina:caro tũc valet et volucrina.
Quãuis sit sana:tamen est repletio vana.
Quantũ vis comede sed non pꝛecoꝛdia lede.

KL Nouember habet dies.xxx. Luna vero.xxx.
Nox habet horas.xvj. Dies vero.viij.

	d		Nouember.	Feſtiuitas oim̃ ſanctorum ſolenne cum octa.
xiij	e	iiij	No.	Cõmemoratio oim̃ fideliũ defunctorum dup.
ij	f	iij	No.	
	g	ij	No.	
x	A		Noñ.	Dies eger.
	b	viij	Idus	
xviij	c	vij	Idus	
vij	d	vj	Idus	Quatuor coronato.⁊ oc.oim̃ ſctõrũ.ix.l.cũ.cl.
	e	v	Idus	Euſtachij mr̃.cũ ſo.iij.lc.cũ cl. Theodori mẽo.
xv	f	iiij	Idus	Martini pape et mar.iij.lec.de biblia.
iiij	g	iij	Idus	Martini epi et ɔfeſ.dup.cũ oct. Mẽne mr̃. mẽo.
	A	ij	Idus	
xij	b		Idus.	Bricij epi et cõfeſ.ix.lectiones cũ claſſico.
j	c	xviij	kl.	Decẽbris. Exceptio ſãcti alexãdri pape ⁊ mar.dup.
	d	xvij	kl.	
ix	e	xvj	kl.	Edmundi [illegible] ſcopi & [illegible]
	f	xv	kl.	Aniani epi et confeſſo. dup. Sol in ſagittario.
xvij	g	xiiij	kl.	Trãſlatio ſãcti ſtephani ꝓthomr. ſol.ſine oct.
vj	A	xiij	kl.	
	b	xij	kl.	
xiiij	c	xj	kl.	preſentatio beate marie virginis duplex
iiij	d	x	kl.	Cecilie virginis et marty.ix.lect. cum claſſico.
	e	ix	kl.	Clemẽtis pa.et mr̃.ix.lc.cũ claſ. Felicitat mẽo.
xi	f	viij	kl.	Griſogoni martyris.iij.lectiones de biblia.
xix	g	vij	kl.	Katherine virginis et martyris duplex.
	A	vj	kl.	Lini pape et martyris.iij.lectiones de biblia.
viij	b	v	kl.	Vitalis et agricole mar.iij.lectio.de vita ipſoꝝ
	c	iiij	kl.	Trãſlatio.ſ.vigilij epi et mar.lectio.de biblia.
xvj	d	iij	kl.	Saturnini epi ⁊ mar.iij.lc.de vita ipſiꝰ. Vigil.
v	e	ij	kl.	Andree apli dup.cum octa.vſq; ad aduentum.

Vis ſanus fieri: curetur reuma nouembri.
Quodq; nocens vita: tua ſit precioſa dieta.
Balnea cum venere: tunc nulli proſit habere.
Potio ſit ſana: nec iuſta minutio vana.

BL December habet dies. xxxj. Luna vero. xxx.
Nox habet horas. xviij. Dies vero. vj.

	f	v	Decēb.	Crisanti et darie martyrum. ix. lec. cum classico.
xiij	g	iiij	No.	Eligij episcopi et confessoris.
ij	A	iij	No.	
[illegible]	b	ij	No.	Barbare virginis et martyris
	c		Nonas.	
xviij	d	viij	Idus	Nicolai episcopi et confessoris duplex.
vij	e	vij	Idus	
	f	vj	Idus	Conceptio beate marie virginis solē. sine octaua. si dominica euenerit differtur in crastinū
xv	g	v	Idus	
iiij	A	iiij	Idus	
	b	iij	Idus	
xij	c	ij	Idus	
i	d		Idus	Lucie virginis. iij. lectiones cum classico
	e	xix	kl. Jan.	Nicasij sociorumqz eius duplex.
ix	f	xviij	kl.	O sapientia.
	g	xvij	kl	
xvij	A	xvj	kl	Lazarij martyris memoria.
vj	b	xv	kl	
	c	xiiij	kl	Gregorij episcopi et confessoris semidup. mēo.
xiiij	d	xiij	kl	
iij	e	xij	kl	Thome apostoli duplex.
	f	xj	kl	
xj	g	x	kl	
xix	A	ix	kl	Vigilia.
	b	viij	kl	Natiuitas dn̄i fes. annuale. cū oct. Anastasie.
viij	c	vij	kl	Stephani prothom̄r. fes. annuale cum octa.
	d	vj	kl	Johannis apostoli. duplex cum octaua.
xvj	e	v	kl	Sanctorum innocentium duplex cum octaua
v	f	iiij	kl	Thome martyris duplex.
	g	iij	kl	
xiij	A	ij	kl	Siluestri pape et cōfessoris. ix. lec. cū classico.

Sane sunt mēbris: res calide mense decēbris.
Frigus vitetur: capitalis vena scindatur.
Lotio sit vana. sed vasis potio cara.
Sit tepidus potus: frigore contrarie totus.

¶ Ad faciendam aquam bñdictã.



Adiutoriũ nostrum in nomine dñi. Qui fecit celum et terrã. Sit nomen dñi benedictũ. Ex hoc nũc et vsq; in seculum.

¶ Exorcismus salis.

Exorciso te creatura salis per ✠ deum viuum per ✠ deum verum per ✠ deum sanctũ per deũ qui te per heliseum prophetam in aquam mitti iussit vt sanaretur sterilitas aque vt efficiaris sal exorcisatũ in salutem credentium: vt sis omnibus te sumentibus sanitas anime et corporis: et effugiat atq; discedat ab eo loco quo aspersum fueris omnis fantasia ⁊ nequitia vel versutia diabolice fraudis. omnisq; spiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen. Oremus.

Immensam clementiam tuã omnipotens eterne deus humiliter imploramus. vt hanc creaturã salis quam in vsum generis humani tribuisti ✠ benedicere ⁊ sãctificare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumentibus salus mẽtis et corporis. vt quicquid ex eo tactũ vel aspersum fuerit careat omni immundicia/ omniq; impugnatione spiritalis nequitie. Per virtutem domini nostri iesu christi qui venturus est iudicare viuos et mortuos et seculum per ignem. Amen.

¶ Exorcismus aque.

Exorciso te creatura aque in nomine dei patris omnipotẽtis: ⁊ in noĩe iesu christi filij eiusdem domini nostri ✠ et in virtutẽ spiritussancti ✠ vt fias aqua exorcisata ad effugandam omnem potestatem inimici: et ipsum inimicũ eradicare et explantare valeas cũ angelis suis apostaticis. Per virtutem eiusdem domini nostri iesu christi qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignẽ Amen. Oremus.

Deus qui ad salutem humani generis maxima queq; sacramẽta in aquarũ substãtia cõdidisti: adesto propicius inuocationibus nostris: ⁊ elemẽto huic multimodis purificationibus preparato virtutem tue ✠ benedictionis infunde: vt creatura mysterij tui tibi seruiens ad abijciendos demones morbosq; pellendos diuine gratie sumat effectum. vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hec vnda resperserit careat omni immundicia/ liberetur a noxa. Non illic resideat spiritus pestilens/ non aura corrumpens: discedãt omnes insidie latentis inimici. ⁊ si quid est qđ aut incolumitati habitantium inuidet aut quieti: aspersione huius aque effugiat. vt salubritas per inuocationẽ tui nominis expetita ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Hic misceatur sal cum aqua in modum crucis. Commixtio salis et aque pariter fiat. In nomine patris et filij et spiritussancti. Amen Dñs vobiscũ. Et cũ spũ tuo Oremus

DEus inuicte virtutis auctoꝛ et inſuperabilis imperij rex ac ſemper magnificus triũphatoꝛ qui aduerſe dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis ſeuitiam ſuperas: qui hoſtiles neq̃tias potens expugnas: te dñe tremẽtes ac ſupplices depcamur ac petimus vt hanc creaturã ſalis et aque ✠ dignanter accipias / benignus illuſtres ✠ pietatis tue moꝛe ſanctifices. vt vbicunq; fuerit aſperſa per inuocationem ſancti tui nõis õis infeſtatio immũdi ſpũs abijciatur terroꝛq; veneno ſi ſerpẽtis pcul pellatur: et pꝛeſentia ſancti ſpirit⁹ nobis miam tuã poſcẽtibus vbiq; adeſſe dignetur. Per dñm. In vnitate eiuſdem. Poſtmodum aqua aſpergatur cantãdo hanc antiphonã.

ASperges me domine yſopo et mundaboꝛ: lauabis me et ſuper niuem dealbaboꝛ. Ps. Miſerere mei deus. Secundum magnam miſericoꝛdiam tuã. Gloria patri et filio. ¶ In tempoꝛe paſchali ſequens antiphona dicitur.

VIdi aquam egrediẽtem de templo a latere dextro alleluya: et omnes ad quos peruenit aqua iſta ſalui facti ſunt alleluya alleluya alleluya. Oꝛatio.

OMnipotẽs ſempiterne deus: qui ſacerdotibus tuis tantã pꝛe ceteris gratiam contuliſti: vt quicquid in tuo nomine ab eis digne perfecteq; agitur a te fieri credatur: queſumus immenſam clementiam tuam. vt que modo viſitaturi ſumus atq; benedicturi: intercedente beata maria ſemper virgine beato ſtephano pꝛothomartyre tuo cum omnibus ſanctis viſites ✠ benedicas: ſit ad noſtre humilitatis introitum ſanctoꝛum tuoꝛum meritis fuga demonum et angeli pacis ingreſſus. Per chꝛiſtum dominum noſtrum. Amen. Deinde fit pꝛoceſſio conſueta et in reditu ad foꝛes eccleſie dicitur oꝛatio. Via ſanctoꝛum. vide infra.

¶ In eccleſijs parrochialibus dioceſis Autiſſiodoꝛẽſis dicitur oꝛatio ſequens cum verſiculo. Oſtende nobis domine miſericoꝛdiam tuam. Et ſalutare tuum da nobis. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpũ tuo. Oꝛẽ⁹.

EXaudi nos domine ſãcte pater omnipotens eterne deus et mittere dignare ſanctum angelum tuũ de celis: qui cuſtodiat / foueat / pꝛotegat / viſitet / et defendat: omnes habitantes in hoc habitaculo. Per chꝛiſtum dominum noſtrum. Amen.

VIa ſanctoꝛum omnium domine ieſu chꝛiſte qui ad te venientibus eterne claritatis gaudia largiris: introitũ templi iſtius ſpiritusſancti luce perfunde. et pꝛeſta queſumus: vt hanc baſilicam ingredientes veniam delictoꝛum depꝛecaturi coꝛam oculis tue maieſtatis ſemp placere poſſimus. quatinus per te et per beatiſſimum ſtephanum militem tuum a peccatis liberi aulam poſtmodum paradiſi mereamur introire ſaluatoꝛ mũdi. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen.



Incipit missale secundum usum ecclesie Autissiodoreñ. Dominica prima aduentus ante introitum misse dr aña sequens

Gregorius presul meritis et nomine dig⁹, vnde gen⁹ duxit sūmū cōscēdit honorē renouauit monumēta patrū priorum tūc cōposuit hūc libellū musice artis scole cātorū āni circuli eya dic dnē bene fida tuis adsis protectio seruis



Ad missam. Introitus

AD te leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam neque irrideant me inimici mei: etenim uniuersi qui te expectant non confundentur *P* vias tuas dñe demonstra mihi: et semitas tuas edoce me. gloria Kyrie e. Christe Kyrie *per totum aduentum nc dr* Gloria in ex.

celsis deo ne · Ite
missa est nisi sit fe
stum cum Te Deum
Oratio

Excita quesumus do Domine potentiam tuam et veni ut ab imminetibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi te liberante saluari Qui viuis et regnas deus

si memoria e iene it facienda est ante epistolam

Lectio epistole beati Pauli Apostoli ad Romanos

Fratres scientes quia hora est iam nos de somno surgere. nunc enim proprior est nostra salus quam cum credidimus. nox precessit dies autem appropinquauit abiiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis sic ut in die honeste ambulemus. non incomessationibus et ebrietatibus non incubilibus et impudiciciis non incontentione et emulatione sed induimini dominum Iesum christum

℟ Uniuersi qui te expectant non confundentur dne

℣ Vias tuas domine notas fac mihi et semitas tuas edoce me

Alleluia ℣ Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis

Prosa

Salus eterna indeficiens mundi—

vita
Lux sempiterna
et redemptio vere
nostra
Condolens humana
perire secla per tenten-
tis numina
Non linquens excel-
sa adistiima propria
clementia
Mox tua spontanea
gratia assumens hu-
mana
Que fuerant perdi-
ta omnia saluasti
terrea
Ferens mundo gau-
dia
Tu animas et corpora
Nostra christe ex-
pia
Ut possideas luci-
da nosmet habitacula
Aduentu primo iu-
stifica
In secundo nosque
libera

Ut cum facta luce
magna iudicabis
omnia
Compti stola incor-
rupta nosmet tua
subsequamur mox
vestigia quecumque
visa
Dominus vobiscum
Et cum spiritu tuo
Sequentia sancti euan-
gelii secundum Ma-
theum
In illo tempore
cum appropin-
quasset Iesus hiero-
solimis et venisset
bethphage ad mon-
tem oliueti tunc
misit duos discipu-
los dicens eis ite
in castellum qd contra
vos est et statim in-
uenietis asinam al-
ligatam et pullum
cum ea. soluite et
adducite mihi et

ſi quis vobis ali-
quid dixerit dici-
te q3 dominus his
opus habet et con-
feſtim dimitte eos
hoc autem totum
factum eſt vt adim-
pleretur quod dictū
eſt per prophetam
dicentem dicite fi-
lie ſion ecce rex
tuus venit tibi man-
ſuetus ſedens ſuper
aſinam et pullum
filium ſubiugalis
euntes autem diſci-
puli fecerunt ſicut
precepit illis Ieſus et
adduxerunt aſinam
et pullum et impoſu-
erunt ſuper eos ve-
ſtimenta ſua et eum
de ſuper ſedere fece-
runt plurima autem
turba ſtrauerunt ve-
ſtimenta ſua in via
alii autem cedebant
ramos de arboribus
et ſternebant in via
turbe autem que prece-
debat et q̄ ſequebant ſe-
quebantur clamabant
dicentes oſanna filio
dauid benedictus qui
venit in nomine do
mini Credo Et di
citur Credo omnibus
diebus dominicis de
quocumque fiat mi
ſſa preterq̄ de de
functis Offertorium
Ad te domine leuaui
animam meam de-
us meus in te con-
fido non erubeſcam
neque irrideant me
inimici mei etenim
vniuerſi qui te ex-
pectant non con-
fundentur Secreta

H Ec sacra nos domine potenti virtute mundatos ad suum puriores faciant venire principium. Per dominū nostrū. Memoria si euenerit / fiat hic pro secūda oratione. Communio. Dominus dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum. Postcommunio.

S Uscipiamus domine misericordiam tuā in medio tēpli tui: et reparationis nostre ventura solennia congruis honoribus precedamus. Per dominum. Memoria pro tertia oratiōe et vltima si euenerit. hic fiat. Qua dicta dicit Dn̄s vobiscū. Et cum spiritu tuo. Benedicamus dn̄o. Adiutoriū nostrū. etc. ¶ Nota q̄ quādo fit de sāctis fie memo. de aduētu. Feria. ij. iij. et v. officiū vt supra de die dn̄ica excepto q̄ nō dr̄ Prosa nec Credo. Si tamen feria. iiij. vel. vj. festum euenerit / oportet aliqua aliarum feriarum fieri officiū de Epistola et Euangelio dictarū feriarū. Et sic per totū annū nisi aliud signetur.

¶ Feria quarta. Lectio epl̄e beati Petri apostoli. ij iij. capitulo.

C Harissimi. Adueniet dies dn̄i: sicut fur. In quo celi magno impetu transient / elementa vero calore soluentur: terra autem et omnia que in ipsa sunt exurentur. Cum igitur hec omnia dissoluenda sint: considerate quales oporteat vos esse in sanctis cōuersationibus et pietatibus. Expectātes et properantes in aduentū diei domini. Per quē celi ardentes soluentur: et elemēta ignis ardore tabescēt. Nouos vero celos et terrā nouā et promissa ipsius expectamus: in quibus iusticia habitat. Propter qd̄ charissimi hec expectātes / satagite immaculati et inuiolati ei inueniri in pace. Et lōganimitatē dn̄i nr̄i salutē arbitremini. Sec̄m Mattheū. iij



I N illo tempore Uenit iohannes baptista predicans in deserto iudee: et dicens. Penitentiā agite: appropinquabit eni regnū celorum. Hic est eni de quo dictū est / per esaiā prophetā dicētē. Uox clamātis in deserto / parate viā dn̄i: rectas facite semitas eius. Ipse autē iohānes habebat vestimentū de pilis camelorum: et zonā pelliceam circa lūbos suos. Esca autē eius: erat locuste et mel siluestre. Tunc exibat ad eū hierosolyma et oīs iudea: et oīs regio circa iordanē. Et baptizabantur in iordane ab eo: cōfitētes peccata sua.

¶ Fer. vj. Lectō esaie pphete. xliiij.

H Ec dicit dn̄s. Formaui te / seruus meus es tu israel: nō obliuiscaris mei. Deleui vt nubē iniqtates tuas: et quasi nebulā peccata tua. Reuertere ad me: qm̄ redemi te. Laudate celi quoniā misericordiā fecit dn̄s: iubilate extrema terre. Resonate mōtes laudationē / saltus et omne lignū eius / qm̄ redemit dn̄s iacob: et israel gloriabitur. Hec dicit dn̄s redēptor tuus: et formator tuus ex vtero. Ego sum dn̄s faciēs oia extēdēs celos solus: stabiliens terrā et nullus mecū. Irrita faciens signa diuinorum: et ariolos in furorem vertens. Ego

dominus faciens omnia hec.

¶ Secundum Lucam. iij. caplo.

In illo tempore. Dicebat iohannes ad turbas que exibant vt baptizarētur ab ipso. Genimina viperarum: quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite fructus dignos penitentie: ⁊ ne ceperitis dicere patrem habemus abrahā. Dico enī vobis: q2 potens est deus de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Iā enim securis ad radicē arboris posita est. Omnis ergo arbor nō faciens fructū bonum excidetur: ⁊ in ignem mittetur. Et interrogauerūt eum turbe: dicentes. Quid ergo facie9? Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas: det non habenti. Et qui habet escas: similiter faciat. Venerunt ergo et publicani vt baptizarentur: et dixerunt ad illum. Magister: quid facie9? At ille dixit eis. Nichil amplius: q̄ quod constitutum est exigatis. Interrogauerūt eum et milites dicentes. Quid faciemus et nos? Ait illis. Neminem cōcutiatis: neq3 calumniam faciatis: et contenti estote stipendijs vestris. Existimante autem populo ⁊ cogitantibus in cordibus suis / de iohanne ne forte ipse esset christus: respondens iohannes / dixit omnibus. Ego quidē aqua baptizo vos veniet autem fortior me / cui9 ego non sum dignus soluere corrigiā calciamētorum eius. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto: ⁊ igne. Cuius vētilabrum in manu eius: ⁊ purgabit aream suam: ⁊ congregabit triticum in horreum suum. Paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem ⁊ alia exhortans: euāgelizabat populo.

¶ Sabbō. Lectō esaie pphete. xvj.

Hec dicit dn̄s. Emitte agnū domine dominatorem terre: de petra deserti ad mōtem filie sion. Et erit sicut auis fugiens / et pulli de nido aduolantes: sic erūt filie moab in transcensu arnon. Ini consilium / coge consilium: pone quasi noctem vmbram tuā in meridie. Abscōde fugientes: ⁊ vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei. Moab esto latibulum eorum a facie vastatoris. Finitus est enim puluis: consummatus est miser: defecit qui conculcabat terrā. Et preparabitur in misericordia soliū: et sedebit super illud in veritate / in tabernaculo dauid. iudicāns ⁊ querens iudicium / et velociter reddens quod iustum est. Ait dominus: omnipotens.

¶ Secundum Lucam. vij. caplo.

In illo tempore. Exijt hic sermo in vniuersam iudeā de eo: et omnem circa regionem. Et nūciauerūt iohanni discipuli eius de omnibus hijs. Et cōuocauit duos de discipulis suis iohannes: ⁊ misit ad iesum dicens. Tu es qui vēturus es: an aliū expectamus? Cum autem venissent ad eum viri dixerunt. Iohānes baptista misit nos ad te dicens. Tu es qui venturus es: an alium expectamus? In ipsa autem hora curauit multos a languoribus ⁊ plagis: ⁊ spiritibus malis. Et cecis multis donauit visum. ¶ Dominica secūda aduentus Ad missam Introitus


Opulus syon ecce dominus veniet ad saluandas gentes / et auditam faciet dominus gloriam vocis sue in leticia cordis vestri. Ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Oratio.

Excita dñe corda nostra ad preparandas unigeniti tui vias: ut per eius aduentum purificatis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecū. Ad Romanos. xv.

Fratres. Quecunque scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt: ut per patientiam et cōsolationē scripturarum spem habeamus. Deus autē patientie et solacij det vobis idipsum sapere in alterutrū scd̄m iesum christū: ut vnanimes vno honore honorificetis deū et patrem dñi nostri iesu christi Propter qd̄ suscipite inuicē: sicut et christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim iesum christū ministrū fuisse circūcisionis propter veritatē dei: ad cōfirmādas promissiones patrū. Gētes autē sup misericordia honorare deum: sicut scriptū est. Propterea cōfitebor tibi in gentib9 dñe: et nomini tuo cātabo. Et iterū dicit. Letamini gētes: cū plebe eius. Et iterū. Laudate oēs gētes dñm: et magnificate eū omnes populi. Et rursum esaias ait. Erit radix iesse / et qui exurget regere gētes: in eum gētes sperabunt. Deus autē spei repleat vos omni gaudio et pace in credēdo: ut abundetis in spe et virtute spirit9 sancti. R. Ex syon species decoris eius: deus manifeste veniet. V. Congregate illi sanctos eius qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia. Alleluya. V. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domū domini ibimus. V. Stātes erant pedes nostri: i atrijs tuis hierusalē. Prosa

Regnantem sempiterna per secla susceptura. Cōcio deuote concrepa. Factori reddēdo debita. Quē iubilant agmina celica eius vultu exhilarata. Quē expectant omnia terrea eius nutu examinānda. Districtū ad iudicia Clementē in potētia. Tua nos salua christe clemētia pter quos passus es dira. Ad poli astra sublevua nitida qua sordetergis secula. Influe salus vera effuga pericula. Oīa ut sint mūda tribue pacifica. Ut hic tua salui misericordia. Leti regna post adeam9 eterna. Quo regnas secula per infinita. ¶ Secundum Lucam xxi. c.


In illo tempore. Dixit ies9 discipulis suis. Erūt signa in sole et luna et stellis: et i terris pressura gētium / pre confusione sonitus maris et fluctuū: arescentibus hominibus pre timore et expectatione: que superueniet vniuerso orbi. Nam virtutes celorum mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis veniētem in nube: cum potestate magna et maiestate. His autē fieri incipientibus respicite et leuate capita vestra: quoniā appropinquat redemptio vestra. Et dicit illis similitudinem. Videte ficulneam et oēs

arbores cum producunt iam ex se fructum:scitis quoniam prope est estas.Ita ꝛ vos cum videritis hec fieri:scitote quoniam prope est regnum dei.Amen dico vobis:q2 nõ preteribit generatio hec donec omnia fiant.Celũ et terra transibũt: verba autem mea non transibũt. Offer. Deus tu conuertẽs viuificabis nos:et plebs tua letabitur in te:ostende nobis domine misericordiam tuam: ꝛ salutare tuum da nobis. Secreta.

Placare dñe quesumus humilitatis nostre precibus ꝛ hostijs:vt vbi nulla suppetunt suffragia meritorum tuis nobis succurre presidijs.Per dominũ.Cõio Hierusalẽ surge ꝛ sta i excelso ꝛ vide iocũditatẽ que veniet tibi a deo tuo. Postcõ.

Repleti cibo potuqꝫ spiritalis alimonie supplices te domine deprecamur:vt huius participatiõe mysterij/ doceas nos terrena despicere/ et amare celestia. Per dominũ nostrũ. ¶Feria. iiij.

Lectio Malachie prophete. iij.ca.

Hec dicit dominus deus.Ecce ego mitto angelũ meũ:ꝛ preparabit viam ante faciẽ meã. Et statim veniet ad templum sanctum suũ dominator quẽ vos queritis:et angelus testamenti quem vos vultis.Ecce venit: dicit dominus exercituũ.Et quis poterit cogitare diem aduentus eius:Et quis stabit ad videndum eũ:Ipse enim quasi ignis conflans: et quasi herba fullonum.Et sedebit conflans ꝛ emundans argentum: ꝛ purgabit filios leui.Et colabit eos quasi aurum ꝛ quasi argentũ:ꝛ erunt domino offerẽtes sacrificia in iusticia.Et placebit domino sacrificium iuda ꝛ hierusalem sicut dies seculi:ꝛ sicut ãni antiqui.Et accedam ad vos in iudicio/et ero testis velox maleficis ꝛ adulteris ꝛ periuris/ꝛ qui calumniantur mercedem mercennarij:et humiliant viduas et pupillos et opprimunt peregrinum:nec timuerunt me dicit dominus.Ecce ego mittam vobis heliam prophetam anteqꝫ veniat dies domini magn9 et horribilis: et conuertet cor patrum in filios/ ꝛ corda filiorum ad patres eorũ: dicit dominus omnipotens.

¶Secundum Mattheum.xj.cap.

In illo tempore.Dixit iesus discipulis suis ꝛ turbis iudeorũ.Amen dico vobis:nõ surrexit inter natos mulierũ maior iohãne baptista.Qui autem minor est in regno celorũ: maior est illo. A diebus autem iohãnis baptiste vsqꝫ nũc/regnum celorum vim patitur:ꝛ violenti rapiunt illud.Omnes enim prophete ꝛ lex: vsqꝫ ad iohannẽ prophetauerũt.Et si vultis recipere:ipse est helias qꝫ ventur9 est. Qui habet aures audiẽdi: audiat

¶Fer.vj.Lctõ esaie pphete.xxviij

Hec dicit dñs deus.Ecce ego mittam in fundamentis sion lapidem angularem probatũ preciosum in fundamento fundatum.Qui crediderit: non festinet. Et ponam iudicium in pondere: ꝛ iusticiã in mensura.Et subuertet grando spem mẽdacij ꝛ protectionem.Inundabunt aque ꝛ delebit fedus vestrum cum morte:ꝛ pactũ vestrum cum inferno non stabit. Flagellum inundans cum tran=

sierit: eritis ei in conculcationem. Quandocunqꝫ pertransierit / tollet vos: quoniam mane diluculo pertransibit in die ⁊ in nocte: ⁊ tantūmodo sola vexatio intellectum dabit auditui: dicit dominꝰ omps̄.

Secundum Marcum. primo.

Initium euangelij iesu christi filij dei: sicut scriptum est in esaia propheta. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuā: qui preparabit viam tuā ante te. Vox clamantis in deserto. Parate viā domini: rectas facite semitas eius. Fuit iohānes in deserto baptizans / ⁊ predicans baptismū penitentie: in remissionem peccatorū. Et egrediebatur ad illū omnis iudee regio / et hierosolymite vniuersi: ⁊ baptizabātur ab eo in iordanis flumine / confitentes peccata sua. Et erat iohannes vestitꝰ pilis cameli: et zona pellicea circa lumbos eius / et locustas et mel siluestre edebat: et predicabat dicēs. Veniet fortior me post me: cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calciamentorum eiꝰ. Ego baptizo vos aqua: ille vero baptizabit vos spiritu sancto.

Sabbō. Lectō Esaie pphete. xxx.

Ecce nomē domini venit de longinquo: ardens furor eius et grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione: et lingua eius quasi ignis deuorans. Spiritus eius velut torrens inundās vsqꝫ ad medium colli ad perdendas gentes in nichilū: ⁊ frenum erroris quod erat in maxillis populorum. Canticum erit vobis sicut vox sanctificate solennitatis / et leticia cordis sicut qui pergit cum tibia vt intret in montem domini ad fontem israel. Et auditā faciet dominus gloriam vocis sue: dicit dominus omps̄.

Secundum Lucam. vij. ca.

In illo tempore. Dicebat iesus de iohāne. hic est de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuā: qui preparabit viā tuam āte te. Dico eni vobis: maior iter natos mulierū propheta iohanne baptista nemo est. Qui aūt minor est i regno dei: maior est illo. Et omnis populꝰ audiens: ⁊ publicani iustificauerunt deū baptizati baptismo iohānis. Pharisei autem ⁊ legisperiti consilium dei spreuerunt in semetipsos: non baptizati ab eo.

Dominica. iij. aduē. Officium.



Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibꝰ hominibꝰ: dn̄s ppe est / nichil solliciti sitis / sed in omni oratione petitiones vestre innotescāt apud deū. Ps. Et pax dei que exuperat omnem sensum: custodiat corda vestra ⁊ intelligētias vestras. Gloria patri ⁊ filio. Oratio

Aurem tuā quesumus dn̄e precibus nostris accōmoda: ⁊ mentis nostre tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui viuis ⁊ regnas. Lectio epistole btī Pauli apl̄i Ad Corinthios. j. iiij.

Fratres. Sic nos existimet homo vt ministros christi: et dispensatores ministeriorū dei. Hic iam queritur inter dispēsato-

res: vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est: vt a vobis iudicer: aut ab hūano die / sed neqꝫ meipsum iudico. Nichil enim michi cōscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me: dominus est. Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare: quoadusqꝫ veniat dominꝰ qui et illuminabit abscondita tenebrarum: et manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit: vnicuiqꝫ a deo. ℟. Qui sedes domine sup cherubin / excita potentiam tuam ⁊ veni. ℣. Qui regis israel intēde: qui deducis velut ouem ioseph. Alleluya. ℣. Excita domine potētiam tuam ⁊ veni: vt saluos facias nos. Prosa.

Qui regis sceptra forti dextra solus cuncta. Tu plebi tue ostende magnam excitādo potentiam. Presta dona illi salutaria. Quē predixerunt prophetica vaticinia. A clara poli regia In nostra iesuꝫ mitte domine arua. Amē. ¶ Scdm Mattheū. xi. c.



In illo tempore. Cum audisset iohannes in vinculis opera christi: mittēs duos de discipulis suis: ait illi. Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Et respōdens iesus: ait illis. Euntes renunciate iohāni: que audistis et vidistis. Ceci vident / claudi ambulāt / leprosi mūdantur / surdi audiunt / mortui resurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatꝰ est: qui non fuerit scādalizatus in me. Illis autē abeūtibus: cepit iesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vēto agitatā? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis: ⁊ plusqꝫ prophetā. Hic est enī de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meū ante faciē tuā: qui preparabit viam tuam ante te. Credo. Offer. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob: remisisti iniquitatem plebis tue. Secreta

Deuotiōis nostre quesumꝰ dñe hostia tibi iugiter immoletur: que ⁊ sacri peragat instituta mysterij / et salutare tuū nobis mirabiliter operet. Cōio. Dicite pusillanimes cōfortamini ⁊ nolite timere: ecce deꝰ noster veniet ⁊ saluabit nos. Postcō.

Imploramus domine clemētiam tuā vt hec diuina subsidia a vitijs expiatos / ad festa vētura nos preparent. Per dominū.

Nota qꝫ ieiunia. iiij. temporū fiūt semper feria. iiij. tertie ebdo. aduē.

¶ Feria. iiij. in ieiunijs. Officium



Rorate celi desup ⁊ nubes pluāt iustum / aperiat terra ⁊ germinet saluatorē. Ps. Celi enarrant gloriā dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Gloria patri. Sine Dñs vobiscū. Colla

Presta quesumus omnipotens deus / vt reparationis nostre ventura solennitas / et presentis vite nobis subsidia cōferat / ⁊ eterne beatitudinis premia largiat. Per dñ. Lectio Ysaie pphete. ij.

IN dieb⁹ illis. Dixit eſaias
pꝛopheta. Erit ī nouiſſimis
diebus pꝛeparatus mons domus
domini in vertice montium: et ele-
uabitur ſuper colles. Et fluent ad
eum omnes gētes: ⁊ ibunt populi
multi/⁊ dicēt. Venite aſcēdamus
ad montem domini: ⁊ ad domum
dei iacob/⁊ docebit nos vias ſuas
et ābulabimus in ſemitis eius: qꝛ
de ſyon exibit lex et verbum dñi de
hieruſalē. Et iudicabit gentes: et
arguet populos multos. Et con-
flabunt gladios ſuos in vomeres:
et lanceas ſuas in falces. Non le-
uabit gens cōtra gentem gladiū:
nec exercebūtur vltra ad pꝛelium.
Domus iacob venite ⁊ ambulem⁹
in lumine dñi: dei noſtri. ℟. Tolli
te poꝛtas pꝛincipes veſtras et eleuamini
poꝛte eternales et introibit rex gloꝛie. ℣.
Quis aſcendet in montē dñi/aut quis ſta-
bit in loco ſancto eius? innocēs manibus
et mundo coꝛde. Hic dr̄ Dñs vo. Oro.

FEſtina queſumus dñe ne
tardaueris et auxilium no
bis ſuperne virtutis īpende. vt ad-
uentus tui conſolationibus ſuble
uentur: qui in tua pietate cōfidūt.
Qui viuis et regnas.

Lectio Eſaie pꝛophete. vij.

IN diebus illis. Locutus eſt
dñs ad achaz dicens. Pete
tibi ſignū a dño deo tuo in pꝛofun
dū inferni: ſiue in excelſum ſupꝛa.
Et dixit achaz. Non petā: et non
tentabo dominū. Et dixit. Audite
ergo domus dauid. Nūquid parū
vobis eſt moleſtos eſſe hominib⁹/
quia moleſti eſtis et deo meo? Pꝛo
pter hoc dabit dominus ipſe vobis
ſignum. Ecce virgo concipiet et pa
riet filiū: ⁊ vocabitur nomen eius
emmanuel. Butirum et mel come
det: vt ſciat repꝛobare malū/⁊ eli-
gere bonū. ℟. Pꝛope eſt dominus om-
nibus inuocātibus eum: omnibus qui in-
uocant eum in veritate. ℣. Laudem domi
ni loquetur os meum: et benedicat omnis
caro nomē ſctm̄ eius. Scdꝫ Lucā. j.



IN illo tem
poꝛe. Miſ-
ſus eſt angel⁹ ga
bꝛiel a deo ī ciui-
tatem galilee cui
nomē nazareth/
ad virginem de-
ſponſatam viro
cui nomē erat io-
ſeph de domo dauid: ⁊ nomen vir-
ginis maria. Et ingreſſus angel⁹
ad eā: dixit. Aue gratia plena do-
minus tecum: benedicta tu in mu
lieribus. Que cum audiſſet turba
ta eſt in ſermone eius: ⁊ cogitabat
qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait
angelus ei. Ne timeas maria: in-
ueniſti enim gratiam apud deum
Ecce concipies in vtero ⁊ paries fi
lium: ⁊ vocabis nomē eius ieſum.
Hic erit magnus: ⁊ fili⁹ altiſſimi
vocabitur. Et dabit illi dñs deus
ſedem dauid patris eius: ⁊ regna
bit in domo iacob in eternum/⁊ re
gni eius non erit finis. Dixit autē
maria ad angelū. Quomodo fiet
iſtud: quoniam virū nō cognoſco?
Et reſpondens angelus: dixit ei.
Spiritus ſanctus ſuperueniet in
te: ⁊ virtus altiſſimi obumbꝛabit
tibi. Ideoqꝫ ⁊ qd̄ naſcetur ex te ſan
ctum: vocabitur filius dei. Et ecce
elizabeth cognata tua: ⁊ ipſa con
cepit filiū in ſenectute ſua. Et hic

mensis est sextus illi que vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deū omne verbū. Dixit autē maria. Ecce ancilla dñi. Fiat michi: secūdum verbum tuum. Offr. Ave maria gratia plena dominus tecū: benedicta tu in mulieribus & benedict⁹ fructus ventris tui. Secreta.

Grata tibi sint dñe munera quibus mysteria celebrantur: nostre libertatis & vite. Per dominum. Cōmunio. Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū: & vocabitur nomen eius emmanuel. Postcommunio.

Salutaris tui domine munere satiati te supplices deprecamur: ut cuius letamur gustu: renovemur effectu. Per dominum.

¶ Feria. vi. Ad missam Officiū.

Prope es tu domine et omnes vie tue veritas initio cognovi de testimonijs tuis/ q2 in eternum tu es. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri et filio. Oratio.

Excita domine potentiā tuā & veni: ut hi qui in tua pietate confidūt ab omni citius adversitate liberentur. Qui vivis & reg.

Lectio Esaie prophete. xj. capto.

Hec dicit dominus. Egredietur virga de radice iesse: et flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini: spiritus sapientie & intellectus spiritus consilij & fortitudinis: spiritus scientie & pietatis / & replebit eum spiritus timoris domini. Nō secundum visionē oculorum iudicabit: neq3 secundum auditum aurium arguet: sed iudicabit in iusticia pauperes/ & arguet in equitate pro mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris sui: & spiritu labiorum suorum interficiet impiū Et erit iusticia cingulum lūborū eius: & fides cinctorium renū eius R. Ostende nobis domine misericordiā tuam: & salutare tuum da nobis. V. Benedixisti domine terram tuā: avertisti captivitatē iacob. ¶ Secundū Lucam. j.



In illo tempore. Exurgēs maria abijt in montana cum festinatione in civitatē iuda: et intravit in domum zacharie/ et salutavit elizabeth. Et factum est ut audivit salutationem marie elizabeth: exultavit infans in utero eius/ & repleta est spiritu sancto elizabeth / & exclamavit voce magna & dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedict⁹ fructus vētris tui. Et unde hoc michi: ut veniat mater dñi mei ad me. Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in aurib⁹ meis: exultavit in gaudio īfans in utero meo. Et beata que credidisti: quoniam perficientur ea que dicta sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominū. Et exultavit spiritus meus: in deo salutari meo. Offr. Deus tu cōvertēs vivificabis nos: & plebs tua letabit in te. ostende nobis domine misericordiā tuam: & salutare tuum da nobis. Secreta.

Presta domine q̄s ut dicato muneri congruentē nostre devotiōis offeram⁹ affectū. P do.

Cōio. Ecce dñs veniet ⁊ oēs scti eiꝰ cū eo: ⁊ erit i die illa lux magna. Postcōio.

PRosint nobis domine sumpta mysteria: pariterqꝫ nos a peccatis exuant / et presidijs tue propiciationis attollant. Per do.

¶ Sabbato .iiij. tpm. Introitus.

VEni ⁊ ostēde nobis faciem tuā domine qui sedes super cherubin ⁊ salui erimꝰ. ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Gloria patri ⁊ fi. Sine Dominus vobiscum. Orō.

DEus qui conspicis quia ex nr̄a prauitate affligimur: concede propicius / vt ex tua visitatione consolemur. Qui viuis ⁊ regnas. Lectio Esaie prophete. xix.

IN diebus illis. Clamabūt ad dominum a facie tribulantis: ⁊ mittet eis saluatorem et propugnatorē qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab egypto ⁊ cognoscēt egyptij dominum in die illa: ⁊ colēt eum in hostijs ⁊ muneribus: et vota vouebunt domino ⁊ soluēt. Et percutiet dominus egyptum plaga: et sanabit eam. Et reuertentur ad dominum: ⁊ placabitur eis. Et sanabit eos: dñs deꝰ noster. R. A summo celo egressio eius: et occursus eius vsqꝫ ad summū eius. V. Celi enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuum eius annunciat firmamentū. Sine Dominus vobiscum. Oratio.

ECce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: ⁊ inuentus est iustus. Et in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi: qui cõseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando: fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi: ⁊ testamentum suum cõfirmauit super caput eius. Cognouit eũ in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: ⁊ inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit eum in cõspectu regum: ⁊ dedit illi coronã glorie. Statuit illi testamentum sempiternum: ⁊ dedit illi sacerdotium magnum: ⁊ beatificauit illum in gloria. Fũgi sacerdotio / ⁊ habere laudẽ in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignum in odorem suauitatis. Rñ. Ecce sacerdos magnus / qui in diebus suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi qui cõseruaret legem excelsi. Alleluya. ℣. Posui adiutorium super potẽtem: et exaltaui electum de plebe mea.

Secundum Matthеum. xxiiij.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Uigilate / q; nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote / quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset / vigilaret vtiq;: et nõ sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis vẽturus est. Quis putas est fidelis seruus ⁊ prudens quem constituit dominus super familiã suam / vt det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus: quem cum venerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam super omnia bona sua constituet eum. Credo. Offertorium

Inueni dauid seruum meũ / oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabit ei, ⁊ brachiũ meũ confortabit eũ. Secreta.

SAncti tui nos quesumus domine vbiq; letificẽt / vt dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum iesum christum filium tuũ. Qui tecum viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Prefatio et Cõmunicantes. vt in natiuitate domini. quere ante canonem. Communio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem. amẽ dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

PResta quesumus omnipotẽs deus vt de perceptis muneribus gratias exhibẽtes / beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrũ iesum christum filiũ tuum. Qui tecum viuit ⁊ regnat.

In circuncisione domini Ad missam Introitus.



Puer nat⁹ est nobis et filius datus est nobis cuius imperiũ super humerũ ei⁹ ꝛ vocabitur nomẽ eius magni consilij angelus. Ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Oro.

Deus qui nobis nati saluatoris diem celebrare concedis octauum: fac nos quesumus eius perpetua diuinitate muniri: cuius sumus carnali cõmercio reparati. Qui tecũ. Lectõ epistole btĩ Pauli apostoli Ad Titum. ij. cap.

Charissime. Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos/ vt abnegantes impietatem ꝛ secularia desideria: sobrie ꝛ iuste ꝛ pie viuamus in hoc seculo. Expectantes beatam spem: ꝛ aduẽtum glorie magni dei et saluatoris nostri iesu christi. Qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate: ꝛ mundaret sibi populum acceptabilem sectatorẽ bonorũ operũ. Hec loquere: et exhortare. In christo iesu: dño nostro. R. Viderunt omnes fines terre salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra. V. Notum fecit dominus salutare suũ: ante conspectum gentium reuelauit iusticiam suam. Alleluya. V. Dies sanctificat⁹ illuxit nobis venite gẽtes ꝛ adorate dominum: quia hodie descendit lux magna super terram. Prosa.

Letabundus exultet fidelis chorus alleluya. Regẽ regũ intacte profudit chorus res miranda. Angelus consilij nat⁹ est de virgine sol de stella. Sol occasum nesciẽs stella semper rutilãs/ semper clara. Sicut sydus radiũ profert virgo filium/ pari forma. Neq; sydus radio neq; mater filio fit corrupta. Cedrus alta libani cõformatur ysopo valle nostra. Verbum ens altissimi corporari passum est carne sumpta. Esaias cecinit synagoga meminit nunq̃ tamẽ desinit esse ceca. Si nõ suis vatibus credat vel gentilib⁹ sibillinis versibus hec predicta. Infelix propera/ crede vel vetera: cur dãnaberis gens misera. Quem docet littera/ natum cõsidera/ ipsum genuit puerpera. Alleluya.

Secundum Lucam ij. capitulo

In illo tempore: Postq̃ consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer: vocatum est nomẽ eius iesus. Quod vocatum est ab angelo: priusq̃ in vtero conciperetur. Credo vz. Offr. Tui

sunt celi ꝛ tua est terra / orbem terrarum et plenitudinē ei⁹ tu fundasti iusticia et iudicium preparatio sedis tue. Secreta.

Presta quesum⁹ domine / vt per hec munera que domini nostri iesu christi archane natiuitatis mysterio gerimus: purificate mentis intelligentia consequamur. Per eundem. Prefatio ꝛ Cōmunicantes. vt supra in die natiuitatis dñi. quere ante canonem Cōio. Uiderunt omnes fines terre salutare dei nostri. Postcommunio.

Presta quesumus dñe vt que saluatoris nostri iterata solemnitate percepimus perpetue nobis redemptionis cōferant medicinā. Per eundem. ¶ In octa. beati stephani officium misse vt ordinatū est in natali eiusdem quere supra. sed prosa q̄ sequit̄ dr̄ in oc. Prosa.

Letabundus grata voce pāgat cet⁹ alleluya. Protho-martyr mortē spernit subit letus / res miranda. Stephanū constātia sua replet gratia sol de stella. Huius per suffragia patrantur prodigia semp clara. Satrapis vt sistitur / angelis conspicitur pari forma. Martyris in odiū mēs erroze testiū fit corrupta. Hostiā se dedicat huic christo quē predicat valle nostra. Dissecātes despicit iesum stantem suspicit carne sum pta. Legem nouam approbat / sinagoge reprobat figmenta que comprobat esse ceca. Assistenti populo legali pro patulo comunicit miraculo hec predicta. Cōdonet scelera mente quem efferat saxis obruit gens misera. Possidet etherabitq; munera dat quem ge

nuit puerpera. Alleluya. Post euāgeliū dicit̄ Credo. Prefatio. Pro per incarnati dicit̄. Sed Cōmunicantes ꝛ diē sacratissimā venerantes nō dr̄ nec dici debet nisi in die / per octa. ꝛ in octa. natiui. dñi. Et non ta q̄ prefatio Quia per incarnati dr̄ oibus diebus dñicis / ꝛ infestis duplicib⁹ vsq; ad purificatio. beate marie virginis ꝛ per octa. nisi septuagesima ipediat. ¶ In die oct. sancti stephani fiat mēoria de circūcisione / de sctō iohāne / ꝛ de innocentibus / si placuerit celebranti.

¶ In octa. sancti iohānis totū officiū misse dicit̄ sicut in die: hoc excepto q̄ prosa non dicitur nec dicit̄ prefatio Quia per incarnati. nisi fuerit dñica. ¶ Eodē die festū beate Genouefe virginis est / et fit duplex de eadem in ecclesia antissiodorēsi quibus placuerit facere de ea faciat Ad missam Introitus.



Gaudeamus omnes in dño diem festum celebrantes sub honore Genouefe virginis de cuius solēnitate gaudent angeli ꝛ collaudant filiū dei. Ps. Eructauit cor meum verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gloria patri ꝛ filio. Oratio

Beate genouefe virginis natalicia veneranda quesum⁹ domine ecclesia tua deuota suscipiat: et fiat magne glorificatiōis amore deuotior ꝛ tante fidei proficiat exēplo. Per dominū. Pro ora de circūcisione / de beato iohanne / et de innocentibus.

¶ Lectio epl̄e beati Pauli apostoli ad Corinthios. ij. c. x. ꝛ xj. capl̄o.

Fratres: Qui gloriatur: in dño glorietur. Non enim q se ipsum cõmẽdat ille probat⁹ est / sed quẽ deus cõmẽdat. Utinã sustinere tis modicũ quid insipiẽtie mee: sed & supportate me. Emulor eni vos dei emulatione. despõdi enim vos vni viro: virginem castam: exhibere christo. Gr. Propter veritatem & mã suetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. V⁹ Audi filia et vide & inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. Alleluya. V⁹ Ueni electa mea et ponam te in thronum meum / qꝛ concupiuit rex speciem tuam. Prosa.

Genouefe solẽnitas solenne parit gaudiũ. Cordis erũpat puritas in laudis sacrificium Felix ortꝰ infantule teste germano presule. Quod preuidit in spiritu rerũ probatur exitu. Hic ad pectus virgineum pudoris pro signaculo nummũ suspẽdit eneum crucis isignẽ titulo. Genouefam diuinitus oblato dotat munere: intemplũ sancti spiritus sub christi ditans federe. In fontem manu feriẽs mater priuatur lumine: Matri virgo compatiens lucis dat vsum pristine. Genouefa magnanimis carnem frãgit ieiunio terramqꝫ rigans lachrymis iugi gaudet martyrio Celesti duce preuio celos lustrat & tartara: riuesqꝫ precum studio seruat a gente barbara. Diuino dũ munere sitim leuat artificum: dum fractũ casu misere matri resignat vnicũ. Ad primam precem virginis cõtremiscunt demonia: pax datur energuminis / spes egris reis venia. In eius manu cerei reaccendũtur celi

Antis.

tus: per hãc in sinus aluei redit amnis cohercitus. Ignẽ sacrum refrigerat post mortem viuẽs meritis: que prius in febricerat estus interni fomitis. Morti morbis demonibꝰ & elemẽtis imperat: sic ge noueſa precibꝰ nature leges superat. Operatur in paruulis rpũbit tus magnalia: christo pro tot miraculis laus frequẽs iugis gloria Amen. Secũdũ Mattheũ. xiij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnũ celorũ thesauro abscõdito in agro: quẽ qui inuenit homo abscõdit / & pre gaudio illius vadit & vendit vniuersa que habet & emit agrum illũ. Iterũ simile est regnũ celorũ homini negociatori: querenti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita: abijt & vendidit oĩa que habuit / & emit eã. Iterũ simile est regnũ celorꝫ sagene misse in mare: & ex omni genere pisciũ cõgreganti. Quã cũ impleta esset educẽtes & secus littus sedẽtes: elegerunt bonos in vasa sua / malos autẽ foras miserũt. Sic erit in cõsummatiõe seculi. Exibũt angeli: & separabũt malos de medio iustorũ / et mittẽt eos in caminũ ignis. Ibi erit fletus: & stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicũt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo noua & vetera. Credo non [illegible] Offer. Diffusa est gratia in labijs tuis / propterea benedixit te deus in eternum & in seculum seculi. Secreta.

Offerimus dñe pꝛeces ⁊ munera in honoꝛe sancte genouefe gaudẽtes/ pꝛesta quesumus: vt conueniẽter hoc agere/ ⁊ regnũ sempiternũ valeamus acquirere. Per dominũ. Pꝛefatio. Quia per incarnati. quere ãte canonẽ. Cõio

Quinqꝫ pꝛudentes virgines acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: media autẽ nocte clamoꝛ factus est: ecce sponsus venit exite obuiã xp̃o dño. Postcõio

Adiuuent nos q̃s domine hec sancta mysteria q̃ sumpsimus/ ⁊ beate genouefe intercessio veneranda. Per do. ¶ In octa. innocẽtiũ sicut in die. quere supꝛa. Et dicũt cãtica letitie Gloꝛia pñ. Gloꝛia in excelsis. Alleluya. ⁊ Ite missa ẽ. Pꝛosa nõ dr̃. Credo ⁊ Pꝛefatio Quia p incar. nõ dr̃ nisi sit dñica: qꝛ tũc dicunt. Ceter abt i die

¶ In vigi. epyphañ. dñi Introit⁹.



Ux fulgebit hodie sup nos/ qꝛ nat⁹ est nobis dñs/ ⁊ vocabitur admirabilis deus/ pꝛinceps pacis/ pater futuri seculi cuius regni non erit finis. Ps. Domin⁹ regnauit decoꝛẽ indut⁹ est: indut⁹ est dñs foꝛtitudinẽ ⁊ pꝛecinxit se. Gl̃ia patri. Gloꝛia in excel. nec Credo/ nec Pꝛefatio Qꝛ per incarnati dicũtur. nisi sit dñica. sed ⁊ tunc dicunt. Oro.

Coꝛda nostra q̃s dñe venture festiuitatis splẽdoꝛ illustret quo mũdi hui⁹ tenebꝛis carere valeam⁹/ ⁊ pueniamus ad patriã claritatis eterne. Per do. ¶ Eodẽ die sequitur memoꝛia sancti symeõis

Adesto dñe populo tuo: vt beati symeonis cõfessoꝛis cui merita pꝛeclara suscipiens ad impetrandã misericoꝛdiã tuã semper eius patrocinijs adiuuemur ⁊ meritis. Per dominum nostrũ iesum chꝛistũ ⁊c. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Tytum. iij. c.

Charissime. Apparuit benignitas ⁊ humanitas saluatoꝛis nostri dei. Nõ ex operibus iusticie que fecimus nos: sed secũdũ misericoꝛdiam suam saluos nos fecit. Per lauachꝛum regenerationis ⁊ renouatiõis spiritus sancti quem effudit in nos abũde: per iesum chꝛistũ saluatoꝛẽ nostrũ. vt iustificati gratia ipsius heredes simus scd̃m spẽ vite eterne. In chꝛisto iesu domino nostro. R. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus ⁊ illuxit nobis. V. A domino factũ est istud: et est mirabile in oculis nostris. Alleluya. V. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

¶ Secundum Mattheum. ij. cap.



In illo tempoꝛe: Defuncto herode/ ecce aparuit angelus dñi i somnis ioseph in egypto dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius: et vade in terrã israel. defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerũ ⁊ matrẽ ei⁹: et venit in terrã israel. Audiens autẽ quod archelaus regnaret in iudea pꝛo herode patre suo: timuit illo ire Et admonit⁹ in somnis. secessit in partes galilee. Et veniẽs habitauit in ciuitatem

que vocatur nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas: quoniam nazareus vocabitur. Offer. Deus enim firmauit orbē terre qui non commouebitur: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Tribue quesumus domine vt eum presentibus immolemus sacrificijs & sumamus quē venture solennitatis pia munera preloquuntur Dominum nostrū iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate.

De sancto symeone Secreta.

Suscipe domine munera pro picius oblata que maiestati tue beati symeonis confessoris tui commendet oratio. Per dominum nostrum iesum christū filiū. Communio. Tolle puerū & matrē eius et vade in terram iuda: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Postcōio

Illumina quesumus domine populum tuum / & splēdore gratie tue cor eius semper accēde: vt saluatorē suum et incessanter agnoscat et veraciter apprehēdat Dominum nostrū iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus Per omnia secula sec. amē.

De sancto symeone. Postcōio.

Purificēt nos domine sacra mēta que sumpsimus: & intercedente beato symeone cōfessore tuo a cunctis efficiant vicijs absolutos. Per dominū nostrum iesum christum filium tuū. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per oia sec. sec. amē

In die epyphanie domini Ad missam Introitus.

Antis.





Ecce aduenit dominator dominus / et regnum in manu eius et potestas et imperium. Psalmus Deus iudicium tuū regi da: et iustitiam tuam filio regis. Gloria patri et filio: & spiritui sancto. Oro.

Deus qui hodierna die vnigenitum tuū gentibus stella duce reuelasti: concede propicius. vt qui iam te ex fide cognouimus vsq ad cōtemplandam speciē tue celsitudinis perducamur. Per eundem dominum nostrū iesum xpm. Lectio Esaie prophete. lx. capto.

Surge illuminare hierusalē / quia venit lumen tuū: & gloria dñi super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram: et caligo populos. Super te autem orietur dñs: et gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumi-

ne tuo: et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide: omnes isti cõgregati sunt venerunt tibi. Filij tui de longe venient: & filie tue de latere surgent. Tunc videbis & afflues & mirabitur & dilatabitur cor tuũ: quando conuersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gẽtium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te dromedarij madiã & effa. Omnes de saba venient aurum & thus deferentes: & laudẽ dño annũciãtes. ℟. Omnes de saba venient aurũ & thus deferentes & laudẽ dño annunciantes. ℣. Surge & illuminare hierusalẽ: quia gloria dñi super te orta est. Alleluya. ℣. Vidimus stellã eius in oriente: & venimus cũ muneribus adorare dominum. Prosa

Epyphaniam dño canamus gloriosam. Qua prolẽ dei vere magi adorant. Immẽsam chaldei cuius perseqz venerantur potentiam. Quem cuncti prophete cecinere venturũ gentes ad saluãdas. Cuius maiestas ita est inclinata vt assumeret serui formam. Ante secula qui deus & tempora homo factus est in maria. Balaam de quo vaticinans exibit ex iacob rutilans inquit stella. Et cõfringet ducum agmina regionis moab maxima potẽtia. Huic magi munera deferunt preclara aurum simul thus & myrrhã. Thure deum predicant. auro regẽ magnum. hominem mortalem myrrha. In somnis hos monet angelus ne redeant ad regem commotum propter regna. Pauebat etenim nimium natum verens amittere regni iura. Magi stella sibi micante preuia. Pergũt alacres itinera patriam que eos ducebat ad propria linquentes herodis mãdata. Qui percussus corde nimium pre ira. Extimplo mãdat eludia magica non linqui taliter ĩpunita sed mox priuari eos vita. Omnis nũc caterua tinnulum iungat laudibus organi neuma. Mistice offerens regi regum christo munera preciosa. Poscẽs vt per orbem regna omnia in secula protegat sempiterna. Amen.

¶ Secundum Mattheum. ij. cap.



Cum natus esset iesus in bethleem iude in dieb⁹ herodis regis: ecce magi ab oriente venerũt hierosolymã dicentes. Vbi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente: et venimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: et omnis hierosolyma cum illo. Et congregãs omnes principes sacerdotũ & scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi christus nasceretur. At illi dixerunt ei In bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetã. Et tu bethleem terra iuda nequaq̃ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam vocatis magis/ diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis Et mittens eos in bethleem: dixit Ite: & interrogate diligẽter de puero. Et cum inueneritis renunciate

michi: vt ⁊ ego veniēs adorem eū. Qui cum audissent regē: abierūt. Et ecce stella quā viderant in oriēte antecedebat eos: vsqꝫ dum veniens staret supra vbi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerū cū maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerūt ei munera: aurum/thus/⁊ myrrhā. Et responso accepto in somnis ne redirēt ad herodem: per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Credo.

Offertorium. Reges tharsis ⁊ insule munera offerent: reges arabū ⁊ saba dona adducent: et adorabunt eum omnes reges/omnes gentes seruient ei. Secreta

Ecclesie tue quesumus domine dona propicius intuere: quibus non iam aurum/thus/⁊ myrrha profertur: sed qđ eisdem muneribꝰ declaratur immolatur ⁊ sumitur iesus christus dominus noster. Qui tecū. Prefatio. Quia cum vnigenitus tuus. et Communicātes. q̄re āte canonē. Cōio. Vidimꝰ stellā eius in oriente: ⁊ venimus cum muneribus adorare dominū. Postcōio.

Presta q̄s oīps deꝰ: vt que solēni celebramꝰ officio purificate mentis intelligētia ꝯsequamur. Pđ. ¶ Nota q̄ p oct. ⁊ in oct. epy. Credo dr/⁊ Prefat. Qr cū vnigenitꝰ. ⁊ Cōicātes. sicut in die epy. ¶ Dñica itra oc. epypha. Introitꝰ



In excelso throno vidi sedere virū quē adorat multitudo angelorū psallentes in vnū ecce cuiꝰ imperij nomē est in eternum. Ps. Jubilate deo omnis terra/psalmum dicite nomini eius/date gloriam laudi eius. Gloria patri. Oratio.

Vota quesumꝰ domine supplicantis populi celesti pietate prosequere: vt que agenda sunt videant/et adimplenda que viderint ꝯualescant. Per do. Lctō eple beati pauli apli Ad Romanos. xij.

Fratres: Obsecro vos p misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuētē/sanctam/deo placentem. rationabile obsequium vestrum. Et nolite cōformari huic seculo. Sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis que sit voluntas dei bona/⁊ beneplacēs ⁊ perfecta. Dico enim per gratiam que data est michi omnibus qui sunt inter vos nō plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē. et vnicuiqꝫ sicut deus diuisit mensurā fidei. Sicut enim in vno corpore multa mēbra habemus: omnia autē mēbra non eūdem actum habēt: ita multi vnum corpus sumus in christo. Singuli autem alter alterius mēbra In christo iesu domino nostro

Rn. Benedictus dominus deus israel: qui facit mirabilia magna solus a seculo. Vꝰ. Suscipiant montes pacem populo: et colles iusticiam. Alleluya. V. Jubilate deo oīs terra seruite domino in leticia

¶ Secundum Lucam ij. capitulo

In illo tēpore: Cū factus esset iesus annorū duodecim: ascendētibus illis hierosolymam secundū consuetudinē diei festi/cōsummatisqꝫ diebus cum redirent: remansit puer iesus in hierusalē/et nō cognouerunt parentes eius.

Existimātes autem illū̄ esse in comitatu: venerunt iter diei: ꝛ requirebant eū̄ inter cognatos ꝛ notos. Et non inuenientes: regressi sunt in hierusalem requirētes eum. Et factum est post triduū̄ inuenerunt illum in templo sedētem in medio doctorum: audientē illos ꝛ interrogantem eos. Stupebant autē omnes qui eum audiebant: super prudentia ꝛ responsis eius. Et videntes eū̄ admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuꝰ et ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me querebatis nesciebatis quia i his que patris mei sūt oportet me esse? Et ipsi nō intellexerunt verbum: quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis. et venit nazareth: ꝛ erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hec: conferēs in corde suo. Et iesus proficiebat sapientia ꝛ etate ꝛ gratia: apud deū̄ ꝛ homines. ¶ Credo. Offertorium.

Iubilate deo omnis terra iubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia: intrate in cōspectu eius in exultatione quia dominus ipse est deus. Secreta.

Oblatum tibi domine sacrificium viuificet nos semper ꝛ muniat. Per dominū̄. Cōio. Fili quid fecisti nobis sic ego et pater tuꝰ dolentes querebamus te / et quid est quod me querebatis nesciebatis quia i his que patris mei sunt oportet me esse. Postcōio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: vt quos tuis reficis sacramentis tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire cōcedas. Per dominum nr̄m.

¶ Sancti guillermi Biturtensis archiepiscopi Ad missā Introit.

Statuit ei dominus testamentū̄ pacis ꝛ principē fecit eum vt sit illi sacerdotii dignitas in eternum. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Oratio.

Da quesumus oı̄ps deus vt beati guillermi cōfessoris tui atq̄ pōtificis venerāda solēnitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per d. ¶ Eodē die mēoria sctī pauli primi heremite. Orō.

Misericordiā tuā nobis dn̄e q̄s interueniēte beato paulo primo heremita ꝛ cōfessore tuo clemēter impēde: ꝛ nobis peccatoribꝰ ipsiꝰ ꝓpitiare suffragiis. Per dn̄.

¶ In mēoria de appāritiōe. Orō.

Deus qui hodierna die vnigenitū̄ tuū̄ gentibus stella duce reuelasti ꝛcede ꝓpitius: vt qui iā te ex fide cognouimꝰ vsq̄ ad contēplandā speciē tue celsitudinis perducamur. Per eūdem dominum.

Lectio libri Sapiētie. Eccli. xliiij.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo ꝛ inuentus est iustus. Et in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inuētus similis illi: qui cōseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando: fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi: ꝛ testamētum suū̄ confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibꝰ suis. conseruauit illi misericordiam suam: ꝛ inuenit gratiam corā oculis domini. Magni-

sitauit eum in cōspectu regū: et dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamētum sempiternum: et dedit illi sacerdotium magnū: et beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio: et habere laudē in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignum in odorem suauitatis. R. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. V. Uitam petiit et tribuisti ei longitudinē dierū in seculū seculi. A lla. V. Justus germinabit sicut liliū: et florebit in eternū ante dñm. Prosa.

Ecce benitlux optata lux iocunda dedicata salutaris laudibus. Qui guillermū sublimauit/ sublimatū coronauit in regnis celestibus. Hic est pater et patronus/ quē pastorē summe bonus pastor nobis tribuit. Qui benignū se rectorē/ piū patrē et doctorē subditis exhibuit. Hic virtutū emulator fideique propagator verbū vite predicans. Hic fidelis dispēsator non auarus fenerator talentum multiplicans. Hic est ille deo charus/ verbo vita fide clarus dās salutem populis. Quātus enim sit vir iste/ declarasti iesu xpe signis et miraculis. Serue prudens et fidelis cuius merces est in celis nostra sana vulnera. Uisitare seruos velis ab āntiqui hostis telis nos ignitis libera. Amen dicant omnia.

Secundum Marcum xiiij. cap.

In illo tpe: Dixit iesus discipulis suis. Uidete vigilate orate: nescitis enim quādo tēpus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domū suā, et dedit seruis suis potestatē cuiusque operis et ianitori precepit vt vigilet. Uigilate ergo: nescitis enim quando dñs domus veniat. Sero an media nocte/ an gallicātu: an mane. Ne cū venerit repēte/ inueniat vos dormiētes. Qđ aūt vobis dico/ oībus dico vigilate. Credo dicit. Offer. Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noīe meo exaltabit cornu ei9. Secre.

Hostias tibi dñe pro commemoratiōe sancti guillermi cōfessoris tui atque pontificis offerimus suppliciter deprecātes: vt sicut illi prebuisti sacram fidei claritatē/ sic nobis indulgentiā largiaris et pacem. Per do. Alia Secreta

Hostias tibi dñe beati pauli primi heremite confessoris tui dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuū nobis tribue peruenire subsidium. Per dñm.

Secreta alia Secreta de apparitiōe.

Ecclesie tue quesum9 domine dona propicius intuere: quibus nō iā aurū thus et myrrha profert: sed qđ eisdē muneribus declaratur immolatur et sumit iesus xps dñs noster. Qui tet. Prefatio et Cōmunicantes vt in die epypha nie. quere ante canonē. Cōmunio.

Beatus seruus quē cum venerit dñs inuenerit vigilantē: amē dico vobis sup oīa bona sua cōstituet eum. Postcōmunio.

Recta quesumus oṗs deus vt de perceptis muneribus gratias exhibētes beneficia potiora sumamus. Per dominū. De sctō Paulo heremita. l. Postcōio.

Uesum9 oṁps deus vt qui celestia alimenta percepimus: intercedente beato paulo primo heremita cōfessore tuo per hec

cōtra omnia aduerſa muniamur Pꝛ. Alia poſtcō. de apparitiōe dñi

PReſta queſumus omnipotens deus vt que ſolenni celebꝛamus officio: purificate mentis intelligētia cōſequamur. Pꝛ.

¶ In octauis epyphā. Introitus



ECce aduenit dominatoꝛ dominus: et regnū in manu eius ⁊ poteſtas ⁊ imperiū Ps. Deus iudicium tuum regi da: ⁊ iuſticiam tuam filio regis Oꝛatio.

DEus cuiꝰ vnigenitꝰ in ſubſtantia noſtre carnis apparuit: pꝛeſta queſumus / vt per eum quem ſimilē nobis foꝛis agnouimus intus refoꝛmari mereamur Qui tecū. Fit memoꝛia de ſancto remigio ſicut vnꝰ ꝯfeſſ. pōti. Oꝛo

ADeſto dñe pꝛecibꝰ noſtris quas in ſancti remigij confeſſoꝛis tui atq; pontificis ſolēnitate deferimus vt qui noſtre iuſticie fiduciā nō habemus eius qui tibi placuit pꝛecibus adiuuemur. Per. Lectio Eſaie pꝛophete. xxv.

DOmine deus meus honoꝛificabo te: laudem tribuā nomini tuo / qui facis mirabiles res. Conſilium tuum antiquū verum fiat: domine excelſum eſt bꝛachium tuum deꝰ ſabaoth coꝛona ſpei: que oꝛnata eſt gl'ia. Exultet deſertū: ⁊ exultent ſolitudines ioꝛdanis. Et populus meus videbit altitudinem domini et maieſtatē dei: ⁊ erit ꝯgregatus ⁊ redemptus per deum. Et veniet in ſyon cum leticia: ⁊ leticia ſempiterna ſup caput eius / laus ⁊ exultatio. Et aperiā in montibus flumina ⁊ in medijs campis fontes diſrumpam: ⁊ terram ſitientem ſine aqua cōfundam. Ecce puer meus exaltabitur ⁊ eleuabitur: ⁊ ſublimis erit valde Haurietis aquas i gaudio de fontibꝰ ſaluatoꝛis: ⁊ dicetis in illa die cōfitemini domino / ⁊ inuocate nomē eius. Notas facite in populis adinuentiones eius: cātate domino quia mirabilia fecit: annūciate hec in vniuerſa terra / dicit dñs omnipotens. ℟. Omnes de ſaba venient aurū ⁊ thus deferentes ⁊ laudem domino annunciantes. Vꝰ. Surge ⁊ illuminare hieruſalē quia gloꝛia domini ſuper te oꝛta eſt. Alleluya. Vꝰ. Multipharie olim deus loquens patribus in pꝛophetis nouiſſime diebꝰ iſtis locutus eſt nobis in filio ſuo. ¶ Secundum Johannē. j.



IN illo tempoꝛe. Uidit iohannes ieſum venientem ad ſe: et ait. Ecce agnꝰ dei. Ecce q̄ tollit peccata mundi. Hic eſt de quo dixi Poſt me venit vir qui ante me factus eſt. quia pꝛioꝛ me erat: ⁊ ego neſciebam eū. Sed vt manifeſtaretur in iſrael: pꝛopterea veni ego in aqua baptizās Et teſtimoniū perhibuit iohānes dicens. Quia vidi ſpiritū deſcendētem quaſi columbā de celo: ⁊ manſit ſuper eum et ego neſciebā eum. Sed q̄ miſit me baptizare i aqua: ille michi dixit. Super quem videris ſpiritum deſcendentem ⁊ manētem ſuper eum: hic eſt qui bapti

gat in spiritu sancto. Et ego vidi/ et testimoniũ perhibui: quia hic est filius dei. Credo vt. Offertorium.
Reges tharsis et insule munera offerent/ reges arabum et saba dona adducent/ et adorabunt eum omnes reges terre/ omnes gentes servient ei. Secreta.
Hostias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus suppliciter exorantes: vt sicut ipse nostrorũ auctor est munerum: ita ipse sit misericors et susceptor ipsius christus dominus noster. Qui te. Alia Secre. de scõ remigio
Propiciare dñe supplicationibus nostris et intercedente pro nobis sancto remigio cõfessore tuo atque pontifice hijs sacramẽtis celestib⁹ seruiẽtes ab omni culpa liberos esse concede: vt purificãte nos gratia tua hisdem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per. Prefatio Eterne de⁹. Quia cum vnigenitus tuus. et Cõmunicãtes. quere ante canonem. Cõio. Vidim⁹ stellã eius in oriẽte et venim⁹ cũ munerib⁹ adorare dñm. Postcõ.
Celesti lumine quesum⁹ domine semp et vbique nos preueni: vt mysterium cuius nos participes esse voluisti/ et puro cernamus intuitu et digno percipiamus effectu. Per dominum nostrum.
Alia Postcõio de sancto remigio.
Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem beatus remigius confessor tuus atque pontifex q̃sum⁹ precator accedat. Per.
Nota q̃ misse triũ dominicaliũ sequentiũ dici debent etiã si nulle fuerit dñice inter dictas octabas epyphanie et. lxx. Et dicuntur diẽb⁹ annotatis in presenti tabula.
Dominica prima post octabas epyphanie Ad missam Introitus



Omnis terra adoret te deus/ et psallat tibi: psalmũ dicat nomini tuo altissime. Ps. Iubilate deo omnis terra psalmũ dicite nomini ei⁹: date gloriã laudi ei⁹. Gl'ia. Oro
Omnipotẽs sempiterne deus qui celestia simul et terrena moderaris/ supplicatiões populi tui clementer exaudi/ et pacem tuã nostris concede tẽporibus. Per d.
De sanctis quor⁹ festa deinceps occurrũt/ require inferius vbi agitur de festis: a festo sctĩ andree vsque ad annũ reuolutũ. Lectio epistole beati apostoli Ad Romanos. xij.
Fratres: Habẽtes donationes scdm gratiam que data est vobis differẽtes/ siue prophetiam scdm rationẽ fidei/ siue ministeriũ in ministrando/ siue qui docet ĩ doctrina: Qui exhortatur in exhortando. Qui tribuit in simplicitate. Qui preest in sollicitudine. Qui miseretur in hylaritate. Dilectio sine simulatione/ Odientes malum: adherentes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Honore inuicem preueniẽtes. Sollicitudine non pigri. Spiritu feruentes: domino seruiẽtes. Spe gaudẽtes: in tribulatione patientes. Orationi instantes. necessitatibus sanctorum communicãtes: hospitalitatem sectantes. Benedicite persequẽtibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus: flere cum fle-

tibus. Ipsi ipsum inuicem sentientes Non alta sapientes/sed humilibus consentientes. R. Misit dominus verbum suum: et sanauit eos de interitu eorum. V. Confiteantur dño misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum. Alleluya V. Laudate dominum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Secundum Iohannem ij. cap.



In illo tempore: Nuptie facte sunt in chana galilee/ et erat mater iesu ibi. Uocatus est autem iesus et discipuli eius: ad nuptias. Et deficiente vino: dixit mater iesu ad eum. Uinum non habent. Et dicit ei iesus. Quid michi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dixit mater eius ministris. Quodcunque dixerit vobis: facite. Erant autem ibi lapidee hydrie sex posite secundum purificationem iudeorum: capientes singule metretas binas vel ternas. Dicit eis iesus. Implete hydrias aqua Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis iesus haurite nunc: et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustauit architriclinus aquam vinum factum/ et non sciebat vnde esset: ministri autem sciebant qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus et dicit ei. Omnis homo vinum bonum primum ponit: et cum inebriati fuerint: tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti vinum bonum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum iesus in chana galilee: et manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius Credo. Offer. Iubilate deo omnis terra: iubilate deo omnis terra psalmum dicite nomini eius. venite et audite et narrabo vobis omnes qui timetis deum quanta fecit dñs anime mee alleluya. Secreta.

Oblata dñe munera sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per dñm. Prefatio Quia per incarnati. Et similiter in omnibus dñicis vsque ad purificationem beate marie nisi fe. interueniat. Cõio. Dicit dominus implete hydrias aqua / et ferte architriclino/ dum gustasset architriclinus aquam vinum factum dicit sponso: seruasti bonum vinum vsque adhuc: hoc signum fecit iesus primum coram discipulis suis. Postcõio.

Augeatur in nobis dñe quesumus tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramentis ad eorum promissa capienda tuo munere preparemur. Per dominum.

Feria quarta. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Colossẽses. j.

Fratres: Audistis dispensationem gratie dei que data est michi in vobis vt impleam verbum dei mysterium quod absconditum fuit a seculis et generationibus. Nunc autem manifestum est sanctis eius: quibus voluit deus notas facere diuicias glorie sacramenti huius in gentibus: quod est christus in vobis spes glorie quem nos annunciamus. Corripientes omnem hominem: et docentes in omni sapientia. Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in christo iesu dño nostro.

Secundum Lucam. iiij. capitulo.

In illo tempore. Regressus est iesus in virtute spiritus in ga

lileã: ⁊ fama exijt per vniuersam
regionê de illo. Et ipse docebat in
synagogis eorũ. ⁊ magnificabat
ab hominibus. Et venit nazareth
vbi erat nutritus: ⁊ intrauit secun
dum cõsuetudinem suam die sab-
bati in synagogam. Et surrexit le
gere: ⁊ traditꝰ est illi liber esaie pro
phete. Et vt reuoluit librum: inue-
nit locũ vbi scriptũ erat. Spiritus
domini super me propter quod vn
xit me. euangelizare pauperibus
misit me/sanare contritos corde.
Predicare captiuis remissionem:
⁊ cecis visum. dimittere cõfractos
in remissionem: Predicare annũ
domini acceptum et diem retribu-
tionis. Et cum plicuisset librũ: red
didit ministro. ⁊ sedit. Et omnium
in sinagoga oculi erant intenden
tes in eum. Cepit autem dicere ad
illos. Qr hodie impleta est hec scri
ptura in auribꝰ vestris. Et omnes
testimonium illi dabant. Et mira
bantur in verbis gratie que proce
debãt de ore eius. ¶ Dñica secũda
post octa. epyphanie Introitus.

Adorate deum om-
nes angeli eius/au
diuit ⁊ letata est sy-
on/ et exultauerunt
filie iude. Ps. Dñs re
gnauit exultet terra: le-
tentur insule multe. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus
infirmitatem nostram pro-
picius respice: atq ad protegendũ
nos dexteram tue maiestatis extẽ
de. Per. Lectio epistole beati Pau
li apostoli Ad Romanos. xij. cap.

Fratres. Nolite esse prudẽ-
tes apud vosmetipsos: nul
li malũ pro malo reddentes. Pro-
uidentes bona non tantũ corã deo
sed etiam coram omnibus homi-
nibꝰ. Si fieri potest quod ex vobis
est/cum omnibus hominibus pa-
cẽ habentes. Non vosmetipsos de-
fendentes charissimi: sed date lo-
cum ire. Scriptũ est enim. Michi
vindictam: ⁊ ego retribuam dicit
dñs. Sed si esurierit inimicꝰ tuus/
ciba illum. Si sitit: potum da illi.
Hoc enim faciens carbones ignis
congeres super caput eius. Noli vin
ci a malo: sed vince in bono malũ.
℟. Timebunt gentes nomen tuum do-
mine: ⁊ omnes reges terre gloriam tuam.
℣. Quoniam edificauit dominus syon: et
videbitur in maiestate sua. Alleluya.
℣. Dñs regnauit exultet terra: letẽtur in-
sule multe. ¶ Scdʒ Mattheum. viij.

In illo tem
pore. Cum
descẽdisset iesus
de monte: secute
sũt eũ turbe mul-
te. Et ecce leprosꝰ
veniẽs adorabat
eum dicens. Do-
mine si vis potes
me mundare. Et extendens iesus
manum: tetigit eum dicens. Volo
mundare. Et confestim mundata
est lepra eius. Et ait illi iesus. Vi-
de nemini dixeris: sed vade osten-
de te sacerdoti et offer munus qđ
precepit moyses in testimonium il
lis. Cum autem introisset caphar
naum: accessit ad eum cẽturio ro-
gans eũ ⁊ dicens. Dñe/puer meus
iacet in domo paraliticus: ⁊ male
torquetur. Et ait illi iesus. Ego ve
niam ⁊ curabo eũ. Et respondens

centurio ait. Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo et ſanabitur puer meus. Nã et ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus: habens ſub me milites. Et dico huic vade ⁊ vadit. ⁊ alio veni ⁊ venit. ⁊ ſeruo meo fac hoc ⁊ facit. Audiens autẽ ieſus miratus eſt: et ſequẽtibus ſe dixit. Amen dico vobis: nõ inueni tãtam fidem in iſrael. Dico autẽ vobis. Multi ab oriente ⁊ occidente venient ⁊ recumbent cum abraham / iſaac ⁊ iacob in regno celor. Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Et dixit ieſus centurioni. Vade: ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora. Credo. Offertorium. Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me: non moriar ſed viuam ⁊ narrabo opera domini. Secreta.

Hec hoſtia queſumus domine emundet noſtra delicta ⁊ ad ſacrificium celebrãdum ſubditorum tibi corpora mẽteſq; ſanctificet. Per. Cõio. Mirabantur oẽs de his que procedebãt de ore dei. Poſtcõio

Quos tãtis dñe largiris vti myſterijs: queſumus / vt effectibꝰ eorũ nos veraciter aptare digneris. p. ¶ Fer. iiij. Lectõ epiſtole btĩ pauli apli ad Timotheũ. j. j.

Chariſſime. Fidelis ſermo ⁊ omni acceptiõe dignus: q2 chriſtus ieſus venit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere: quorum primꝰ ego ſum. Sed ideo miſericordiam cõſecutus ſum / vt in me primo oſtẽderet chriſtus ieſus omnem patientiam ad informationem eorũ qui crediturì ſunt illi in vitam eternam. Regi autem ſeculorum immortali inuiſibili: ſoli deo honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorũ amen. ¶ Scdm Mattheũ. iiij.

In illo tẽpore: Circuibat ieſus totam galileam: docẽs in ſynagogis eorum et predicans euangelium regni: ⁊ ſanans omnem lãguorem ⁊ omnem infirmitatẽ in populo. Et abijt opinio eiꝰ: in totam ſyriam. Et obtulerunt ei omnes male habentes varijs languoribus ⁊ tormentis comprehenſos / ⁊ qui demonia habebãt / ⁊ paraliticos / et lunaticos: et curauit eos. Et ſecute ſunt eũ turbe multe ¶ Feria. vj. Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli Ad Epheſios. j. ca.

Fratres: Cũ audiſſetis verbum veritatis euãgelium ſalutis veſtre. in quo ⁊ credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto: qui eſt pignus hereditatis veſtre. in redemptionẽ acquiſitionis ⁊ laudem glorie ipſius: propterea ⁊ ego audiens fidem veſtram que eſt in chriſto ieſu ⁊ dilectionẽ in omnes ſanctos: non ceſſo gratias agens pro vobis memoriã veſtri faciens in orationibus meis vt deus dñi noſtri ieſu chriſti pater glorie det vobis ſpiritum ſapiẽtie ⁊ reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis veſtri vt ſciatis que ſit ſpes vocationis eiꝰ / et que diuitie glorie hereditatis eiꝰ in ſanctis per ieſum chriſtũ dominũ noſtrũ. ¶ Scdm Marcũ. iij. ca.

In illo tẽpore. Exeũtes phariſei cum herodianis conſilium habebant aduerſus ieſum:

quomodo eum perderent. Jesus autem cũ discipulis suis secessit ad mare. et multa turba a galilea et iudea secuta est eum ⁊ ab hierosolymis: ⁊ ab idumea ⁊ transiordanem ⁊ que circa tyrum ⁊ sydonem multitudo magna audientes que faciebat: venerunt ad eum. Et dixit iesus discipulis suis vt in nauicula sibi deseruiret propter turbã ne cõprimerent eum. Multos enim sanabat ita vt irruerent in eum: vt illum tangerent. Quotquot autẽ habebãt plagas ⁊ spiritus immũdi cum illum videbant procidebãt ei et clamabant dicentes: quia tu es filius dei. Et vehementer cõminabatur eis ne manifestarent illũ Et ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse: et venerunt ad eũ. Et fecit vt essent duodecim cum illo: ⁊ vt mitteret eos predicare euangelium: ⁊ dedit eis potestatem curandi infirmitates ⁊ eyciẽdi demonia. ¶ Dñica tertia post octauas epyphanie Introitus.


Adorate deum omnes angeli eius/audiuit ⁊ letata est syon/ et exultauerunt filie iude. ps Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis cõstitutos pro humana scis fragilitate non posse subsistere. da nobis salutem mentis et corporis: vt ea que pro peccatis nostris patimur te adiuuante vincamus. Per. Ad Romanos. xiij.ca.

Fratres: Nemini quicq̃ debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximũ: legem impleuit. Nam non adulterabis. non occides. nõ furaberis. non mechaberis. non falsum testimonium dices / nõ concupisces rẽ proximi tui. ⁊ si quod est aliud mãdatum: in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malũ nõ operaẽ. Plenitudo ergo legis: est dilectio. R. Timebunt gentes nomen tuum domine: ⁊ omnes reges terre gloriã tuam. V Quoniã edificauit dominus syõ et videbit in gloria sua. Alleluya. V. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. ¶ Scdm Mattheũ viij


In illo tempore. Ascẽdẽte iesu in nauiculã: secuti sunt eũ discipuli eius. Et ecce mot⁹ magnus fact⁹ est in mari: ita vt nauicula operiret fluctib⁹. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius: et suscitauerũt eum dicentes. Domine/ salua nos: perim⁹. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens imperauit ventis ⁊ mari: ⁊ facta est trãquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicẽtes. Qualis est hic: quia venti ⁊ mare obediunt ei? Credo. Offr. Dextera domini fecit virtutem dextera dñi exaltauit me: nõ moriar sed viuam ⁊ narrabo opera domini. Secreta.

Concede quesumus omnipotens deus: vt huius sacrificij munus oblatum fragilitatem nostram ab omni malo purget et

muniat. Per. Cōio. Mirabant oēs de hijs que pcedebāt de ore dei. Postcōio

Munera tua des nos a terrenis delectatiōib⁹ expediāt: & celestib⁹ sēp instruāt alimētis. P. ¶ Nota q̄ misse sequēt. dimittun tur quādo tēpus est breue. Et etiā misse dominicaliū sequēt. vsq̄ ad lxx. quia solū dici debēt quādo tem pus est lōgū inter dictas octa. epyphañ. & lxx. ¶ Feria. iiij. Lctō epl'e beati Pauli apl'i ad Romanos. v.

Fratres. Sicut per vnū deli ctū mors in omnes homines in cōdemnationē: sic & p vnius iusticiā resurrectio in oēs homines in iustificationē vite peruenit. Sicut enim per vni⁹ hominis inobedientiam peccatores cōstituti sunt multi: ita & per vnius obedien tiam iusti cōstituuntur multi. Lex autem subintrauit: vt abundaret delictum. Ubi autem abūdauit de lictum: superabundauit & gratia. Ut sicut regnauit peccatū in mortē: ita et gratia regnet per iusticiā in vitam eternā. Per iesum christū dñm nostrū. ¶ Scd'z Lucam. iiij.

In illo tempore. Descēdit iesus in capharnaum ciuitatem galilee: ibiq̄ docebat eos sab batis. Et stupebāt in doctrina ei⁹: quia in potestate erat sermo ipsi⁹. Et in synagoga erat homo habēs demonium immundū: et exclama uit voce magna dicēs. Sine. Quid nobis & tibi iesu nazarene: venisti perdere nos? Scio te quod sis sanctus dei. Et increpauit illū iesus dicens. Obmutesce: & exi ab illo. Et cū proiecisset illud demonium in mediū: exijt ab illo nichilq̄ illi nocuit. Et fact⁹ est pauor in omnib⁹: & colloquebantur adinuicem dicētes. Quod est hoc verbum / quia in potestate & virtute imperat immūdis spiritibus & exeūt. Et diuulgabatur fama de illo in omnē locū regionis. ¶ Feria. vj. Lectio epl'e beati pauli apl'i ad Colossenses. j.

Fratres: Gratias agimus deo patri domini nostri iesu christi: semper pro vobis orātes Audientes fidem vestram in christo iesu: & dilectionē quā habetis in sanctos omnes propter spem que reposita est vobis in celis: quā aute audistis in verbo veritatis euā gelij quod peruenit ad vos sicut et in vniuerso mundo est: et fructificat & crescit / sicut in vobis ex ea die qua audistis & cognouistis gratiā dei in veritate sicut didicistis ab epaphra charissimo cōseruo nostro qui est fidelis pro vobis minister christi iesu. Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. Ideo & nos ex qua die audi uimus / non cessauimus pro vobis orantes & postulantes: vt impleamini agnitione volūtatis eius in omni sapiētia & intellectu spiritua li. In christo iesu domino nostro. ¶ Secundum Lucam. xviij. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Oportet semper orare & non deficere dicens. Iudex quidā erat in quadam ciuitate: qui deum nō timebat & hominem nō reuerebatur. Uidua autem quedam erat in ciuitate illa: et veniebat ad eum dicens. Uindica me de aduersario meo. Et nolebat per multū tēpus.

Post hec autem dixit intra se Et si deum non timeo nec hominem reuereor/tamen quia molesta est michi hec vidua vindicabo illam: ne in nouissimo veniens sugillet me. Ait autem dominus. Audite quid iudex iniquitatis fecerit. Deus autem non faciet vindictam electorū suorum clamantium ad se die ac nocte/et patientiam habebit in illis? Dico autē vobis:quia cito faciet vindictā illorū. ¶ Dnica. iiij. post octauas epyphanie Introit⁹



Adorate deum omnes angeli eius:audiuit & letata est syon/et exultauerunt filie iude. Ps. Dñs regnauit exultet terra:letentur insule multe. Gloria. Oratio

Familiā tuam quesum⁹ domine cōtinua pietate custodi:vt que in sola spe gratie celestis innititur: tua semper protectione muniatur. Per. Lctō epistole beati Pauli apli ad Colossenses. iij.c.

Fratres. Induite vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordie. benignitatem/humilitatem/mansuetudinē/modestiam/patientiam/ supportātes inuicem & donātes vobismetipsis: si quis aduersus aliquē habet querelam:sicut & christus donauit vobis ita et vos. Super omnia autē hec:charitatem continuam habētes:quod est vinculū perfectionis. Et pax christi semp exultet in cordibus vestris:in qua & vocati estis in vno corpore:et grati estote. Verbum christi habitet in vobis abundanter:in omni sapientia docētes & ammonentes vosmetipsos in psalmis/& hymnis/& canticis spiritualibus/in gratia cātantes in cordibus vestris deo. Omne qdcunq̃ facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri iesu christi facite. Gratias agentes deo: et patri per iesum christum dominū nostrum. R. Timebunt gētes nomen tuum domine: & omnes reges terre gloriā tuam. V. Quoniā edificauit dominus syō et videbit in gloria sua. Alleluya. V. Dominus regnauit exultet terra:letentur insule multe. ¶ Scdm Mattheū. xj.

In illo tempore. Respondēs iesus: dixit. Cōfiteor tibi pater domine celi et terre:qr abscondisti hec a sapientibus & prudentibus: et reuelasti ea paruulis. Ita pater:quoniam sic fuit placitū ante te. Omnia michi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filiū nisi pater:neq̃ patrem quis nouit nisi filius:et cui voluerit filius reuelare. Venite ad me oēs qui laboratis et onerati estis: & ego reficiā vos. Tollite iugū meū super vos/et discite a me qr mitis sū & humilis corde. Et inuenietis reqē aīabus vestris. Iugū enī meū suaue est/& onus meum leue. Credo. Offr. Dextera domini fecit virtutem dextera dñi exaltauit me:nō moriar sed viuam & narrabo opera domini. Secreta.

Hostias tibi domine placationis offerim⁹: vt delicta nostra miseratus absoluas:& nutantia corda tu dirigas. Per. Cōmunio. Mirabātur omnes de hiis que procedebant de ore dei. Postcōmunio.

Quesumus omnipotēs de⁹: vt illi⁹ salutaris capiam⁹

effectū: cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum.
¶ Dominica.v. si euenerit ante se ptuagesimā dicitur in oībus canticis vt dominica secūda post octa uas epyph a.q̄re.s.fo.xxij. Oratio.

Onserua domine populum tuū ꝫ tuo nomini fac deuotum: vt diuinis subiectus officijs. ꝫ temporalia donabiriliter ꝫ eterna percipiat. Per. Lectio epistole beati pauli apl'i Ad hebreos.iij.c.

Fratres: Considerate apostolum ꝫ pontificem cōfessionis nostre iesum qui fidelis est ei qui fecit illum. sicut ꝫ moyses in om̄i domo eius. Amplioris enim gratie iste pre moyse dign⁹ est habitus: quanto ampliorem honorē habet domus qui fabricauit illā. Omnis nāq̄ dom⁹ fabricatur ab aliquo. Qui autē omnia creauit: deus est. Et moyses quidē fidelis erat in tota domo eius tāq̄ famulus in testimoniū eorum que dicenda erant. Christ⁹ vero tanq̄ filius in domo sua. Que domus sumus nos: si fiduciam ꝫ gloriam spei vsq̄ ad finem firmam teneamus.
¶ Secundum Mattheum. xiij.ca.



In illo tempore: Dixit ie[s]⁹ discipulis suis parabolā hāc. Simile est regnū celorum homini q̄ seminauit bonū semē in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimic⁹ homo: et superseminauit zizania in medio tritici ꝫ abijt. Cum autē creuisset herba ꝫ fructum fecisset: tunc apparuerunt ꝫ zizania. Accedētes ergo serui patrisfamilias: dixerunt ei. Dn̄e nōne bonū semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autē dixerūt ei. Uis imus ꝫ colligim⁹ ea? Et ait. Non. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite vtraq̄ crescere vsq̄ ad messem: ꝫ in tēpore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania: ꝫ alligate ea in fasciculos ad comburendum. Triticum autem congregate in horreum meum. Secreta.

Ec nos oblatio quesumus domine/mūdet renouet gubernet ꝫ protegat. Per d. Postcōio

Elestibus domine pasti mysterijs: quesumus / vt semper eadem per que viuimus: veraciter expectemus. Per dominum.
¶ Nota q̄.lxx.est festū mobile: q̄z scd'z situationē lunarū ꝫ litterarū dn̄icaliū variat: adeo q̄ pōt ascendere ꝫ descēdere p.xxxv. dies ꝫ nō vltra/videl3 a.xviij. dic ianuarij vsq̄ ad.xxj.feb. Et in quib⁹ dieb⁹ ꝫ mēsibus situabit: vide ppetuo in tabula singulis ānis. Et simil' de alijs fes. mobilib⁹ videre poteris: q̄ sic ascēdūt ꝫ descendūt per.xxxv.dies.
¶ Dn̄ica in septuagesima Offm.



Ircundederūt me gemit⁹ mortis/dolores inferni circūdederūt me ꝫ in tribulatione mea inuocaui dominū: et exaudiuit de templo sancto suo vo

cem meam. ps. Diligam te domine fortitudo mea dominus firmamentū meum ꝫ refugium meum ꝫ liberator meus. Gloria patri. A.lxx. vsqꝫ ad pascha nō dicit Gloria in excel. nec Ite missa est. nisi fuerit festū cum Te deū. Oro.

Preces populi tui qs dñe clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dominū nr̄z.

Lectio epistole beati pauli apostoli Ad Corinthios ix.capitulo.

colūbas euertit. Et dixit eis. Scriptum est. Domus mea domus orationis vocabitur. Uos autem fecistis eam speluncam latronum. Et accesserūt ad eum ceci et claudi in templo/ et sanauit eos. Uidentes autem principes sacerdotū et scribe mirabilia q̄ fecit: et pueros clamantes in templo et dicentes/ osāna filio dauid: indignati sunt ꝫ dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis. Utiqꝫ. Nunquid legistis in scripturis/ quia ex ore infantium ꝫ lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis: abijt foras extra ciuitatem in bethaniā Ibiqꝫ docebat eos de regno dei. Offr. In te speraui dn̄e dixi tu es deus me⁹ in manibus tuis tēpora mea. Secre.

Oblatis quesumus dn̄e placare muneribus ꝫ a cunctis nos defēde periculis. Per dominū Cōmunio. Cum inuocarem exaudisti me deus iusticie mee in tribulatione dilatasti me miserere michi domine et exaudi orationem meam. Postcōmunio.

Quesumus omnipotens deus/ vt illius salutaris capiamus effectum/ cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per dominum. Super populum. Oratio

Ascēdant ad te domine preces nostre/ ꝫ ab ecclesia tua cunctam repelle nequiciam. Per. Feria quarta. Introitus.

Eminiscere miserationum tuarum domine: et misericordie tue que a seculo sūt/ ne vnqꝫ dominentur nobis inimici nostri/ libera nos deus israel ex omnibus angustijs nostris. ps Ad te domine leuaui animā meā deus meus in te confido non erubescam. Gloria patri et. Flectamus genua Leuate. Oro.

Preces nostras quesumus domine clementer exaudi ꝫ contra cuncta nobis aduersantia dexterā tue maiestatis extēde. Per Lectio libri Exodi. xxiiij. capitulo

In diebus illis. Dixit dominus ad moysen. Ascende ad me in montem et esto ibi: daboqꝫ tibi duas tabulas lapideas/ et legē ac mandata que scripsi vt doceas filios israel. Surrexerunt autem moyses et iosue minister ei⁹. Ascēdensqꝫ moyses in montem dei senioribus ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetis aaron et hur vobiscum. Si quid natū fuerit questiōis referetis ad eos. Cūqꝫ ascēdisset moyses/ operuit nubes montem: et habitauit gloria dn̄i super synai tegens illum nube sex diebus. Septimo autem die: vocauit eum dominus de medio caliginis. Erat autem species glorie domini quasi ignis ardēs super verticem montis: in conspectu filiorū israel. Ingressusqꝫ moyses mediū nebule: ascendit in mōtem. Et fuit ibi quadraginta diebus ꝫ quadraginta noctibus. Responsorium.

Tribulationes cordis mei dilatate sunt de necessitatib⁹ meis eripe me dn̄e. V. Uide humilitatē meam et laborē meū ꝫ dimitte oīa peccata mea. Dn̄s vobiscū. Oro.

Deuotionem populi tui quesumus domine benignus intēde: vt qui per abstinētiam macerantur in corpore/ per fructū boni operis reficiātur in mente. Per dominū. Lectō libri Regū iij. xix.

In diebꝰ illis. Uenit helias in bersabee iuda: et dimisit ibi puerum suum et perrexit in desertū viā vnius diei. Cumq̄ venisset ⁊ sederet subter vnam iuniperum: petiuit anime sue vt moreretur et ait. Sufficit michi domine/tolle animam meam: neq̄ enim sum melior q̄ patres mei. Proiecitq̄ se: et obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum: dixitq̄ ei. Surge/comede. Et respexit/⁊ ecce ad caput suū subcinericiꝰ panis ⁊ vas aque. Comedit ergo ⁊ bibit: et rursum obdormiuit. Reuersusq̄ est angelus domini secūdo et tetigit eum: dixitq̄ ei. Surge comede/grandis enim tibi restat via. Qui cum surrexisset: comedit ⁊ bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus: vsq̄ ad montem dei oreb. Tractus.

De necessitatibꝰ meis eripe me domine vide humilitatem meam et laborem meū ⁊ dimitte omnia peccata mea. ℣. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam neq̄ irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuersi qui te expectant non confundentur: confundantur omnes facientes mala.

Secundum Matthēum. xij.



In illo tpe. Accesserūt ad iesum scribe ⁊ pharisei: dicētes. Magr̄ volumus a te signum videre. Qui respondens: ait illis. Generatio mala et adultera signum querit: et signū non dabitur ei: nisi signū ione prophete. Sicut enim fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus: sic erit filiꝰ hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Uiri niniuite surgent in iudicio cum generatione ista/et condemnabunt eam: quia penitentiā egerunt in predicatione ione. Et ecce plusq̄ ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista/et condēnabit eam: quia venit a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plusq̄ salomō hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine/ambulat p loca arida querens requiem et nō inuenit. Tūc dicit. Reuertar in domum meam: vnde exiui. Et veniēs inuenit eam vacantem. scopis mū datam et ornatam. Tunc vadit et assumit septē alios spiritus secū nequiores se: et intrantes habitāt ibi. Et fiūt nouissima hominis illius: peiora prioribus. Sic erit et generationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius/et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidā. Ecce mater tua/et fratres tui foris stant: querentes te. At ille respōdens dicēti sibi ait. Que est mater mea/⁊ qui sūt frēs mei. Et extēdēs manū in discipulos suos: dixit Ecce mr̄ mea et frēs mei. Quicūq̄ enī fecerit volūtatē patris mei qui in celis est/ipse meus frater et soror et mater est. Offr. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde/et leuabo manꝰ meas ad mādata tua q̄ dilexi. Sct.

Hostias tibi domine placationis offerimꝰ: vt ⁊ delicta

nostra miseratus absoluas / & nutātia corda tu dirigas. Per. Cōio.
Intellige clamorem meum intende voci orationis mee rex meus et deus meus / quoniam ad te orabo domine. Postcōio.
Tui domine perceptione sacramenti et a nostris mundemur occultis / et ab hostium liberemur insidiis. Per. Sup populū.
Mentes nostras quesumus domine lumine tue claritatis illustra / vt videre possimus que agenda sunt: et que recta sunt agere valeamus. Per dominū nostrū.
¶ Feria quinta. Introitus.
Confessio et pulchritudo in conspectu eius / sanctitas et magnificentia in sanctificatione eius. Ps. Cātate domino canticum nouū: cantate domino omnis terra. Gloria patri et filio. Oratio.
Deuotionem populi tui quesumus domine benign⁹ intende: vt qui per abstinentiam macerantur in corpore / per fructū boni operis reficiātur in mente. Per.
¶ Lectio Ezechielis pphete. xviij.
In dieb⁹ illis. Factus est sermo domini ad me dicens. Quid est quod inter vos parabolā vertitis in prouerbium istud in terra israel dicētes. Patres nostri comederunt vuam acerbam / et dentes filioꝝ obstupescunt? Viuo ego dicit dominus deus: si erit vobis vltra parabola hec in prouerbium in israel. Ecce omnes anime mee sūt Vt anima patris: ita et anima filij mea est. Anima que peccauerit: ipsa morietur. Et vir si fuerit iust⁹ et fecerit iudicium et iustitiam: in montibus non comederit. et oculos suos nō leuauerit ad ydola domus israel: et vxorem proximi sui non violauerit. & ad mulierem mēstruatam non accesserit: et hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit: per vim nichil rapuerit: panem suum esurienti dederit & nudum operuerit vestimento: ad vsuram non cōmodauerit. & amplius non acceperit. ab iniquitate auerterit manum suam. iudicium verum fecerit inter virum et virum: & in preceptis meis ambulauerit. et iudicia mea custodierit vt faciat veritatem hic iustus est: vita viuet ait domin⁹ deus. Quod si genuerit filium latronem effundentem sanguinem et fecerit vnū de istis. et hec quidem omnia non facientem sed in montibus comedentem. et vxorem proximi sui polluentem. egenum et pauperem cōtristantem. rapientem rapinas. pignus non reddentem. et ad ydola leuantem oculos suos. et abhominationem facientem. ad vsuram dantem. et amplius accipientem: nunquid viuet? Nō viuet. Cū vniuersa hec detestanda fecerit: morte morietur. Sanguis eius in ipso erit. Quod si genuerit filium qui videns omnia peccata patris sui que fecerit. timuerit et nō fecerit simile eis: sup mōtes nō comederit. & oculos suos nō leuauerit ad ydola domus israel. et vxorē proximi sui nō violauerit. & virū nō cōtristauerit. pignus nō retinuerit. & rapinā nō rapuerit. panē suū esurienti dederit. et nudū opuerit vestimēto. a paupis iniuria auerterit manū

Antif.

suā. vsuram et superabūdantiam non acceperit/et iudicia mea fece=rit et in preceptis meis ambulauerit. hic non morietur in iniquitate patris sui. sed vita viuet. Pater eius qui calūniatus est et vim fecit fratri. et malū operatus est in medio populi sui: ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis. Quare nō portabit filius iniquitatē patris sui? Videlicet: quia filius iudiciū et iusticiam operatus est. Omnia precepta mea custodiuit et fecit illa vita viuet: ait dominus omnipotēs. ℟.

Custodi me domine vt pupillā oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meum prodeat oculi tui videant equitates. Tractus nō dr.

¶ Secundum Johannem. viij. ca.

In illo tempore. Dicebat ad eos iesus qui crediderunt ei ex iudeis. Si vos māseritis in ser=mone meo: vere discipuli mei eri=tis/et cognoscetis veritatem: et veritas liberabit vos. Responderūt ei iudei. Semen abrahe sumus: et nemini seruiuimus vnq̄. Quomo=do tu dicis quia liberi eritis? Re=spōdit eis iesus. Amen amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum/seruus est peccati. Seruus aūt nō manet in domo in eternū: filius aūt manet in eternum. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio q̄r filij abrahe estis: sed queritis me īterficere: quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meum loquor: et vos que vidistis apud patrem vestrum facitis. Responderunt et dixerunt ei. Pater noster abrahā est. Dixit eis iesus. Si filij abrahe estis opera abrahe facite. Nunc autem queritis me interficere: hominem qui veritatem locutus sum vobis quā audiui a deo. Hoc abrahā nō fecit. Vos facitis opa pr̄is vestri. Dixerunt itaq̄ ei. Nos ex fornica=tione nō sumus nati: vnū patrē ha=bemus deū. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq̄ me. Ego eni ex deo processi: et veni. Neq̄ em̄ a meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non pote=stis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri facere vultis. Ille homicida erat ab initio: et in verita=te nō stetit: quia veritas nō est in eo Cum loquitur mendacium/ex proprijs loquitur: quia mendax est et pater eius. Ego autem quia veri=tatē dico: nō creditis michi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico / quare nō creditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit. Offertorium. Immittit āgelus domini in circuitu timentium eum et eri=piet eos/gustate et videte quoniam suauis est dominus. Secreta.

Sacrificia domine quesumus propensius nos ista restau=rent/que medicinalibus sunt insti=tuta ieiunijs. Per dominū. Cōio

Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Postcommunio.

Uotorum nos domine largitate donorum et tempora=libus attolle presidijs / et renoua sempiternis. Per dominū nostrū.

¶ Super populum. Oratio.

Da quesumus domine popu=lis christianis et q̄ profitēt

agnoscere: ⁊ celeste munus dilige-re quod frequentāt. Per dominū.

¶ Feria.vj. Ad missam Introitꝰ.

De necessitatibꝰ meis eripe me domine: vide humilitatē meā et laborem meum et dimitte oia peccata mea. Ps. Ad te dñe leuaui animā meā deus meꝰ in te cōfido nō erubescā. Gloria. Oratio.

Esto domine propicius plebi tue: et quam tibi facis esse deuotam / benigno refoue miseratus auxilio. Per dominum no.

Lectio Ezechielis prophete. xviij.

Hec dicit dñs deus. Aia que peccauerit: ipsa morieт. Filius non portabit iniquitatem patris: et pater non portabit iniquitatē filij. Iusticia iusti super eum erit: ⁊ impietas impij erit super eū Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis q̄ operatus est: et custodierit vniuersa precepta mea / et fecerit iudiciū et iusticiam: vita viuet et non morietur. Omniū iniquitatum eius quas operatus est nō recordabor. In iusticia sua quā operatus est viuet. Nunquid voluntatis mee est mors impij dicit dominus deus: ⁊ non vt conuertatur a vijs suis ⁊ viuat? Si autē auerterit se iustus a iusticia sua / et fecerit iniquitatem secundum omnes abhominationes quas operari solet ipius: nunquid viuet? Oēs iusticie eius quas fecerat nō recordabuntur. In preuaricatione sua qua preuaricatꝰ est / ⁊ in peccato suo qd̄ peccauit: in ipsis morietur. Et dixistis. Nō est equa via domini. Audite ergo domus israel. Nunquid via mea nō est equa: et nō magis vie vr̄e praue sunt? Cum enim auerterit se iustꝰ a iusticia sua et fecerit iniquitatē: morieт i eis. In iniusticia sua quā operatus est: morieт. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quā operatus est: et fecerit iudiciū et iusticiam / ipse animā suam viuificabit. Cōsiderās enim et auertens se ab omnibus iniquitatibꝰ suis quas operatus est. vita viuet et non morietur. Dicit dominus: omnipotens. R. Saluum fac seruū tuum deus meus sperantem in te. V. Auribus percipe dñe orationem meā. Tractꝰ. Dñe non secundum. vt s̄ feria quarta in capite ieiunij. Scđm Johānē v.



In illo tpe. Erat dies festus iudeorum: et ascendit iesus hierosolymam. Est autem hierosolymis probatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida: quinq; porticus habens: in his iacebat multitudo magna languentium / cecoꝝ / claudorum / aridorū / expectantiū aque motū. Angelꝰ autē domini secūdū tempus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descēdisset in piscinam post motionem aque: sanus fiebat a quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autē quidam homo ibi triginta et octo annos habēs in infirmitate sua. Hūc cum vidisset iesus iacentē et cognouisset q2 iā multū tempꝰ haberet: dicit ei. Uis sanus fieri?

Antis.

Respondit ei languidus. Domine hominem non habeo / vt cum turbata fuerit aqua: mittat me in piscinam. Dũ venio enim ego: alius ante me descendit. Dixit ei iesus. Surge tolle grabatum tuũ: et ambula. Et statim sanus factus est homo: et sustulit grabatũ suum et ambulabat. Erat autem sabbatũ in illo die. Dicebant ergo iudei / illi q̃ sanus fuerat factus. Sabbatũ est / non licet tibi tollere grabatũ tuũ. Respondit eis. Qui me sanum fecit: ille michi dixit. Tolle grabatum tuum et ambula. Interrogauerunt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi tolle grabatũ tuum et ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus: nesciebat quis esset. Iesus autẽ declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum iesus in templo: et dixit illi Ecce sanus factus es. Iã noli peccare / ne deterius aliquid tibi cõtingat. Abijt ille homo et nũciauit iudeis: quia iesus esset q̃ fecit eũ sanũ. Offer. Benedic aĩa mea dño / et noli obliuisci oẽs retributiões eius: et renouabitur sicut aquile iuuentus tua. Secreta.

Suscipe dñe q̃sumus munera nostris oblata seruicijs / et tua propicius dona sanctifica. Per. Communio. Erubescant et conturbent oẽs inimici mei / auertant retrorsum et erubescãt valde velociter. Postcõ.

Per huius domine operationem mysterij / et vitia nostra purgentur: et iusta desideria compleantur. Per. Sup populũ. Orõ.

Exaudi nos misericors deus: et mẽtibus nostris gratie tue lumen ostende. Per dominũ nrm.

Sabbato Ad missam Introitus

Intret oratio mea in cõspectu tuo: inclina aurẽ tuam ad precem meam domine. Ps. Domine deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te. Sine Dominus vobiscũ. Orõ.

Populum tuũ quesumus domine propicius respice: atq; ab eo flagella tue iracundie clementer auerte. Per dominum.

Lectio libri Deuteronomij. xxxvj.

In diebus illis: Locutus est moyses ad dominũ dicens. Respice dñe de sanctuario tuo: et de excelso celorũ habitaculo. et benedic populo tuo israel. et terre quã dedisti nobis sicut iurasti patribus nostris terrã lacte et melle manantem. Audi israel. Hodie dominus deus tuus precepit tibi vt facias mandata eius atq; iudicia: et custodias et impleas ea ex toto corde tuo et ex tota anima tua. Dominũ elegisti hodie vt sit tibi deus. et ambules in vijs eius. et custodias cerimonias eius et mandata atq; iudicia: et obedias eius imperio. En dominus elegit te hodie: vt sis ei populus peculiaris sicut locutus est tibi / et custodias oĩa precepta eius: et faciat te excelsiorem cunctis gẽtibus quas creauit in laudẽ et nomen et gloriam suam / vt sis populus sanctus domini dei tui: sicut locutus est tibi. R. Propicius esto dñe peccatis nostris: nequando dicant gentes vbi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorẽ nominis tui dñe libera nos. Sine Dñs vob. Orõ

Deus qui nos in tantis periculis cõstitutos pro huma-

na scis fragilitate non posse subsistere: da nobis salutem mentis et corporis: vt ea que p peccatis nostris patimur te adiuuãte vicam⁹. P d. Lectõ libri Deuteronomij. xj. c

In diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Si custodieritis mãdata que ego precipio vobis et feceritis ea vt diligatis dominũ deũ vestrum/ ꝛ ambuletis in omnibus vijs eius adherentes ei: disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem vestram/ ꝛ possidebitis eas que maiores ꝛ fortiores vobis sunt. Omnis locus quẽ calcauerit pes vester: vester erit. A deserto ꝛ libano ꝛ flumine magno eufrate vsqꝫ ad mare occidentale erũt termini vestri. Nullus stabit contra vos. Terrorem vestrum et formidinem dabit dominus deus vester super omnem terrã quã calcaturi estis: sicut locutus est vobis dominus deus vester. ℟. Protector noster aspice deus: ꝛ respice super seruos tuos. ℣. Dñe de⁹ virtutũ exaudi p̃ces seruorũ tuorũ. Sine Dñs vobiscũ. Oro

Protector noster aspice de⁹: vt qui malorũ nostrorũ põdere premimur/ pcepta misericordia/ libera tibi mente famulemur Per d. Lectõ libri Machabeor ij. c.

In dieb⁹ illis: Orationẽ faciebãt sacerdotes dum offerrẽt sacrificiũ pro populo israel: ionatha inchoante ceteris autem respondẽtibus ꝛ dicẽtibus. Benefaciat vobis deus: ꝛ meminerit testamenti sui quod ad abrahã ꝛ isaac ꝛ iacob locutus est seruorum suorꝫ fidelium. Et det vobis cor omnib⁹ vt colatis eum ꝛ faciatis eius voluntatẽ. Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua et in preceptis suis: ꝛ faciat pacẽ. Exaudiat orationem vestram ꝛ reconcilietur vobis: nec vos deserat in tẽpore malo dominus deus vester. ℟. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuũ mearum sacrificium vespertinum. Sine Dominus vobiscum. Oratio.

Adesto quesumus domine supplicationibus nostris: vt esse te largiente mereamur inter prospera humiles/ ꝛ iter aduersa securi. Per dominum nostrum. Lectõ libri Sapientie. Eccli. xxxvj.

Miserere nostri deus omniũ ꝛ respice nos: ꝛ ostende nobis lucem miserationum tuarum Et immitte timorem tuum super gentes que non exquisierunt te: et cognoscant quia non est deus nisi tu/ vt enarrent mirabilia tua. Alleua manũ tuam super gẽtes alienas: vt videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorũ sanctificatus es in nobis: sic in cõspectu nostro magnificaberis in illis vt cognoscãt te sicut ꝛ nos cognouimus: quoniam non est deus preter te domine. Innoua signa: ꝛ immuta mirabilia. Glorifica manũ ꝛ brachiũ dextrũ. Excita furorẽ: et effunde irã. Extolle aduersariũ: ꝛ afflige inimicum. Festina tẽpus ꝛ memento finis/ vt enarrent mirabilia tua domine deus noster. ℟. Saluum fac populũ tuum domine: ꝛ benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamaui deus meus ne sileas a me/ et ero similis descendentibus in lacũ. Sine Dominus vobiscum. Oratio.

Actiones nostras q̄sumus domine aspirando preueni et adiuuando prosequere: vt cun cta nostra operatio et a te semp incipiat et per te cepta finiatur. Per.

Lectio Danielis prophete. iij.

Angelus domini descendit cum azaria et socijs eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace / et fecit mediū fornacis quasi ventum roris flantem Flamma autem diffusa est super fornacē cubitis quadraginta nouem: et incendit quos reperit iuxta fornacem de caldeis ministros regis qui eam incendebāt. Illos au tem non tetigit omnino ignis neq contristauit: nec quicq̄ molestie intulit. Tunc hij tres quasi ex vno ore hymnum dicebant / et benedicebāt deū in fornace dicētes. Tract⁹

Benedictus es domine deus patrum nostrorum. Et laudabilis et glorio sus in secula. ℣. Et bñdictū nomē glīe tue quod est sanctū. Et laudabile et gloriosū in sc̄la. ℣. Benedictus es in tēplo sancto glorie tue. Et laudabilis et gloriosus in se cula. ℣. Benedictus es super sceptrum diuinitatis tue. Et laudabilis et gloriosus in secula. ℣. Benedict⁹ es qui sedes super thronū sāctum regni tui. Et laudabilis et gl'osus in sc̄la. ℣. Bñdictus es qui sedes sup cherubī intuēs abyssos. Et laudabilis et gl'osus in sc̄la. ℣. Bñdict⁹ es qui am bulas super pennas ventorum. Et laudabilis et gloriosus in secula. ℣. Benedicant te omnes angeli et sancti tui. Laudabilem et gloriosum in secula. ℣. Benedicant te ce li et terra et omnia que in eis sunt. Lauda bilem et gloriosum in secula. ℣. Gloria pa tri et filio et spiritui sancto. Laudabili et glorioso in secula. ℣. Sicut erat in princi pio et nūc et semper et in secula seculorum amen. Laudabili et glorioso in secula. ℣. Benedictus es domine deus patrū nostrorum: et laudabilis et gloriosus in secula. Hic dicitur Dñs vobiscū. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flāmas ignīū: cōcede propitius. vt nos famulos tuos non exurat flāma vitiorū. Per do.

Ad thessalonicenses. Ultimo.

Fratres. Rogam⁹ vos / corripite inquietos / cōsolami ni pusillanimes / suscipite ifirmos patiētes estote ad oēs. Uidete ne q̄s malū pro malo alicui reddat: sed semper quod bonū est sectamini in inuicē et in oēs. Sēper gaudete / sine intermissione orate: in omnib⁹ gratias agite. Hec est enim volun tas dei in christo iesu in oib⁹ vobis Spiritū nolite extinguere: prophe tias nolite spernere. Oia autem probate / quod bonū est tenete. Ab oi specie mala abstinete vos. Ipse autē deus pacis sāctificet vos per oia: vt integer spūs vester et aia et corp⁹ sine q̄rela in die aduētus dñi nostri iesu christi seruetur. Tr.

Laudate dominū oēs gentes et col laudate eum oēs populi. ℣. Qm̄ confirmata est super nos misericordia ei⁹: et veritas domini manet in eternum

Secundum Mattheum. xvij.



In illo tpe. Assumpsit iesus petrum et ia cobum et iohānē fratrē eius: et du xit illos in montē excelsū seorsū: et trāsfiguratus est añ eos. Et resplē-

duit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerũt illis moyses et helias cum eo loquẽtes. Respondẽs autem petrus: dixit ad iesum. Domine: bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnũ/ moysi vnũ/ et helie vnum. Adhuc eo loquente/ ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderũt in faciem suam: et timuerunt valde. Et accessit iesus et tetigit eos dixitq; illis. Surgite: nolite timere. Leuãtes autem oculos suos neminem viderũt nisi solum iesum. Et descẽdentibus illis de mõte/ precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionẽ: donec filius hominis a mortuis resurgat. Offer. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte corã te. intret orõ mea in cõspectu tuo dñe. Secre.

Presentibus sacrificijs domine ieiunia nostra sanctifica: vt quod obseruantia nostra profitetur extrinsecus: interius operetur. Per do. Cõio. Domine deus meus in te speraui libera me ab oibus persequẽtibus me et eripe me. Postcõio.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus et vitia nostra curentur/ et remedia nobis eterna proueniãt. Per. Sup populũ.

Ab omnibus nos qs domine peccatis propici⁹ absolue: vt percepta venia peccatorum / liberis tibi mentibus seruiamus. Per dominũ nostrũ. Dñica. ij. in quadragesima. Introitus.



Reminiscere miserationum tuarum domine et mie tue que a seculo sunt ne vnq̃ dominentur nobis inimici nostri / libera nos deus israel ex omnibus angustijs nostris. Ps. Ad te domine leuaui animã meam deus meus in te cõfido nõ erubescam. Gl'ia patri et filio. Oratio

Deus qui cõspicis omni nos virtute destitui/ iteri⁹ exteri usq; custodi: vt et ab oib⁹ aduersitatib⁹ muniamur in corpe/ et a prauis cogitationibus mundemur in mente. Per dominum nostrum.

¶ Ad Thessalõnicenses .i. iiij. ca.

Fratres. Rogamus vos et obsecramus in domino iesu: vt quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare et placere deo: sic et ambuletis vt abũdetis magis. Scitis enĩ que precepta dederim vobis: per dñm iesum. Hec est enim voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione/ vt sciat vnusquisq; vestrum suum vas possidere in sanctificatione et honore. Non in passione desiderij/ sicut et gentes que ignorãt deum. Et ne quis supergrediatur neq; circumueniat i negocio fratrem suũ: quoniã vindex est dominus de hijs omnibus sicut prediximus vobis/ et testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in imũditiã: sed in sanctificationem. In christo iesu: domino nostro. Respõsoriũ.

De necessitatibus meis eripe me domine: vide humilitatem meam et laborem meũ et dimitte omnia peccata mea

V. Ad te domine leuaui animã meam deus meus in te confido nõ erubescam/neqꝫ irrideant me inimici mei. V. Etenim vniuersi qui te expectant non confũdentur: cõfundantur omnes facientes mala. **Tractus.**

Confitemini domino quoniam bonus/quoniam in seculum misericordia eius. V. Quis loquetur potẽtias domini auditas faciet omnes laudes eius. V. Beati qui custodiunt iudicium et faciũt iusticiam in omni tempore. V. Memento nr̃i dñe in beneplacito populi tui visita nos in salutari tuo. ¶ **Scdm Mattheũ** .xv.



In illo tpe. Egressꝰ iesus secessit in partes tyri ꝛ sydonis Et ecce mulier cananea a finibꝰ illis egressa clamauit dicens ei. Miserere mei domie fili dauid: filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbũ. Et accedentes discipuli eiꝰ: rogabant eum dicentes. Dimitte eã: quia clamat post nos. Ipse aũt respondens ait. Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa venit et adorauit eũ dicens. Domine/adiuua me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorũ/et mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens iesus: ait illi. O mulier magna est fides tua. fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. **Credo.**

Offr. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde et leuabo manus meas ad mandata tua que dilexi. **Secreta.**

Sacrificijs presentibus quesumus domine intende placatus: vt et deuotioni nostre proficiant et saluti. Per dominũ. **Cõio.**

Intellige clamorem meum et intende voci orationis mee rex meus et deus meꝰ quoniam ad te orabo domine. **Postcõio.**

Supplices te rogamꝰ omnipotens deus vt quos tuis reficis sacramentis: tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire cõcedas. Per dominum nostrũ.

¶ **Feria secunda. Introitus.**

Redime me domine et miserere mei pes enim meus stetit in via recta in ecclesijs benedicam dominũ. **Ps.** Iudica me domine quoniam ego in innocẽtia mea ingressus sum; et in domino sperans nõ infirmabor Gloria patri et filio. **Oratio.**

Presta quesumus omnipotens deus vt familia tua q̃ se affligendo carne ab alimentis abstinet: sectando iusticiam a culpa ieiunet. Per dominum nostrũ.

¶ **Lectio danielis prophete.** ix. ca.

In diebus illis. Orauit daniel dicẽs. Domine deus noster qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu forti: et fecisti tibi nomen secundũ diem hanc: peccauimus iniquitatẽ fecimꝰ domine in omnẽ iusticiam tuã. Auertatur obsecro ira tua. et furor tuus a ciuitate tua hierusalem: et a monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra et iniquitates patrum nostrorum/hierusalem ꝛ populus tuus in obprobriũ sunt omnibus per circuitum nostrũ. Nunc

ergo exaudi deus noster orationē serui tui et preces ei⁹: et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum / quod desertum est. Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuam et audi: aperi oculos tuos et vide desolationem nostram: ꝛ ciuitatem super quā inuocatum est nomen tuum. Neqꝫ enim in iustificationib⁹ nostris prosternim⁹ precsante faciē tuā: sed in miserationib⁹ tuis multis. Exaudi dñe placare dñe attēde et fac. ne moreris / propter temetipsū deus me⁹ quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem hanc: et super populum tuū domine deus noster. Responsoriū. Adiutor meus ꝛ liberator me⁹ esto domine ne tardaueris. V. Confundantur ꝛ reuereantur inimici mei qui querunt animam meam. Tractus dicitur Domine non secundū. vt supra. fo. xxix.

Secūdum Johannem. viij. cap.



In illo tpe. Dixit ies⁹ turbis iudeorum Ego vado et queretis me: et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado / vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nunquid interficiet semetipsū: quia dicit quo ego vado non potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsum estis: ego de superius sū. Vos de mundo hoc estis. ego nō sum de hoc mūdo. Dixi ergo vobis: q: moriemini in peccatis vestris. Si enim nō credideritis quia ego sū: moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis iesus. Principium qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: sed qui misit me verax est. Et ego que audiui ab eo / hec loquor in mūdo Et nō cognouerunt. quia patrem eius dicebat deum. Dixit eis iesus Cum exaltaueritis filium hominis: tunc cognoscetis quia ego sū. Et a meipso facio nichil: sed sicut docuit me pater / hec loquor in mūdo. Et qui me misit mecum est: et non reliquit me solum. Quia que placita sūt ei: facio semper. Offer. Benedicam dominum qui michi tribuit intellectum: prouidebam deum in conspectu meo semper quoniā a dextris est michi ne commouear. Secreta.

Hec hostia domine placationis et laudis tua nos propiciatione dignos efficiat. Per dñm Cōio. Dñe dñs noster q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Postcōio.

Et nos cōio dñe purget a crimine / et celestis remedij faciat esse cōsortes. Per. Sup ppłm.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges. cōsuete misericordie tribue benignus effectū. Per.

Feria iiij. Introitus.



Tibi dixit cor meum quesiui vultum tuū vultum tuum domine requirā: ne auertas faciem tuam a me. ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo. Gloria patri et filio et. Oratio.

Perfice quesumus domine benignus in nobis obseruan-

tie sancte subsidium: vt que te au-
ctore facienda cognouimꝰ/te ope-
rante impleamus. Per dominum
Lectō libri Regū tercij regū. xvij.
In diebꝰ illis. Factus est ser
mo domini ad helyam thes-
bitem dicens. Surge et vade in sa
reptā sydoniorum: et manebis ibi
Precepi enim ibi mulieri vidue vt
pascat te. Surrexit/ et abijt in sa-
reptam. Cumqꝫ venisset ad portam
ciuitatis. Apparuit ei mulier vi-
dua colligēs ligna. Et vocauit eā
et dixit ei. Da michi paululum a-
que in vase: vt bibā. Cumqꝫ illa per
geret vt afferret: clamauit post ter
gum eius dicens. Affer michi ob-
secro ⁊ buccellā panis: i manu tua.
Que respondit. Uiuit dn̄s deꝰ tuꝰ
quia non habeo panem nisi quan
tum pugillus capere potest farine
in hydria: ⁊ paululum olei in lechi
to. En colligo duo ligna vt ingre-
diar et faciam illud michi et filio
meo vt comedamus et moriamur
Ad quam helyas ait. Noli timere
sed vade et fac sicut dixisti. verun
tamen michi primum fac de ipsa
farinula subcinericiū panem par
uulum: ⁊ affer ad me. Tibi autem
⁊ filio tuo: facies postea. Hec enim
dicit dominus deus israel. hydria
farine non deficiet/ nec lechitꝰ olei
minuetur: vsqꝫ ad diem in qua da-
turus est dominus pluuiam super
faciem terre. Que abijt: et fecit iu-
xta verbum helye. Et comedit ipse
et illa: ⁊ domus eius. Ex illa die hy
dria farine non defecit: et lechitus
olei non est imminutus. Iuxta ver
bum domini quod locutꝰ est in ma
nu helye. Rꝫ. Iacta cogitatum tuum
in domino ⁊ ipse te enutriet. V. Dum cla-
marem ad dominum exaudiuit vocem me-
am ab his qui appropinquāt michi. Tra
ctus nō dr. Secūdū Mattheū. xxiij
In illo tpe.
Locutꝰ est
iesus ad turbas ⁊
ad discipulos su-
os dicens. Super
cathedram moy-
si sederunt scribe
et pharisei. Om-
nia ergo quecūqꝫ
dixerint vobis seruate ⁊ facite. Se
cundum vero opera eorum nolite
facere. Dicūt enim ⁊ nō faciūt. Al
ligāt autē onera grauia et impor-
tabilia et imponūt in humeros ho
minum: digito autem suo nolunt
ea mouere. Omnia vero opera sua
faciunt vt videantur ab hominibꝰ
Dilatāt enim phylateria sua ⁊ ma
gnificant fimbrias. Amant enim
primos recubitꝰ i cenis: et primas
cathedras in synagogis/ et saluta
tiones in foro: et vocari ab homi-
nibus rabbi. Uos autem nolite vo
cari rabbi: vnus est enim magister
vester. Omnes autem vos fratres
estis. Et patrem nolite vocare vo-
bis super terrā. Unus est enim pa-
ter vester: qui in celis est. Nec voce
mini magistri: qꝛ magister vester
vnus est christus. Qui maior est ve
strum: erit minister vester. Qui au
tem se exaltauerit humiliabitur:
et qui se humiliauerit exaltabitur
Offr. Miserere michi dn̄e scd̄m magnā
miam tuā dele iniqtatē meā. Secreta.
Sanctificationem tuam no
bis domine hys mysterijs
placatus operare: que nos a terre

nis purget vicijs et ad celestia dona perducat. Per do. Cōio. Narrabo oīa mirabilia tua letabor ꝛ exultabo i te psallā nomini tuo altissime. Postcōio.

Ut sacris dñe reddamur digni muneribꝰ/fac nos que sumꝰ tuis obedire mandatis. Per dominum. Super populū. Oratio

Propiciare dñe supplicationibus nostris / et animarū nostrarum medere lāguoribus vt remissione percepta in tua semper benedictione letemur. Per dñm.

❡ Feria quarta. Introitus.

Ne derelinquas me dñe deꝰ meus ne discedas a me: intēde in adiutorium meū domine virtus salutis mee. Ps. Domine ne i furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Gloria patri. Oratio.

Populum tuum domine propiciꝰ respice: ꝛ quos ab escis carnalibꝰ precipis abstinere: a noxijs quoqꝫ vicijs cessare concede. Per do. ❡ Lectio libri Hester. xiij.

In diebꝰ illis. Orauit hester ad dominum/dicens. Domine deus rex omnipotēs/in ditione tua cūcta sunt posita: ꝛ non est qui possit resistere tue volūtati. Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu enim dñe fecisti celum et terram: ꝛ quicquid celi ambitu continetur. Tu es dominus omnium: ꝛ nō est qui resistat maiestati tue. Et nunc domine rex regū deus abrahā miserere populo tuo qi volūt nos inimici nostri pdere ꝛ hereditatē tuam delere. Ne despicias partem tuam quam redemisti tibi de egypto: sed exaudi deprecationem nostram / ꝛ propiciꝰ esto sorti ꝛ funiculo hereditatis tue. Et converte luctum nostrum in gaudium: vt vidētes laudemus nomē tuum. Et ne perdas ora canentiū te domine deus noster. ℟. Saluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me et ero similis descendētibus in lacū. Tractus dicitur. Domine non secundum. Quere s. fo. xxix.

❡ Secundum Matheum. xx. ca.

In illo tpe. Ascēdēs iesus hierosolymā assumpsit duodecim discipulos suos secreto: et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymam. Et filiꝰ hominis tradetur principibus sacerdotum ꝛ scribis: ꝛ condemnābunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum ꝛ flagellandū et crucifigendum: et tertia die resurget. Tunc accessit ad eū mater filiorū zebedei cū filijs suis: adorās et petēs aliqd ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt sedeāt hij duo filij mei vnus ad dexteram tuā/et alius ad sinistrā tuā: in regno tuo. Respōdens autem iesus: dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sū? Dicūt ei. Possumus. Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam/et sinistram non est meum dare vobis: sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem/ indignati sunt de duobus fratribꝰ

Jesus autem vocauit eos ad se: et ait. Scitis quia principes gētiū do minant eorum/ et qui maiores sūt potestatē exercent in eis. Non ita erit inter vos. Sed q̄cunq; voluerit inter vos maior fieri: sit vester minister. Et q̄cūq; voluerit inter vos primꝰ esse: erit vester seruꝰ. Sicut filiꝰ hominis nō venit ministrari sed ministrare et dare animā suā redēptionē pro multis. Offer. Ad te domine leuaui animam meā deus meus in te confido non erubescam: neq; irrideāt me inimici mei etenim vniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerimus propicius respice ⁊ per hec sancta cōmercia vincula peccatorum nostrorum absolue. Per d.

Cōio. Iustꝰ dñs ⁊ iusticias dilexit equitatem vidit vultus eius. Postcōmunio

Sumptis dñe sacramētis ad redemptionis eterne quesumus proficiamus augmentum. Per. Super populum Oratio.

Deus innocētie restitutor et amator dirige ad te tuorū corda seruorum: vt spiritus tui feruore cocepto/ ⁊ in fide inueniantur stabiles/ ⁊ in opere efficaces. Per dominum. In vnitate eiusdem.

¶ Feria quinta Ad missaȝ Offiī

Deus in adiutoriū meū intende: domine ad adiuuādū me festina. cōfundantur ⁊ reuereantur inimici mei qui querunt animam meā. Ps. Auertantur retrorsum ⁊ erubescant qui volunt michi mala. Gloria patri ⁊ filio. Oratio.

Presta nobis domine quesumus auxiliū gratie tue/ vt ieiunijs ⁊ orationibus conuenienter intenti liberemur ab hostibus mentis ⁊ corporis. Per dominum.

Lectio Hieremie prophete. xvij. c.

Hec dicit dominꝰ deus. Maledictus homo qui confidit in homine: ⁊ ponit carnē brachiū suum: ⁊ a domino recedit cor eius Erit enim quasi mirice in deserto: ⁊ nō videbit cū venerit bonū. Sed habitabit in siccitate ī deserto: in terra salsuginis et inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domino: ⁊ erit dominus fiducia eius Et erit quasi lignum quod transplantatur sup aquas: quod ad humorem mittit radices suas/ ⁊ non timebit cū venerit estus. Et erit folium eius viride: ⁊ in tempore siccitatis non erit sollicitū: nec aliquādo desinet facere fructum. Prauū est cor hoīs/ ⁊ inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dominꝰ scrutans corda ⁊ probās renes: qui do vnicuiq; iuxta viam suam/ ⁊ iuxta fructum adinuētionum suarum Dicit dominus omnipotēs. Rn.

Propicius esto domine peccatis nostris nequando dicant gentes vbi est deus eorū. V. Adiuua nos deꝰ salutaris noster: ⁊ propter honorē nominis tui dñe libera nos.

Tractꝰ nō dr. ¶ Secdm Johānē v.

In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum. Non possum ego a meipso facere q̄cq;: sed sicut audio iudico ⁊ iudicium meū iustū est. quia non quero voluntatem meam: sed voluntatē eius qui misit me Si ego testimonium perhibeo de me: testimonium meū nō est verū. Alius est qui testimonū perhibet de me: ⁊ scio quia verū est

testimoniū eius quod perhibet de me. Vos misistis ad iohannem: et testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimoniū accipio: sed hec dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardēs & lucens: vos autē voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius io hanne. Opera enim que dedit michi pater vt perficiam ea: ipsa opera que ego facio testimonium perhibent de me: quia pater me misit. Et qui misit me pater: ipse testimonium perhibuit de me. Neq; vocē eius vnq; audistis: neq; speciē eius vidistis. Et verbum eius nō habetis in vobis manens: quia quē misit ille huic vos nō creditis. Scrutamini scripturas in quibus vos putatis vitam eternam habere: et ille sunt que testimoniū perhibent de me. Et non vultis venire ad me: vt vitam habeatis. Claritatē ab hominibus nō accipio: sed cognoui vos quia dilectionem dei nō habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei et non accepistis me. Si enim alius venerit in nomine suo: illū accipietis. Quomodo potestis vos credere / qui gloriam ab inuicem accipitis / & gloriam que a solo deo est non queritis? Nolite ergo putare quia ego accusaturus sum vos apud patrem. Est qui vos accusat: moyses in quo vos speratis. Si enim crederetis moysi: crederetis forsitan et michi. De me enim ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis. Offertorium.

Precatus est moyses in conspectu domini dei sui & dixit: precatus est moyses in cōspectu domini dei sui & dixit: quare domine irasceris in populo tuo parce ire animi tui memento abraham isaac & iacob quibus iurasti dare terram fluentē lac & mel & placatus factus est dominus de malignitate quam dixit facere populo suo. Secreta.

Presenti sacrificio nominī tuo nos domine ieiunia dicata sanctificent: vt quod obseruātia nostra profitetur exterius: interius operetur effectu Per dominū nostrum iesum christum. &c. Communio. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum: in me manet et ego in eo / dicit dominus. Postcōmunio.

Gratia tua quesumus domine nos nō derelinquat: que & sacre nos faciat deditos seruituti / & tuam nobis opem semper acquirat. Per. Super populum Oro.

Adesto domine famulis tuis: & perpetuam benignitatem largire poscentibus. vt hi qui te auctore & gubernatore gloriantur / & congregata restaures / & restaurata conserues. Per dominū.

Feria. vj. Ad missam Officium

Ego autem cū iusticia apparebo in cōspectu tuo satiabor dum manifestabitur gloria tua. Psalmus. Exaudi domine iusticiam meam: intēde deprecationem meam. Gloria patri & filio. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt sacro nos purificāte ieiunio sinceris mētibus ad sancta ventura facias peruenire. Per. Lectio libri Genesis. xxxvij. capitulo.

In diebus illis: Dixit ioseph fratribus suis. Audite somniū

meũ quod vidi. Putabam nos colligare manipulos in agro: ⁊ quasi consurgere manipulum meum et stare: vestros q̃ manipulos circunstantes adorare manipulum meũ. Responderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris: aut subiiciemur ditiõi tue? Hec ergo causa sõniorum atq̃ sermonum / inuidie ⁊ odij fomitem ministrauit. Aliud quoq̃ vidit somniũ quod narrans fratribus ait. Uidi per somnium quasi solem ⁊ lunam ⁊ stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo ⁊ fratribus retulisset: increpauit eum pater ⁊ dixit. Quid sibi vult hoc somnium qđ vidisti? Nũ ego et mater tua ⁊ fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ergo ei fratres sui: pater vero rem tacitus considerabat. Cumq̃ fratres illius in pascẽdis gregibus patris morarẽt in syche: dixit ad eum israel. Fratres tui pascũt oues in sychimis / veni mittam te ad eos. Quo respõdẽte presto sum / ait. Uade ⁊ vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos ⁊ pecora: et renũcia michi quid agatur. Missus de valle hebron / venit in sychẽ. Inuenitq̃ eum vir errantem in agro: et interrogauit quid quereret. At ille respõdit. Fratres meos quero. indica michi vbi pascunt greges. Dixitq̃ ei vir. Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicentes: eamus in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: ⁊ inuenit eos in dothaim. Qui cum vidissent eum procul: anteq̃ accederet ad eos: cogitauerunt illum occidere / et mutuo loquebantur. Ecce somniator venit. venite occidamus eum: et mittamus in cisternam veterẽ. dicemusq̃. Fera pessima: deuorauit eum. Et tunc apparebit quid prosint illi somnia sua. Audiẽs hoc ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum: ⁊ dicebat. Nõ interficiamus animã eius / nec effundam⁹ eius sanguinem: sed proiicite eum in cisternã hanc que est in solitudine. manusq̃ vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat: volẽs eripere eum de manibus eorum / et reddere patri suo. ℟. Ad dominum cũ tribularer clamaui et exaudiuit me. ℣. Domine libera animam meã a labiis iniquis et a lingua dolosa. Tractus. Domine non secundũ peccata nostra facias nobis: neq̃ secundũ iniquitates nostras retribuas nobis. quere supra feria. iiij. in capite ieiunij.

Secundum Mattheum. xxj. ca.



In illo tempore Dixit iesus discipulis suis ⁊ turbis iudeorum. Homo erat paterfamilias q̃ plãtauit vineam Et sepem circumdedit ei / ⁊ fodit in ea torcular / et edificauit turrim ⁊ locauit eã agricolis: ⁊ peregre profect⁹ est. Cũ autẽ tẽpus fructuũ appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas / vt acciperent fruct⁹ ei⁹. Et agricole apprehẽsis seruis ei⁹ / aliũ ceciderũt / aliũ occiderũt / aliũ vero lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos plures priorib⁹: ⁊ fecerũt illis similiter. Nouissime aũt misit ad eos filiũ suũ: dicẽs. Uere-

buntur filiũ meũ. Agricole autem videntes filium / dixerunt intra se. Hic est heres. Venite occidamus eũ: et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerũt extra vineam / et occiderunt. Cum ergo venerit dominus vinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: et vineam suã locabit alijs agricolis / qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis iesus. Nũq̃ legistis in scripturis. Lapidem quẽ reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli? A domino factũ est istud: et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis / quia auferetur a vobis regnum dei: et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur. Super quem vero ceciderit: conteret eum. Et cũ audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius: cognouerunt / q̃ de ipsis diceret. Et querentes eum tenere / timuerunt turbas: quia sicut prophetam eum habebant. Offertorium. Domine in auxiliũ meum respice / confundãtur et reuereantur qui querunt animã meã vt auferãt eã. Secreta.

Hec in nobis sacrificia deus et actione permaneãt: et operatione firmentur. Per dominum nostrum iesum christum filiũ tuũ. Qui tecum viuit. et c. Communio. Tu dñe seruabis nos et custodies nos a generatione hac in eternum. Postcõio.

Fac nos quesumus domine accepto pignore salutis eterne sic tendere congruenter: vt ad eam peruenire possimus. Per do. Super populum Oratio. Annue

Da quesumus domine populo tuo salutem mẽtis et corporis: vt bonis operibus inherendo / tue semper virtutis mereatur protectione defendi. Per dominũ.

¶ Sabbato post Reminiscere Ad missam Introitus.



Lex domini irreprehensibilis conuertẽs animas / testimonium domini fidele sapiẽtiam prestãs paruulis. Ps. Celi enarrãt gloriam dei: et opera manuũ eius annũciat firmamentũ. Gloria. Orõ.

Da quesumus domine nostris effectum ieiunijs salutarem: vt castigatio carnis assumpta ad nostrarum vegetationem transeat animarum. Per d. Lectio libri Genesis. xxvij. capitulo.

In diebus illis. Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo: et dicentem sibi. Affer michi de venatiõe tua / et fac cibos vt comedam: et benedicam tibi coram domino anteq̃ moriar. Nũc ergo fili mi acquiesce consilijs meis / et pergens ad gregem affer michi duos hedos optimos vt faciã ex eis escas patri tuo / quibus libẽter vescitur. Quas cum intuleris et comederit: benedicat tibi priusq̃ moriatur. Cui ille respondit. Nosti q̃ esau frater meus homo pilosus sit: et ego lenis? Si attrectauerit me pater meus et senserit: timeo ne putet me voluisse sibi illudere / et inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater. In me sit ait ista maledictio fili mi. Tantum audi vocem

meã:⁊ pergẽs affer que dixi. Abijt et attulit deditqꝫ matri. Parauit illa cibos sicut nouerat velle patrem illius: et vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi induit eum. Pelliculasqꝫ hedorum circundedit manibus: et colli nuda protexit. Deditqꝫ pulmẽtũ ⁊ panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit. Pater mi. At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitqꝫ iacob. Ego sum esau primogenitus tuus. feci sicut precepisti michi. Surge sede ⁊ comede de venatione mea: vt benedicat michi anima tua. Rursũqꝫ isaac ad filium suum. Quomodo inquit tã cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit. Voluntas dei fuit vt cito michi occurreret quod volebam Dixitqꝫ isaac. Accede huc vt tangam te fili mi: ⁊ probem vtrum tu sis filius meus esau an non? Accessit ille ad patrem: et palpato eo dixit isaac. Vox quidem vox iacob est: sed manus manus sunt esau. Et non congnouit eum: quia pilose manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi ait. Tu es filius meus esau? Respõdit. Ego sum. At ille. Affer inquit michi cibos de venatione tua fili mi: vt bñdicat tibi anima mea Quos cũ oblatos comedisset: obtulit ei etiam et vinum. Quo hausto: dixit ad eum. Accede ad me: et da michi osculum fili mi. Accessit et osculatus est eum. Statimqꝫ vt sensit vestimentorũ illius fragrãtiam benedicens ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni/cui benedixit dominus. Det tibi dominus de rore celi ⁊ de pinguedine terre abundantiam frumenti vini et olei: et seruiant tibi populi et adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum: ⁊ incuruentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi maledictus erit: et qui benedixerit tibi benedictionibꝰ repleatur. Vix isaac sermonem impleuerat / et egresso iacob foras: venit esau. Coctosqꝫ de venatione cibos/ intulit patri dicens. Surge pater mi/ et comede de venatiõe filij tui/ vt benedicat michi aĩa tua. Dixitqꝫ illi isaac. Quis enim es tu? Qui respõdit. Ego sum filius tuus primogenitꝰ esau. Expauit isaac stupore vehementi: ⁊ vltra q̃ credi potest admirãs ait. Quis igitur ille est qui dudũ captã venationẽ attulit michi ⁊ comedi ex oĩbus priusq̃ tu venires? Benedixiqꝫ ei: ⁊ erit benedictꝰ. Auditis esau sermonibꝰ patris/ irrugit clamore magno: ⁊ cõsternatus ait. Benedic etiã ⁊ michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulenter: et accepit benedictionẽ tuam. At ille subiunxit. Iuste vocatum est nomen eius iacob. Supplãtauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nunc secundo subripuit benedictionẽ meã. Rursumqꝫ ad patrem. Nunquid non reseruasti ait et michi benedictionem? Respondit isaac. Dominum tuũ illum constitui: et omnes fratres tuos seruituti illiꝰ subiugaui Frumento et vino et oleo stabiliui eũ: et tibi post hec fili mi vltra quid faciã? Cui esau ait. Nũ vnã inq̃t tantũ bñdictionẽ habes pater? Michi

quoqz obsecro vt benedicas. Cumqz eiulatu magno fleret / mot⁹ isaac dixit ad eū. In pinguedine terre et in roze celi desuper erit benedictio tua. R. Bonū est confiteri dño ꝛ psalle re nomini tuo altissime. V. Ad annūciādū mane miam tuā et veritatē tuā per noctē.

Tract⁹ nō dr. ¶ Scdm Lucā. xv. c



In illo tempore Dixit ie[sus] discipulis suis. Homo quidā habuit duos filios / ꝛ dixit adolescētior ex illis patri. Pater / da michi portionē substantie que me cōtingit. Et diuisit illis substantiā. Et nō post multos dies congregatis oībus adolescētior filius peregre profectus est in regionē lōginquā: ꝛ ibi dissipauit substantiā suā viuendo luxuriose. Et postqꝫ omnia cōsummasset facta est fames valida in regione illa: ꝛ ipse cepit egere. Et abijt ꝛ adhesit vni ciuium regionis illius: ꝛ misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrē suum de siliquis quas porci manducabāt: ꝛ nemo illi dabat. Ipse aūt in se reuersus dixit. Quāti mercēnarij in domo patris mei abundāt panibus: ego autem hic fame pereo. Surgam ꝛ ibo ad patrem meū: ꝛ dicam illi. Pater peccaui in celum ꝛ corā te: ꝛ iam nō sum dignus vocari fili⁹ tuus: fac me sicut vnum de mercēnarijs tuis. Et surgens venit ad patrē suū. Cum autem adhuc lōge esset. Vidit illum pater ipsius ꝛ misericordia motus est. Et accurrēs cecidit super collum eius: ꝛ osculatus est eum. Dixitqꝫ fili⁹. Pater peccaui in celum ꝛ coram te: iam non sum dignus vocari fili⁹ tuus. Dixit autē pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam / et induite illum: et date anulū in manu eius: et calciamenta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatū et occidite: ꝛ manducemus ꝛ epulemur / quia hic filius meus mortuus fuerat ꝛ reuixit: perierat ꝛ inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro: Et cum veniret ꝛ appropinquaret domui: audiuit symphoniam et chorum. Et vocauit vnum de seruis: et interrogauit que hec essent. Isqꝫ dixit illi. Frater tuus venit / et occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluum illum recepit. Indignatus est autem: ꝛ nolebat introire. Pater ergo illius egressus / cepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo. Ecce tot annis seruio tibi / et nunqꝫ dedisti michi hedum: vt cum amicis meis epularer. Sed postqꝫ filius tu⁹ hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit: occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecum es: ꝛ omnia mea tua sunt. Epulari autem et gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus fuerat et reuixit. perierat / et inuentus est.

Offertorium. Illumina oculos meos ne vnqꝫ obdormiā in morte / nequādo dicat inimic⁹ me⁹ p̄ualui aduersus eū. Secr.

His sacrificijs domine concede placat⁹ / vt qui proprijs

Antif.

oramus absolui delictis: nō gra uemur externis. Per dominū nr̄z.

Cōmunio. O portet te fili gaudere / q2 frater tuus mortuus fuerat z reuixit / perierat z inuentus est. Postcōmunio.

Sacramētū tui domine diuina libatio penetralia nostri cordis infundat: z sui participes potenter efficiat. Per dominū nostrū. Super populum Oratio.

Familiā tuā quesumus dn̄e cōtinua pietate custodi / vt q̄ in sola spe gratie celestis innititur: celesti etiam protectione muniatur.

Dominica.iij.in.xl. Introitus.



Culi mei semp ad dominum / quia ip se euellet de laqueo pedes meos. respice in me z miserere mei quoniam vnicus z pauper sum ego. Ps. Ad te domine leuaui animam meā: deus meus in te confido non erubescam. Gloria. Orō.

Quesumus omnipotēs de9 vota humilium respice atq ad defēsionē nostrā dexterā tue maiestatis extende. Per dominū.

Lctō epl̄e bti pauli apl̄i ad ephe. v.

Fratres: Estote imitatores dei sicut filij charissimi. et ambulate in dilectione sicut z chri stus dilexit nos / z trādidit semetip sum pro nobis oblationem z hosti am deo in odorē suauitatis. Fornicatio autem z omnis immundi cia / aut auaricia / nec nominetur in vobis: sicut decet sanctos. Aut turpitudo / aut stultiloquiū / aut scurrilitas que ad rē non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc autem scitote intelligētes qd̄ omnis fornicator / aut imundus / aut auarus / qd̄ est idolōrum seruitus: non habet hereditatē in regno christi z dei. Nemo vos seducat inanib9 verbis: propter hec enim venit ira dei in filios diffidētie. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis enim aliquādo tenebre: nūc autē lux in dn̄o. vt filij lucis ābulate. Fruct9 enim lucis est in omni bonitate et iusticia et veritate. R. Exurge dn̄e nō pualeat homo: iudicēt gētes i cōspectu tuo. V. In cūuertēdo inimicū meū retrorsū infirmabūtur z peribūt a facie tua. Tr.

Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. V. Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorū. V. Et sicut oculi ancille: in manib9 domine sue. V. Ita oculi nostri ad dominū deū nostrum: donec misereatur nostri. V9. Miserere nobis domine miserere nobis.

Secundum Lucam. xj.capl̄o.



In illo tem pore: Erat iesus eijciens demonium / z illud erat mutum. Et cum eiecisset demonium: locut9 est mut9 / z admirate sunt turbe. Quidā aūt ex eis dixerūt. In beelzebub principe demoniorū eijcit demonia. Et alij tentantes signū de celo querebant ab eo. Ipse autē vt vidit cogitationes eorū: dixit eis. Omne regnū in seipsum diuisum desolabitur: et domus supra domū cadet. Si autem et sathanas in seipsum diuisus est / quomodo stabit regnum ipsius: quia dicitis in beelzebub eijcere me demonia:

Si autē ego in beelzebub eijcio demonia: filij veſtri in quo eijciunt? Ideo ipſi iudices veſtri erunt. Poꝛro ſi in digito dei eijcio demonia: pꝛofecto peruenit in vos regnū dei Cū foꝛtis armatus cuſtodit atriū ſuum: in pace ſunt ea que poſſidet Si autē foꝛtioꝛ illo ſuperueniens vicerit eum: vniuerſa arma eius auferet in quibus ꝯfidebat: ⁊ ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecum: aduerſum me eſt. Et qui non colligit mecum: diſpergit. Cū immundus ſpiritus exierit ab homine / ambulat p loca inaquoſa querens requiem: ⁊ non inueniens dixit. Reuertar in domum meā vnde exiui. Et cum venerit / inuenit eā ſcopis mundatam ⁊ oꝛnatam. Et tūc vadit et aſſumit ſecum ſeptem alios ſpirit⁹ nequioꝛes ſe: ⁊ ingreſſi habitant ibi. Et fiūt nouiſſima hominis illius peioꝛa pꝛioꝛibus. Factum eſt autem cū hec diceret: extollens vocem quedā mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te poꝛtauit: ⁊ vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiunt verbum dei: ⁊ cuſtodiunt illud Credo. Offertoꝛium. Iuſticie domini recte letificantes coꝛda: et dulcioꝛa ſuper mel ⁊ fauum: nam ⁊ ſeruus tuus cuſtodit ea. Secreta.

Hec hoſtia dñe queſum⁹ emūdet noſtra delicta / et ad ſacrificium celebꝛandum ſubditoꝛū tibi coꝛpoꝛa menteſq; ſanctificet. Per dominum. Cōmunio. Paſſer iuenit ſibi domū ⁊ turtur nidū vbi reponat pullos ſuos / altaria tua dñe virtutum rex me⁹ ⁊ de⁹ meus. beati qui habitāt in domo tua i ſeculū ſeculi laudabūt te. Poſtcō.

Antiſ.

Cunctis nos domine reatibus ⁊ periculis pꝛopiciatus abſolue: quos tanti myſterij tribuis eſſe participes. Per dñm.

Feria ſecunda Introitus.



In deo laudabo verbū in dño laudabo ſermonē / in deo ſperaui non timebo quid faciat michi homo. Ps. Miſerere mei de⁹ qm̄ ꝯculcauit me homo tota die impugnās tribulauit me. Gl'ia. Orō.

Oꝛdib⁹ noſtris q̄s domine gratiā tuā benign⁹ īfunde: vt ſicut ab eſcis carnalib⁹ abſtinemus / ita ſēſus quoq; noſtros a noxijs retrahamus exceſſib⁹. Per d.

Lectio libꝛi Regum. iiij. v. cap.

In dieb⁹ illis. Naamā pꝛinceps militie regis ſyrie. erat vir magnus apud dominum ſuū ⁊ honoꝛatus. Per illū enim dedit dñs ſalutē ſyrie. Erat autē vir foꝛtis ⁊ diues: ſed lepꝛoſus. Poꝛro de ſyria egreſſi fuerant latrunculi: ⁊ captiuam duxerāt de terra iſrael puellam paruulam que erat in obſequio vxoꝛis naamā. Que ait ad dominam ſuam. Utinam fuiſſet dominus me⁹ ad pꝛophetā qui eſt in ſamaria: pꝛofecto curaſſet eū a lepꝛa quam habet. Ingreſſus eſt itaq; naaman ad dominū ſuum: ⁊ nunciauit ei dicens. Sic et ſic locuta eſt puella de terra iſrael. Dixitq; ei rex ſyrie. Uade ⁊ mittā litteras ad regem iſrael. Qui cum pꝛofectus eſſet: et tuliſſet ſecū decem talēta argenti ⁊ ſex milia aureos: ⁊ decem mutatoꝛia veſtimentoꝛum: detulit litteras ad regē iſrael in hec verba. Cū acceperis epi

stolam hanc scito quod miserim ad te naaman seruum meũ vt cures eum a lepra sua. Cũq; legisset rex israel litteras: scidit vestimenta sua ꝛ ait. Nunqd deus ego sum vt occidere possim ꝛ viuificare: q2 iste misit ad me vt curem hominẽ a lepra sua? Animaduertite ꝛ vide te quod occasiones querat aduersum me. Quod cum audisset heliseus vir dei scidisse / videlicet regẽ israel vestimenta sua misit ad eũ dicens. Cur scidisti vestimẽta tua? Ueniat ad me/ ꝛ sciat prophetã esse in israel. Uenit ergo naamã cũ equis ꝛ curribus: et stetit ad ostiũ domus helisei. Misitq; ad eum heliseus nunciũ dicens. Uade ꝛ laua re septies in iordane: ꝛ recipiet sanitatem caro tua/ atq; mundaberis. Iratusq; naaman recedebat dicens. Putabã q; egrederetur ad me: ꝛ stans inuocaret nomẽ domini dei sui/ ꝛ tangeret manu sua locum lepre ꝛ curaret me. Nunquid non meliores sunt albana ꝛ pharphar fluuij damasci oĩbus aquis israel/ vt lauer in eis ꝛ mũder? Cũ ergo vertisset se ꝛ abiret indignãs: accesserunt ad eũ serui sui ꝛ locuti sunt ei. Pater/ ꝛ si rem grãdem dixisset tibi propheta certe facere debueras. Quãto magis q2 nunc dixit tibi lauare et mũdaberis. Descẽdit itaq; ꝛ lauit in iordane septies iuxta sermonẽ viri dei: ꝛ restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: ꝛ mundatus est a lepra. Reuersusq; ad virum dei cum vniuerso comitatu suo: venit ꝛ stetit corã eo ꝛ ait. Uere scio quod nõ sit deus alius in vniuersa terra: nisi tantũ dominus deus israel. ℟. Deus vitam meã annunciaui tibi/ posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. ℣. Miserere michi domine quoniã conculcauit me homo/ tota die bellans tribulauit me. Tractus. Domine non secundum. vt supra feria.iiij.in capite ieiunij. fo.xxix.

¶ Secundum Lucam. iiij.capl°.



In illo tempore: Dixerunt pharisei ad iesum. Quãta audiuimus facta in capharnaũ: fac ꝛ hic in patria tua. Ait autem. Amẽ dico vobis: quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis q2 multe vidue erant in diebus helie in israel: quando clausum est celum annis tribus ꝛ mensibus sex/ cum facta esset fames magna in omni terra illa: ꝛ ad nullã illarũ missus est helias nisi i sarepta sydonie ad mulierem viduam. Et multi leprosi erãt in israel sub heliseo propheta: ꝛ nemo eorum mũdatus est nisi naamã syrus. Et repleti sũt omnes in synagoga ira hec audiẽtes Et surrexerunt ꝛ eiecerunt illũ extra ciuitatem/ ꝛ duxerunt illũ vsq; ad supercilium montis supra quem ciuitas illorum erat edificata: vt precipitarent eum. Ipse autẽ transiẽs/ per medium illorum ibat. Offer. Exaudi deus orationẽ meam ꝛ ne despexeris deprecationem meam: intende in me ꝛ exaudi me. Secreta

Munus quod tibi dñe nostre seruitutis offerimus: tu salutare nobis perfice sacramentũ.

Per dominū. Cōmunio. Quis dabit ex syon salutare israel / cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue exultabit iacob & letabitur israel. Postcōio.

Presta quesumus omnipotens & misericors deus: vt que ore cōtigimus: pura mente capiamus. Per. Super populum Oro.

Subueniat nobis dñe misericordia tua: vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente eripi / te liberante saluari. Per dñm.

Feria. iij. Ad missam Introit⁹.

Ego clamaui quoniā exaudisti me deus: inclina aurem tuā et exaudi verba mea / custodi me domine vt pupillam oculi sub vmbra alarum tuarum protege me. Ps. Exaudi domine iusticiā meā: intēde deprecationem meam. Gloria patri & filio: & spiritui sctō. Oro.

Exaudi nos omps et misericors deus: & continentie salutaris propicius nobis dona concede. Per d. Lectio libri Regū. iiij.

In diebus illis. Mulier quedam clamabat ad heliseū prophetam dicens. Seruus tuus vir meus mortuus est / & tu nosti q; seruus tuus fuit timens deum. Et ecce creditor venit / vt tollat duos filios meos ad seruiēdū sibi. Cui dixit heliseus. Quid vis vt faciam tibi: Dic michi quid habes in domo tua: At illa respondit. Nō habeo ācilla tua quicq̄ i domo mea / nisi parū olei quo vngar. Cui ait. Vade & pete mutuo ab oibus vicinis tuis vasa vacua non pauca: & ingredere domum et claude ostiū cum intrinsec⁹ fueris tu & filij tui / & mitte inde in omnia vasa hec: et cum plena fuerint tolles. Iuit itaq; mulier & clausit ostiū super se / & super filios suos. Illi offerebant vasa: & illa infundebat. Cunq; plena fuissent vasa: dixit ad filiū suū Affer michi adhuc vas. Et ille respondit. Nō habeo. Stetitq; oleū. Venit autē illa: & indicauit homini dei. Et ille. Vade inqt vēde oleū: & redde creditori tuo. Tu autem & filij tui viuite de reliquo. Rx. Ab occultis meis mūda me domine: & ab alienis parce seruo tuo. V. Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero / & emundabor a delicto maximo. Tractus nō dr.

Secundum Mattheum xviij. c.



In illo tempore Respiciēs iesus in discipulos suos: dixit symoni petro. Si peccauerit in te frater tu⁹ / vade & corripe eū īter te / et ipsum solū. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem non te audierit: adhibe tecū adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel trium testiū stet omne verbum. Quod si nō audierit eos / dic ecclesie. Si autē ecclesiam non audierit / sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amē dico vobis quecunq; alligaueritis super terram: erunt ligata & in celo. Et quecūq; solueritis super terram: erunt soluta & in celis. Iterum dico vobis / quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quācunq; petierint: fiet illis a pa-

tre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorũ. Tunc accedens petrus ad eum dixit. Domine/ quotiens peccabit in me frater meus/ et dimittã ei usqꝫ septies? Dixit illi iesus. Non dico tibi usqꝫ septies: sed usqꝫ septuagesies septies. Offr. Dextera domini fecit virtutem/ dextera domini exaltauit me: non moriar sed viuam ⁊ narrabo opera domini. Secreta.

Per hec veniat quesumꝰ domine sacramenta nostre redẽptionis effectus: qui nos ab humanis retrahat semper excessibꝰ/ ⁊ ad salutaria cũcta pducat. Per. Cõmunio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo/ aut quis requiescet in monte sancto tuo/ qui ingreditur sine macula et operatur iusticiam. Postcommunio

Sacris domine mysterijs expiati ⁊ veniam ꝯsequamur ⁊ gratiã. Per. Super populũ. Oro

Tua nos quesumꝰ domine protectione defende: et ab oĩ semper iniquitate custodi. Per.

¶ Feria quarta Introitus.

Ego autem in domino speraui/ exultabo ⁊ letabor ĩ tua misericordia: quia respexisti humilitatem meam. Ps. In te domine speraui non ꝯfundar in eternũ: in iusticia tua libera me. Glia. Oro.

Presta nobis quesumus domine vt salutaribꝰ ieiunijs eruditi/ a noxijs quoqꝫ vicijs abstinentes propiciationem tuam facilius impetremus. Per dominũ nostrum iesum christum filiũ. &c. Lectio libri Exodi. xx. capitulo.

Hec dicit dominus deus. Honora patrem tuũ ⁊ matrem tuam/ vt sis longeuus super terrã quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides/ nõ mechaberis/ non furtum facies: non loqueris cõtra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui: nec desiderabis vxorem eius. Non seruum/ nõ ancillam/ non bouem/ non asinum: nec omnia que illius sunt. Cũctus autem populus audiebat voces: ⁊ lampades videbat ⁊ sonitum buccine/ montemqꝫ fumigantem. Et perterriti ac pauore concussi steterunt procul dicẽtes moysi. Loquere tu nobis et audiemus. Non loquatur nobis dominus: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populũ Nolite timere. vt enim probaret vos venit deꝰ/ ⁊ vt terror illiꝰ esset in vobis/ ⁊ nõ peccaretis. Stetitqꝫ populus a longe: moyses autẽ accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixitqꝫ preterea dominus ad moysẽ. Hec dices filijs israel. Vos vidistis quod de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis Altare de terra facietis michi: et offeretis super illud holocausta ⁊ pacifica vestra. Oues vestras ⁊ boues in omni loco/ in quo memoria fuerit nominis mei. R. Miserere michi domine: quoniam infirmus sum sana me domine. V. Conturbata sunt omnia ossa mea: ⁊ anima mea turbata est valde. Tractus. Domine nõ secundum. vts. fer. iiij. fo. xxix. Scdm mattheũ. xv

In illo tempore. Accesserũt ad iesum ab hierosolymis

scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panē manducant. Ipse autem respondens: ait illis. Quare & vos transgredimini mandata dei propter traditionem vestram? Nam deus dixit Honora patrem tuum et matrem tuam: et qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Vos autē dicitis. Quicunq; dixerit patri vel matri munus quodcunq; est ex me tibi proderit/ & non honorificauerit patrem suum aut matrem suam. Et irritum fecistis mādatum dei: propter traditionem vestram. Hyppocrite/ bene prophetauit de vobis esaias dicēs. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorū longe est a me. Sine causa autem colūt me docentes doctrinas: & mandata hominū. Et cōuocatis ad se turbis dixit eis. Audite rebelles & intelligite. Nō quod intrat in os coinquinat hominem/ sed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedētes discipuli eius dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? At ille respondēs/ ait. Omnis plātatio quam non plantauit pater meus celestis: eradicabitur. Sinite illos. Ceci sunt & duces cecorum Cecus autem si ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt. Respondens autē petrus ait illi. Ediscere nobis parabolam istam. At ille dixit. Adhuc & vos sine intellectu estis? Nō intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrē vadit & in secessum emittitur? Que autem procedunt de ore/ de corde exeunt: & ea coinquinant hominē. De corde autem exeunt cogitationes male. homicidia/ adulteria/ fornicationes/ furta/ falsa testimonia/ blasphemie. Hec sunt que coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare: nō coinquinat hominē. Offr. Domine fac mecum misericordiam tuam propter nomen tuum/ quia suauis est mia tua. Secreta

Suscipe quesumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum: & tua mysteria celebrantes/ ab omnibus nos defende periculis. Per. Cōio. Notas michi fecisti vias vite adimplebis me leticia cum vultu tuo domine. Postcōio.

Sanctificet nos domine qua pasti sumus mēsa celestis: et a cūctis erroribus expiatos supernis promissionibus reddat acceptos. P. Super populum. Oro.

Concede quesumus omnipotens deus/ vt qui protectionis tue gratiam querunt/ liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiant. Per dominū nostrū.

¶ Feria. v. Ad missam Introit.


Salus populi ego sum/ dicit dominus de quacunq; tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos & ero illorū dñs imperpetuū. Ps. Attēdite popule meus legem meam/ inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Gloria patri. Oratio.

Magnificet te dñe sanctorū martyrum tuorum cosme & damiani beata solēnitas: qua & illis gloriam sempiternā & opē no

bis ineffabili prouidentia contuli ſti. Per. **Lectō hieremie pphete.** vij.

In diebus illis. Factum eſt verbū domini ad me dicens Sta in porta domꝰ domini: & predica ibi verbum iſtud & dic. Audite verbū domini omnis iuda qui ingredimini per portas has: vt adoretis dominum. Hec dicit dominꝰ exercituum deus iſrael. Bonas facite vias veſtras & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſcū in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij: dicentes. Templum domini / templum domini / templū domini eſt. Quoniam ſi benedixeritis vias veſtras & ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum & proximū eiꝰ: aduene pupillo & vidue non feceritis calumniam: nec ſanguinē innocentem effuderitis in loco hoc: & poſt deos alienos nō ambulaueritis in malū vobiſmetipſis: habitabo vobiſcū in loco iſto / in terra quam dedi patribus veſtris a ſeculo & vſq in ſeculum dicit dominus omnipotens. **℟.** Oculi omnium in te ſperant domine: & tu das illis eſcam in tēpore oportuno. **℣.** Aperis tu manum tuam et imples oē animal bñdictione. **Tractꝰ nō dr.** ¶ **Scdm Johannem.** vj. ca.

In illo tempore. Dixit ieſus turbis iudeorum. Operamini non cibum qui perit ſed qui permanet in vitam eternam: quem filius hominis dabit vobis. Hūc eni pater ſignauit deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus vt operemur opera dei? Reſpondit ieſus & dixit eis. Hoc eſt opus dei vt credatis in eum quem miſit ille. Dixerunt ergo illi. Quod ergo tu facis ſignum vt videamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres noſtri manna manducauerunt in deſerto: ſicut ſcriptum eſt. Panē de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis ieſus. Amen amen dico vobis: non moyſes dedit vobis panē de celo: ſed pater meꝰ dat vobis panem de celo verū. Panis enim dei eſt / qui deſcendit de celo & dat vitā mundo. Dixerunt ergo ad eū. Domine / ſemper da nobis hunc panē Dixit autē eis ieſus. Ego ſum panis vite. Qui venit ad me non eſuriet: & q̄ credit in me nō ſitiet vnq̄. **Offr.** Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine / et ſuper iram inimicorū meorum extendes manum tuā / & saluū me fecit dextera tua. **Secre.**

In tuorum domine precioſa morte ſanctorū ſacrificiū illud offerimus / de quo martyrum ſumpſit oīe principiū. Per. **Cōio.** Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis / vtinam dirigantur vie mee ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. **Poſtcōio.**

Sit nobis domine ſacramēti tui certa ſaluatio / que cū beatorū martyrū tuorum coſme & damiani meritis iploratur. Per.

Super populum **Oratio.**

Subiectum tibi populū queſumus domine propiciatio celeſtis amplificet: & tuis ſemp faciat ſeruire mandatis. Per dnm.

¶ **Feria ſexta Ad miſ. Introitus.**

Fac mecum domine ſignum in bono vt videant qui me oderunt et confundātur / quoniā tu dñe adiuuiſti me et conſolatus es me. **Ps.** Inclina domi-

ne autem tuam & exaudi me quoniã inops & pauper sum ego. Gloria patri. Oratio

Ieiunia nostra quesumus domine benigno fauore prosequere vt sicut ab alimẽtis abstinemus in corpore: ita a vitijs ieiunemus in mente. Per dominũ nr̃m.

Lectio libri Numeri. xx. capitulo.

In diebus illis. Cõuenerũt filij israel ad moysẽ & aarõ/ & versi in seditionem dixerunt. Da nobis aquam vt bibamus. Ingressusq; moyses et aarõ dimissa multitudine ante tabernaculum federis corruerũt proni in terram/clamaueruntq; ad dominum atq; dixerunt. Domine deus exaudi clamorem populi huius: et aperi eis thesaurum tuum fontem aque viue/ vt satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit ibi gloria domini super eos. Locutusq; est dominus ad moysen dicẽs. Tolle virgã et cõgrega populũ tu et aaron frater tuus: & loquimini ad petrã coram eis/ & illa dabit aquas. Cũq; eduxeritis aquam de petra: bibet omnis multitudo & iumenta eius. Tulit igitur moyses virgam que erat in conspectu domini: sicut preceperat ei/congregata multitudine ante petram. Dixitq; eis. Audite rebelles & increduli. Num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere? Cũq; eleuasset moyses manum percutiens bis silicem: egressesũt aque largissime: ita vt omnis populus biberet & iumẽta. Dixitq; dñs ad moysen et aaron. Quia non credidistis michi vt sanctificaretis me corã filijs israel: non introducetis hos populos in terram quã dedi eis. Hec est aqua cõtradictionis vbi iurgati sunt filij israel contra dominũ: & sanctificatus est in eis. R. In deo sperauit cor meum & adiutus sum: et refloruit caro mea/ et ex voluntate mea cõfitebor illi. V. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas ne discedas a me. Tractatus. Domine nõ secundũ. vt̃s. feria. iiij. in capite ieiunij. fo. xxix. Secũdũ Iohãnẽ. iiij



In illo tempore. Uenit iesus in ciuitatẽ samarie que dicit sichar iuxta prediũ quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autẽ ibi fõs iacob. Iesus autẽ fatigatus ex itinere: sedebat sic super fontem. Hora erat quasi sexta. Uenit mulier de samaria haurire aquam. Dixit ei iesus. Da michi bibere. Discipuli enim eius abierãt in ciuitatem vt cibos emerent. Dixit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cũ sis bibere a me poscis que sum mulier samaritana? Non enim coutunt iudei samaritanis. Respondit iesus & dixit ei. Si scires donum dei & quis est qui dicit tibi da michi bibere: tu forsitã petisses ab eo & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier. Domine/neq; in quo haurias habes: & puteus altus est. Unde ergo habes aquã viuam? Num quid tu maior es patre nostro iacob qui dedit nobis puteum hunc: et ipse ex eo bibit & filij eius & pecora eius? Respondit iesus: & dixit ei. Omnis q̃ bibit ex aqua hac: sitiet

iterū. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei: nō sitiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. Dicit ad eum mulier. Domine da michi hanc aquā vt non sitiam / neq₃ veniā huc haurire. Dixit ei iesus. Vade, voca virum tuum: ⁊ veni huc. Respondit ei mulier: et dixit. Non habeo virū Dixit ei iesus. Bñ dixisti: quia nō habeo virū. Quinq₃ enim viros habuisti: ⁊ nūc quē habes nō est tuus vir. Hoc vere dixisti. Dixit ei mulier Domine / video quia propheta es tu. Patres nostri in mōte hoc adorauerunt: ⁊ vos dicitis quia hierosolymis est loc⁹ vbi adorare oportet. Dixit ei iesus. Mulier crede michi / quia veniet hora quando neq₃ in mōte hoc / neq₃ in hierosolymis adorabitis patrē. Vos adoratis / quod nescitis. Nos adoramus qđ scimus: q₂ salus ex iudeis est. Sed venit hora ⁊ nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu ⁊ veritate. Nam ⁊ pater tales querit: qui adorēt eum. Spiritus est deus: ⁊ eos qui adorant eū in spiritu ⁊ veritate oportet adorare. Dixit ei mulier. Scio quia messias venit qui dicitur christus. Cū ergo venerit ille: nobis annunciabit omīa. Dixit ei iesus. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli eius / ⁊ mirabantur quia cum muliere loquebatur Nemo tamen dixit q̇d queris: aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriam suam mulier / et abijt in ciuitatem et dixit illis hominibus. Venite et videte hominē: qui dixit michi omnia quecunq₃ feci. Nunquid ipse est christus? Et exierunt de ciuitate ⁊ veniebant ad eū Interea rogabant eum discipuli eius dicentes. Rabi: manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo māducare: quem vos nescitis Dicebant ergo discipuli adinuicē Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis iesus. Meus cibus est vt faciam volūtatem eius qui misit me vt perficiā opus eius Nonne vos dicitis ꝙ adhuc quattuor menses sunt et messis venit? Ecce dico vobis leuate oculos vestros: ⁊ videte regiones / quia albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit ⁊ cōgregat fructum in vitam eternam. Ut et qui seminat simul gaudeat et qui metit. In hoc enim est verbū verum: quia ali⁹ est qui seminat: ⁊ ali⁹ est q̇ metit. Ego misi vos metere: qđ vos non laborastis. Alij laborauerūt: et vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autē illa multi crediderūt in eum samaritanorum: propter verbum mulieris testimonium perhibētis: quia dixit michi omnia quecunq₃ feci. Cū venissent ergo ad illum samaritani rogauerunt eum vt ibi maneret. Et māsit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermones eius: ⁊ mulieri dicebāt. Quia iam nō propter tuam loquelā credimus. Ipsi enim audiuim⁹ ⁊ scimus: q₂ hic est vere saluator mūdi

Offr. Intende voci orationis mee: rex me⁹ ⁊ de⁹ me⁹ / qm̄ ad te orabo dñe. Secr.

Respice domine propici⁹ ad munera que sacramus / vt ⁊

tibi sint grata ⁊ nobis salutaria semp existāt. Per. Cōio. Qui biberit aquā quā ego dabo ei fiet i eo fōs aque salientis in vitam eternam. Postcōio.

Huius nos domine pceptio sacramenti mūdet a crimine / et ad celestia regna perducat. Per. Super populum Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus vt qui in tua pietate confidimus / cūcta nobis aduersantia te adiuuāte vincamus. Per. ¶ Sabbato Introitus.

Verba mea aurib^9 percipe domine / intellige clamorem meū / intende voci orationis mee. ps. Rex me^9 ⁊ de^9 me^9. Orō

Presta quesumus omnipotens deus / vt qui se affligēdo carne ab alimentis abstinent: sectando iusticiā a culpa ieiunent. Per. Leccio Danielis pphete. xiij.

In dieb^9 illis. Erat vir in babylone / ⁊ nomē ei^9 ioachim. Et accepit vxorem nomine susannam filiam helchie pulchram nimis: ⁊ timentem dominum. Parētes enim illius cū essent iusti erudierunt filiam suam secundum legem moysi. Erat autem ioachim diues valde / ⁊ erat ei pomerium vicinum domui sue: ⁊ ad ipsum confluebant iudei / eo q̄ esset honorabilior oīm. Et cōstituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quib^9 locutus est dominus. Quia egressa est iniquitas de babylone a senioribus iudicibus / qui videbant regere populū. Isti frequentabāt domum ioachim: ⁊ veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia.

Cum autem reuertisset populus post meridiem: ingrediebatur susanna ⁊ deambulabat in pomerio viri sui. Et videbant eā senes quotidie ingredientem ⁊ deambulantem: ⁊ exarserunt in concupiscentiam eius. Et euerterunt sensum suum: et declinauerunt oculos suos vt non viderent celū: neq̃ recordarentur iudiciorum iustorum. Factum est autem cum obseruarent diem aptum quādo eam possent inuenire solā: ingressa est aliquando sicut heri ⁊ nudiustertius cum duabus solis puellis. Voluit q̃ lauari in pomerio / estus quippe erat. Et non erat ibi quisq̄ preter duos senes absconditos contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleū ⁊ smigmata: ⁊ ostia pomerij claudite vt lauer. Cum autem egresse essent puelle surrexerunt duo senes / et accurrerūt ad eā / atq̃ dixerunt. Ecce ostia pomerij clausa sunt: et nemo nos videt: ⁊ in ꝯcupiscentia tui sumus. Quamobrē assentire nobis: ⁊ cōmiscere nobiscum. Quod si nolueris: dicemus testimonium contra te: q̄ fuerit tecū iuuenis / ⁊ ob hanc causam emiseris puellas a te. Ingemuit susanna / et ait. Angustie michi sūt vndiq̃. Si enim hoc egero: mors michi est. Si autem non egero / nō effugiā manus vestras. Sed melius est michi absq̃ opere incidere in manus vestras: q̄ peccare in cōspectu domini. Et exclamauit voce magna susāna: exclamauerunt autē ⁊ senes aduersus eam. Cum autē audissent clamorem in pomerio famuli domus: ir

ruerunt per posticum vt viderent
quidnam esset. Postq̄ autē senes
locuti sunt erubuerunt serui vehe
menter: quia nunq̄ fuerat dictus
sermo huiusmodi de susanna. Et
facta est dies crastina. Cūq̄ venis=
set populus ad virū eius ioachim/
venerunt ⁊ duo presbyteri pleni ini
qua cogitatione aduersum susan
nam/vt interficerent eam. Et dixe
runt coram omni populo. Mittite
ad susannam filiam helchie/vxo=
rem ioachim. Et statim miserunt
Et venit cum parentibus et filijs:
⁊ vniuersis cognatis suis. Flebāt
igitur sui: ⁊ omnes qui nouerant
eam. Consurgentes autē duo pres
byteri in medio populi: posuerunt
manus suas super caput eius.
Que flens suspexit in celum. Erat
autem cor eius fiduciam habens
in domino. Et dixerunt presbyteri.
Cum deambularem⁹ in pomerio
soli ingressa est hec cū duabus so=
lis puellis: ⁊ clausit ostia pomerij
et dimisit puellas a se. Venitq̄ ad
eam adolescens qui erat abscōdi=
tus ⁊ cōcubuit cum ea. Porro nos
cum essemus in angulo pomerij.
vidētes iniquitatem cucurrimus
ad eos/et vidimus eos pariter cō=
misceri. Et illum quidē nequiuimus
comprehēdere, quia fortior nobis
erat/et aperto ostio exiliuit. Hanc
autem cum apprehendissemus in
terrogauimus quisnam esset ado
lescēs: ⁊ noluit indicare nobis. Hu
ius rei testes sumus. Credidit eis
multitudo quasi senibus populi ⁊
iudicibus: ⁊ condemnauerūt eam
ad mortem. Exclamauit autē vo=
ce magna susanna/et dixit. Deus
eterne qui abscōditorum es cogni
tor/qui nosti omnia anteq̄ fiāt: tu
scis quoniā falsum contra me tu=
lerunt testimoniū. Et ecce morior
cum nichil horum fecerim/que isti
maliciose cōposuerunt aduersum
me. Exaudiuit autem domin⁹ vo=
cem eius. Cūq̄ duceretur ad mor=
tem: suscitauit dominus spiritum
pueri iunioris cui nomē daniel: et
exclamauit voce magna. Mūdus
ego sum a sanguine huius. Et cō=
uersus omnis populus ad eum di
xit. Quis est sermo iste quem tu lo
cut⁹ es? Qui cū staret in medio eo=
rum dixit. Sic fatui filij israel nō
iudicantes/neq̄ qđ verū est cogno
scentes: condemnastis filiā israel
Reuertimini ad iudiciū: quia fal=
sum testimonium locuti sunt ad=
uersus eam. Reuersus est ergo po
pulus cum festinatione: ⁊ dixit ad
eos daniel. Separate eos ab inui
cem procul: et diiudicabo eos. Cū
ergo diuisi essent alter ab altero:
vocauit vnum de eis ⁊ dixit ad eū.
Inueterate dierum malorū/nunc
venerūt peccata tua que operaba
ris prius: iudicās iudicia iniusta:
innocentes opprimens ⁊ dimittēs
noxios. dicente domino. Innocen
tem ⁊ iustū non interficies. Nunc
ergo si vidisti eam: dic sub qua ar
bore vidisti eos colloquentes sibi.
Qui ait. Sub scino. Dixit autē da=
niel. Recte mentitus es in caput
tuum. Ecce enim angelus domini
accepta sententia ab eo: scindet te
medium. Et amoto eo/iussit veni=
re alium ⁊ dixit ei. Semē chanaā
⁊ non iuda: species decepit te ⁊ con
cupiscentia subuertit cor tuū. Sic

faciebatis filiabus israel: et ille ti-
mentes loquebant vobis. Sed non
filia iuda: sustinuit iniquitatē ve-
strā. Nunc ergo dic michi sub qua
arbore comprehenderis eos collo
quentes sibi. Qui ait. Sub pino.
Dixit autem ei daniel. Recte men
titus es et tu in caput tuum. Ma-
net enim angel⁹ dei gladiū habēs:
vt secet te mediū ꝛ interficiat vos.
Exclamauit autem omnis cetus
voce magna: et bñdixerūt deū qui
saluat sperantes in se. Et cōsurre
xerūt aduersus duos presbyteros.
conuicerat enim eos daniel ex ore
suo falsum dixisse testimoniū. Fe-
ceruntq; eis sicut male egerāt ad-
uersus proximum/ ꝛ interfecerunt
eos. Et saluatus est sanguis inno
xius in die illa. R. Si ambulē in me
dio vmbre mortis / non timebo mala quo-
niam tu mecum es domine. V. Virga tua ꝛ
baculus tuus: ipsa me ꝯsolata sunt. Tra
ctus nō dr. ¶ Scdm Johānē. viij.

In illo tpe: Perrexit iesus in
mōtē oliueti: ꝛ diluculo iterū
venit in tēplū. Et oīs popul⁹ venit
ad eū: ꝛ sedens docebat eos. Addu
cūt autē ei scribe ꝛ pharisei mulie-
rē in adulterio deprehēsam: et sta-
tuerunt eā in medio ꝛ dixerunt ei.
Magister hec mulier modo depre-
hensa est in adulterio. In lege au-
tem moyses mandauit nobis hu-
iusmodi lapidare. Tu ergo quid
dicis? Hec autem dicebant tentan
tes eum/ vt possent accusare eum.
Jesus autē inclinans se deorsum:
digito scribebat in terrā. Cū autē
perseuerarēt interrogantes eū ere
xit se ꝛ dixit eis. Qui sine pctō est ve
strū prim⁹ in illā lapidē mittat. Et
iterū se iclinās: scribebat in terrā.
Audiētes aūt hec/ vn⁹ post vnū exi
bāt: icipiētes a seniorib⁹. Et remā-
sit iesus solus: et mulier in medio
stās. Erigēs autē se iesus: dixit ei.
Mulier / vbi sūt qui te accusabāt?
Nemo te cōdemnauit? Que dixit.
Nemo dñe. Dixit autē ei ies⁹. Nec
ego te ꝯdēnabo. Vade: ꝛ ampli⁹ no
li peccare. Offr. Gressus meos dirige
dñe scdm eloquium tuum/ vt non domine-
tur mei omnis iniusticia dñe. Secreta.

Concede q̄s oṗs de⁹ / vt hui⁹
sacrificij mun⁹ oblatū/ fra-
gilitatē nostrā ab oī malo purget
semp ꝛ muniat. P ð. Cōio. Nemo
te ꝯdēnauit mulier nemo dñe: nec ego te cō
dēnabo iā āpli⁹ noli peccare. Postcōio.

Quesum⁹ oṗs de⁹: vt iter ei⁹
mēbra nūeremur. cui⁹ cor-
pori ꝯmunicauim⁹ ꝛ sanguini dñi
nrī iesu xpi. Qui tec. Sup populū.

Pretēde dñe fidelibus tuis
dexteram celestis auxilij: vt
te toto corde pquirāt / ꝛ que digne
postulāt assequi mereant. Per do.
¶ Dñica quarta in.xl. Introitus



Letare hierusalem ꝛ
cōuentū facite oēs
q̄ diligitis eā: gau-
dete cum leticia qui
i tristitia fuistis / vt
exultetis ꝛ satiemi-
ni ab vberibus cōsolationis vestre
Ps. Letatus sum in his que dicta sunt mi
chi: in domum domini ibimus. Oratio.

Concede q̄s oṗs de⁹/ vt qui ex
merito nostre actionis affli
gimur/ tue gratie cōsolatiōe respi
remus. Per. Ad Galathas. iiij.c.

Fratres: Scriptū est qm a-
brahā duos filios habuit/

vnū de ancilla & vnū de libera. Sed q̄ de ancilla sc̄dm carnē natus est. Qui autē de libera: p repromissio-nē q̄ sunt p allegoriā dicta. Hec enī sunt duo testamēta. Unū quidē in mōte syna ī seruitutē generās q̄ est agar. Syna enim mōs est in arabia: qui cōiūct⁹ est ei que nūc est hierusalem & seruit cū filijs suis. Illa autē que sursum est hierusalē: libera est q̄ est mater nostra. Scriptū est enim. Letare sterilis que nō paris: erūpe & clama q̄ non parturis: qz multi filij deserte magis q̄ eius que habet virū. Nos autē fratres sc̄dm isaac promissiōis filij sum⁹. Sed q̄uo tūc qui secundū carnē natus fuerat / persequebatur eū qui sc̄dū spiritū: ita & nūc. Sed quid dicit scriptura: Ejice ancillam & filiū eius. Nō enim heres erit filius ancille / cum filio libere. Itaqz fratres nō sumus ancille filij / sed libere. Qua libertate chrïst⁹ nos liberauit. ℟. Letat⁹ sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. ℣. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis. Tractus dicitur.

Qui cōfidunt in domino sicut mōs syon non commouebitur in eternum qui habitat in hierusalem. ℣. Montes in circuitu eius & dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc & vsqz in seculum.



Secundū Johannem. vj. ca.

In illo tempore: Abijt iesus trans mare galilee qd̄ est tyberiadis / et sequebatur eū multitudo magna qz videbant signa que faciebat super his qui infirmabātur. Subijt ergo in montem iesus: et sedebat cū discipulis suis. Erat autē proximum pascha: dies festus iudeorū. Cū subleuasset ergo oculos iesus / et vidisset qz multitudo maxima venit ad eum: dixit ad philippum. Unde emenius panes vt manducent hi: Hoc autem dicebat temptās eum. Ipse enim sciebat: quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis: vt vnusquisqz modicum quid accipiat. Dixit ei vnus ex discipulis eius: andreas frater symōis petri. Est puer vnus hic qui habet quinqz panes ordeaceos et duos pisces. Sed hec quid sunt inter tātos: Dixit ergo iesus. Facite homines discūbere. Erat autem fenum multum in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinqz milia. Accepit ergo iesus panes / & cū gratias egisset: distribuit discumbentibus. Similiter et ex piscibus quantum volebant. Ut autem impleti sunt: dixit discipulis suis. Colligite que superaue runt fragmenta: ne pereant. Collegerunt ergo et impleuerunt duo decim cophinos fragmentorum / ex quinqz panib⁹ ordeaceis et duobus piscibus que superfuerāt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum: dicebant. Quia hic est vere propheta: qui ventur⁹ est in mūdum. Credo. Offertorium. Laudate dominum quia benignus est / psallite nomini eius quoniā suauis est omnia que cūqz voluit fecit in celo & in terra. Secre.

Sacrificijs presentibus quesumus domine intende placatus: vt et deuotioni nostre proficiāt ⁊ saluti. Per do. **Cōio.** Hierusalē que edificatur vt ciuitas cuiꝰ participatio eiꝰ in idipsum. illuc enim ascēderunt tribus tribus domini ad confitendum nomini tuo domine. **Postcommunio.**

Da nobis misericors deꝰ vt sancta tua quibꝰ incessanter explemur / sinceris tractemꝰ obsequijs ⁊ fideli semper mēte sumamus. Per. ¶ **Feria.ij. Introitus.**

Deus in nomie tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me deus exaudi orationem meam. **Ps.** Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me / et fortes quesierunt animam meam / ⁊ non proposuerūt deum ante conspectum suū. Gloria. **Orō.**

Presta quesumus omnipotēs deus / vt obseruationes sacras annua deuotione recolentes / ⁊ corpore tibi placeamꝰ ⁊ mente. Per do. **Lectio libri Regū.** iij.c.

In diebus illis. Venerunt due mulieres meretrices ad regem salomonem: steteruntq; coram eo. Quarum vna ait. Obsecro domine mi / ego ⁊ mulier hec habitabamus in domo vna / ⁊ peperi apud eam in cubiculo. Tertia vero die postq̃ ego peperi: peperit ⁊ hec. Et eramus simul / nullusq; alius in domo nobiscum / exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte: dormiens quippe oppressit eū. Et consurgens in tempeste noctis silentio / tulit filium meum de latere meo ancille tue dormientis: ⁊ collocauit in sinu suo. Suum autem filium qui erat mortuus: posuit in sinu meō. Cūq; surrexissem mane: vt darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quē diligentius intuens clara luce: deprehendi nō esse meum quem genuerā. Respōditq; altera mulier. Nō est ita. sed filius tuus mortuus est: meus autem viuit. Econtrario illa dicebat Mentiris. filius quippe meus viuit: ⁊ filius tuus mortuus est. Atq; in hunc modum contendebant corā rege. Tūc rex ait. Hec dicit. filius meus viuit / ⁊ filius tuꝰ mortuus est: ⁊ ista respondit non. sed filius tuus mortuꝰ est: et filius meus viuit. Dixit ergo rex Afferte michi gladium. Cūq; attulissent gladium coram rege: ait. Diuidite inquit infantem viuum in duas partes: et date dimidiam partem vni / et dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus ad regem. Cōmota sunt quippe viscera eius super filio suo. Obsecro domine date illi infantem viuum: et nolite interficere eū. Econtrario illa dicebat. Nec michi nec tibi sit: sed diuidat. Respondit rex ⁊ ait. Date huic infantem viuū: et non occidatur. Hec est enim mater eiꝰ. Audiuit itaq; omnis israel iudiciū quod iudicasset rex: et timuerunt regem. Videntes sapientiam dei esse in eo / ad faciēdum iudiciū.

R. Esto michi in deum protectorem ⁊ in locum refugij vt saluum me facias. **V.** Deus in te speraui domine non confundar in eternum. **Tractus.** Domine non secundum peccata. **vts. in capi. ieiu. f. xxix.**

¶ **Secundum Johannem** ij. cap.

IN illo tempore: Prope erat pascha iudeorum/ ⁊ ascendit iesus hierosolymam. Et inuenit in templo vendentes boues/ et oues et colũbas/ ⁊ nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis: omnes eiecit de templo. Oues quoq; et boues et nummulariorũ effudit es: ⁊ mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant / dixit. Auferte ista hinc: ⁊ nolite facere domum patris mei domum negociationis. Recordati vero sunt discipuli eius/quia scriptum est zelus domꝰ tue comedit me. Responderunt ergo iudei: et dixerunt ei. Quod signũ ostendis nobis/ quia hec facis. Respondens iesus: dixit eis. Soluite templum hoc/ ⁊ in tribus diebꝰ excitabo illud. Dixerũt ergo iudei. Quadraginta ⁊ sex annis edificatum est templum hoc: ⁊ tu in tribus diebꝰ excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat. Et crediderunt scripture/ ⁊ sermoni quem dixit iesus. Cum autẽ esset hierosolymis in pascha i die festo/multi crediderunt in nomine eius. Videntes signa que faciebat. Ipse autẽ iesus nõ credebat semetipsum eis: eo quod ipse nosset omnes/et quia ei opus nõ erat vt quis testimoniũ perhiberet de hoie. Ipse enim sciebat/qd esset in homine. Offer. Iubilate deo ois terra. iubilate deo ois terra: seruite dño in leticia intr oite i ɔspectu eiꝰ in exultatiõe/q; dñs ipse est deꝰ. Secreta

OBlatum tibi domine sacrificiũ/viuificet nos semper ⁊ muniat. Per dominũ. Cõmunio.

Ab occultis meis mũda me domine: ⁊ ab alienis parce seruo tuo. Postcõmunio.

SUmptis domine salutaribus sacramẽtis/ad redemptionis eterne q̃s proficiamꝰ augmẽtũ. Per. Super populum Oro.

DEprecationẽ nostrã quesumus dñe benignꝰ exaudi: ⁊ quibꝰ supplicandi prestas affectũ/ tribue defensiõis auxilium. Per.

¶ Feria.iij. Ad missam Introitꝰ.

EXaudi deus orationẽ meam ⁊ ne despexeris depcationẽ meã. intende michi et exaudi me. Ps. Contristatꝰ sum in exercitatione mea ⁊ conturbatꝰ sum a voce inimici et a tribulatione peccatoris. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Oratio.

SAcre nobis quesumus domine obseruatiõis ieiuniũ/ et pie conuersationis augmentũ/ ⁊ tue ppiciationis cõtinuũ prestet auxiliũ. P d. Lectõ libri Exodi. xxxij

IN diebꝰ illis: Locutꝰ est dñs ad moysen dicẽs. Descende de monte: q; peccauit populꝰ tuus quem eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de via quam ostendisti eis: feceruntq; sibi vitulum conflatilem / et adorauerunt atq; immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dij tui israel/qui te eduxerunt de terra egypti. Rursumq; ait dominus ad moysen. Cerno quod populꝰ iste dure ceruicis sit: dimitte

me vt irascatur furor meus cõtra eos: et deleam eos / faciamq; te in gentẽ magnam. Moyses aũt orabat ad dominum suũ dicens. Cur domine irascitur furor tuus ꝯtra populum tuũ / quẽ eduxisti de terra egypti in fortitudine magna et in manu robusta? Ne q̃so dicant egyptij / callide eduxit eos / vt interficeret in montibus ꝛ deleret de terra. Quiescat ira tua / et esto placabilis sup nequitia populi tui. Recordare abraã ꝛ ysaac ꝛ iacob seruorũ tuorum: quibus iurasti per temetipsum dicẽs. Multiplicabo semen vestrum sicut stellas celi: ꝛ vniuersam terrã hanc de qua locut9 sum dabo semini vestro / ꝛ possidebitis eã semp. Placatusq; est dñs: ne faceret malũ q̃d locut9 fuerat aduer sus populũ suũ. Et misertus est populo suo dñs de9 noster. Tr. Exurge domine fer opem nobis ꝛ libera nos propter nomen tuum. V. Deus aurib9 nostris audiuimus / patres nostri annunciauerũt nobis opus quod operatus est in diebus eorum ꝛ in diebus antiquis. Tractus nõ dicitur. Secundũ Johannẽ. vij.



In illo tempore: Jam die festo mediante / ascendit iesus in templum / ꝛ docebat Et mirabãtur iudei: dicẽtes Quomodo hic litteras scit: cũ non didicerit? Respondit eis iesus: et dixit. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina verum ex deo sit: an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur gloriã propriã querit. Qui autem querit gloriã eius qui misit illum: hic verax est ꝛ iniusticia in illo nõ est. Nõne moyses dedit vobis legem / et nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere? Respondit turba et dixit. Demoniũ habes. Quis te querit interficere? Respõdit iesus: et dixit eis. Unum opus feci: ꝛ omnes miramini. Propterea moyses dedit vobis circuncisionẽ / nõ quia ex moyse est sed ex patribus: et in sabbato circuncidistis hominem. Si circũcisionem accipit homo in sabbato vt nõ soluatur lex moysi: michi indignamini / quia totũ hominem sanũ feci in sabbato? Nolite iudicare secundũ faciẽ: sed iustũ iudicium iudicate. Dicebãt ergo quidã ex hierosolymis. Nonne hic est quẽ querũt interficere? Ecce nũc palã loquitur: ꝛ nichil ei dicũt. Nunquid vere cognouerũt principes quia hic est christus? Sed hũc scimus vnde sit. christus autẽ cũ venerit: nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docẽs in templo iesus: dicẽs. Et me scitis: ꝛ vnde sim scitis. Et a meipso non veni: sed est verus qui misit me quem vos non scitis. Ego scio eum. Et si dixero quia nescio eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eũ quia ab ipso sum: et ipse me misit. Querebant ergo eum apprehendere. et nemo misit in illum manus: quia nondum venerat hora ei9. De turba aũt multi crediderũt in eũ. Offer. Expectãs expectaui dñm et respexit me et exaudiuit deprecationẽ meã ꝛ immisit in os meũ cã

ticum nouũ: hymnũ deo nostro. Secreta

Hec hostia dñe q̃s emũdet nostra delicta / ⁊ ad sacrificiũ celebrandũ subditorum tibi corpora / mentesq̃ sanctificet. P d. Cõio.

Letabimur in salutari tuo ⁊ in noie dñi dei nostri magnificabimur. Postcõio.

Huius nos domine perceptio sacramenti mũdet a crimine: et ad celestia regna perducat. Per. Super populum. Oratio.

Miserere dñe populo tuo / et cõtinuis tribulationibus laborantẽ propicius respirare concede. Per dominum nostrũ iesum.

¶ Feria.iiij. Ad missã Introitus.

Cum sanctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuersis terris / ⁊ effundam super vos aquam mũdam / et mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris / et dabo vobis spiritum nouũ. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Gloria. Sine Dñs vob. Orõ

Deus q̃ ⁊ iustis premia meritorum ⁊ peccatoribꝰ per ieiunium veniam prebes: miserere supplicibus tuis / vt reatus nostri confessio indulgentiã valeat percipere delictorum. Per dominum.

Lectio Ezechielis prophete. xxxvj.

Hec dicit dominꝰ deus. Sanctificabo nomẽ meum magnũ: quod pollutũ est inter gentes qd polluistis in medio earũ vt sciant gẽtes q̃ ego sum dñs / cũ sanctificatus fuero in vobis corã eis. Tollã quippe vos de gentibus / et congregabo vos de vniuersis terris / ⁊ adducam vos in terram vestrã. Et effundã sup vos aquã mũdã / ⁊ mũdabimini ab oibus inquinamentis vestris / et ab vniuersis idolis vestris mũdabo vos. Et dabo vobis cor nouũ: et spiritũ nouũ ponam in medio vestri. Et auferã cor lapideum de carne vestra: ⁊ dabo vobis cor carneum / ⁊ spiritum meum ponam in medio vestri. Et faciã vt in preceptis meis ambuletis: ⁊ iudicia mea custodiatis et operemini. Et habitabitis i terra quã dedi patribus vestris: ⁊ eritis michi in populũ ⁊ ero vobis in deũ Dicit dñs omp̃s. R. Venite filij audite me timorẽ dñi docebo vos. V. Accedite ad eũ ⁊ illuminamini / ⁊ facies vestre nõ cõfundentur. Cũ Dñs vobiscũ. Orõ.

Presta quesumus omnipotẽs deus / vt quos ieiunia votiua castigant / ipsa quoq̃ deuotio sctã letificet: vt terrenis affectibꝰ mitigatis faciliꝰ celestia capiamꝰ Per. Lectio Esaie prophete. j. cap.

Hec dicit dñs deus. Lauamini / mundi estote. Auferte malũ cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse: discite benefacere. Querite iudicium / subuenite oppresso / iudicate pupillo / defendite viduã: et venite ⁊ arguite me: dicit dominus Si fuerit peccata vestra vt coccinum quasi nix dealbabũtur. Et si fuerint rubra quasi vermiculꝰ: velut lana alba erunt. Si volueritis ⁊ audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dominus omnipotens. R. Beata gens cuius est dominꝰ deus eoꝝ: populus quem elegit dñs in hereditatem sibi. Vꝰ. Verbo dñi celi firmati sunt: et spiritu oris eiꝰ omnis virtus eorũ.

Tractꝰ vts.in capite ieiu.fol.xxix.

¶ Secundum Johannem. ix.cap.



In illo tempore Preteriens iesus/ vidit hominem cecum a natiuitate. Et interrogauerunt eum discipuli eiꝰ. Rabbi/ quis peccauit hic aut parentes eius: vt cecus nasceret? Respōdit iesus. Neqꝫ hic peccauit/ neqꝫ parentes eius: sed vt manifestē‑tur opa dei in illo. Me oportet operari opera eiꝰ qui misit me: donec dies est. Uenit nox quando nemo potest operari. Quādiu in mundo sum: lux sum mundi. Hec cū dixisset: expuit in terram et fecit lutum ex sputo: ⁊ liniuit lutum super oculos eiꝰ ⁊ dixit ei. Uade/ laua in natatoria syloe: qḋ interpretat̄ missus. Abijt ergo ⁊ lauit: ⁊ venit videns. Itaqꝫ vicini/ ⁊ qui viderant eum prius/ quia mendicus erat: dicebant. Nonne hic est qui sedebat ⁊ mendicabat? Alij dicebant quia hic est: alij aūt nequaqꝫ. sed similis eiꝰ est. Ille vero dicebat: quia ego sum. Dicebāt ergo ei. Quomodo aperti sunt oculi tui? Respondit. Ille homo qui dicitur iesus/ lutū fecit et vnxit oculos meos: et dixit michi. Uade ad natatoria syloe et laua. Et abij: et laui et vidi. Dixerūt ei. Ubi est ille? Ait. Nescio. Adducunt eum ad phariseos: qui cecus fuerat. Erat autem sabbatū/ quādo lutum fecit iesus ⁊ aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabāt eum pharisei: quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutū michi posuit super oculos: et laui et video. Dicebant ergo ex phariseis quidam. Non est hic homo a deo: qui sabbatum non custodit. Alij autē dicebant. Quomodo potest homo peccator hec signa facere? Et scisma erat inter eos. Dicūt ergo ceco iterū. Tu quid dicis de eo q̄ aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuisset ⁊ vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat. Et interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius vester quem vos dicitis quia cecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderūt eis parentes eius ⁊ dixerunt. Scimus quia hic est filius noster: ⁊ qꝛ cecus natus est. Quomodo autem nunc videat nescimꝰ: aut quis eiꝰ aperuit oculos nos nescimus. Ipsum interrogate/ etatem habet. ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quia timebāt iudeos. Iam enim conspirauerant iudei: vt si quis eum cōfiteretur christū/ extra synagogā fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatem habet/ ipsum interrogate. Uocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus: et dixerūt ei. Da gloriā deo. Nos scimus qꝛ hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est: nescio. Unū scio/ quia cum cecꝰ essem modo video. Dixerūt ergo ei. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respōdit eis. Dixi vobis iam/ ⁊ audistis. Quid iterū vultis audire? Nunqd et vos vultis discipuli eius fieri?

Antif.

Maledixerunt ergo ei: et dixerunt. Tu discipulus illius sis: nos autē moysi discipuli sum⁹. Nos scim⁹ quia moysi locutus est deus. Hūc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo/ et dixit. In hoc enim mirabile est/ quia vos nescitis vnde sit: et aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores deus nō audit. Sed si quis dei cultor est et voluntatem eius facit: hūc exaudit. A seculo non est auditū / quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi hic esset a deo/ non poterat facere quicq̄. Responderunt/ et dixerūt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit ergo iesus quia eiecerunt eum foras/ et cum inuenisset eū/ dixit ei. Tu credis in filiū dei? Respondit ille: et dixit. Quis est domine vt credam in eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eū / et qui loquitur tecū ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum. Offertoriū. Benedicite gentes dominum deum nostrum et obaudite vocem laudis eius qui posuit animam meam ad vitā et non dedit commoueri pedes meos: benedictus dominus qui non amouit deprecationem meā et miam suā a me. Secreta.

Supplices te domine rogamus/ vt his sacrificijs peccata nostra mūdentur: quia tunc veram nobis tribuis et mentis et corporis sanitatem. Per dominū nostrū. Cōmunio. Lutū fecit ex sputo dominus: et liniuit oculos meos et abij et laui et vidi et credidi deo. Postcōio.

Sacramenta que sumpsim⁹ domine deus noster/ et spiritualib⁹ nos repleāt alimētis/ et corporalib⁹ tueātur auxilijs. Per dominum. Super populum Oratio.

Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium: et vt petentibus desiderata concedas/ fac eos que tibi sunt placita postulare. Per dominum.

Feria. v. Ad missam Introitus

Letetur cor querētium dominum/ querite dominum et confirmamini/ querite faciem ei⁹ semper. Ps. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Gloria. Oro.

Presta quesumus omnipotens deus / vt quos ieiunia votiua castigant/ ipsa quoq̄ deuotio sancta letificet: vt terrenis affectibus mitigatis / facilius celestia capiamus. Per dominum.

Lectio libri Regum. iiij. Reg. iiij.

In dieb⁹ illis. Venit mulier sunamitis ad heliseum prophetam in montem carmeli. Cūq̄ vidisset eam vir dei decōtra/ ait ad giezi puerum suum. Ecce sunamitis illa venit. vade ergo in occursū eius et dic ei. Recte ne agitur circa te et circa virum tuum/ et circa filiū tuum? Que respondit. Recte. Cum q̄ venisset ad virum dei in monte: apprehēdit pedes eius. Et accessit giezi vt amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte eā: quia anima ei⁹ in amaritudine est: et dominus celauit a me/ et nō indicauit michi. Que dixit illi. Nūquid petiui filiū a domino meo? Nūquid nō dixi tibi/ ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lūbos tuos/ et tolle baculum meum in manu tua/ et vade

Si occurrerit tibi homo non salutes eum. Et si salutauerit te quispiam non respondeas illi. Et pone baculũ meum super faciem pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dñs et viuit anima tua/non dimittã te Surrexit: ⁊ secutus est eam. Giezi autem precesserat ante eos/ et posuit baculum super faciem pueri: et non erat vox neq; sensus. Reuersusq; est giezi in occursum eius: et nunciauit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressusq; est heliseus domum: et ecce puer mortuꝰ iacebat in lectulo eiꝰ. Ingressusq; clausit ostium super se ⁊ super puerum: et orauit ad dominum et ascendit et incubuit super puerum. Posuitq; os suũ super os eius/ ⁊ oculos suos super oculos eius: ⁊ manus suas super manus eius. Et incuruauit se super puerũ: et calefacta est caro pueri. At ille reuersus deambulauit in domo semel huc atq; illuc: ⁊ ascendit ⁊ incuruauit se sup eũ. Et oscitauit puer septies: aperuitq; oculos suos. At ille vocauit gyezi: et dixit ei. Voca sunamitem hanc. Que vocata/ ingressa est ad eum. Qui ait. Tolle filium tuum. Venit illa/ ⁊ corruit ad pedes eiꝰ/ ⁊ adorauit eum super terram. Tulitq; filium suum: ⁊ egressa est. Heliseus vero reuersus est in galgala. ℟. Respice domine in testamentum tuum/ et animas pauperum tuorũ ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine ⁊ iudica causam meã: memor esto opprobrii seruorũ tuorũ. ¶ Secũdm Johannem.v.

In illo tempore. Dixit iesus turbis iudeorum. Pater meus vsq; modo operatur: ⁊ ego operor. Propterea ergo magis querebãt iudei interficere eum/ quia nõ solũ soluebat sabbatum/ sed ⁊ patrem suum dicebat deum/ equalẽ se faciens deo. Respondit itaq; iesus: ⁊ dicit eis. Amen amen dico vobis: non potest filius a se facere quicq̃ nisi quod viderit patrẽ suũ facientem. Quecunq; enim ille fecerit: hec ⁊ filiꝰ similiter facit. Pater enim diligit filiũ: ⁊ omnia demonstrat ei que ipse facit. Et maiora his demõstrabit opera: vt vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic ⁊ filius quos vult viuificat. Neq; enim pater iudicat quenq̃: sed omne iudiciũ dedit filio/ vt omnes honorificẽt filium sicut honorificãt patrẽ. Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illũ Amen amen dico vobis/ quia qui verbum meũ audit et credit ei qui misit me: habet vitam eternam. Et in iudicium non venit: sed transiet a morte in vitam. Amen amẽ dico vobis/ quia venit hora ⁊ nunc est quando mortui audient vocem filij dei: ⁊ qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso/ sic dedit ⁊ filio vitam habere in semetipso. Et potestatẽ dedit ei iudiciũ facere: quia filius hominis est. Nolite mirari hoc/ quia venit hora in qua om̃es qui in monumentis sunt audient vocem filij dei. Et procedẽt q̃ bona fecerũt in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt/ in resurrectionem iudicij. Offr. Dñe in auxiliũ meũ respice/ cõfundant ⁊ reuereantur qui querũt animam meam vt auferãt eã. Secreta.

Purifica nos misericors deus/ vt ecclesie tue preces que ti bi grate sunt pio munere deferentes/ fiant expiatis mentibus gratiores. Per. Co[m]io. Domine memorabor iustitie tue solius/ deus docuisti me a iuuentute mea: et vsqz in senectam et senium deus ne derelinquas me. Postco[m]munio

Celestia dona capientes que sumus domine non ad iudicium peruenire patiaris: quod fidelibus tuis ad remedium prouidisti. Per. Super populu[m] Oratio.

Populi tui deus institutor et rector peccata quib[us] impugnatur expelle: vt semper tibi placitus/ et tuo munimine sit securus Per do. ¶ Feria .vj. Introitus.

Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper/ domine adiutor me[us] et redemptor meus. Ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Gloria patri et filio. Oratio.

Deus qui ineffabilibus mu[n]dum renouas sacrame[n]tis presta q[uesu]mus: vt ecclesia tua eternis proficiat institutis/ et temporalibus no[n] destituatur auxilijs. Per dn[m]. Lectio libri Regu[m]. iij. xvij.

In dieb[us] illis. Egrotauit filius mulieris matrisfamilias et erat languor fortissim[us]: ita vt no[n] remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad heliam. Quid michi et tibi vir dei? Ingressus es ad me/ vt rememorare[n]tur iniquitates mee: et interficeres filium meu[m]. Et ait ad eam helias. Da michi filiu[m] tuum. Tulitqz eum de sinu illius: et portauit eum in cenaculu[m] vbi ipse manebat/ et posuit super lectu[m] suu[m]/ et clamauit ad dominum et dixit. Domine deus meus etiam ne viduam apud quam ego vtcunqz sustentor afflixisti: vt interficeres filium eius? Et expandit se atqz me[n]sus est super puerum tribus vicib[us] clamauitqz ad dominu[m] et ait. Domine deus meus reuertatur obsecro anima pueri huius: in viscera eius. Exaudiuit autem domin[us] vocem helie: et reuersa est anima pueri huius intra eum/ et reuixit. Tulitqz helias puerum: et deposuit eu[m] de cenaculo in inferiorem domu[m]: et tradidit matri sue/ et ait illi. En viuit filius tuus? Dixitqz mulier ad heliam. Nunc in isto cognoui quoniam vir dei es tu/ et verbu[m] domini in ore tuo verum est. ℟. Bonum est confidere in domino: q[uam] confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in domino q[uam] sperare in principibus. Tractus. Domine non secundum. vt supra feria quarta in capite ieiunij. fol. xxix.

¶ Secundum Johannem. xj. cap.



In illo tempore. Erat quida[m] languens lazarus a bethania de castello marie et marthe sororis eius. Maria aut[em] erat que vnxit vngue[n]to dominum: et extersit pedes eius capillis suis/ cui[us] frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum/ dicentes. Domine/ ecce quem amas infirmatur. Audiens aut[em] iesus: dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortem: sed pro

glozia dei vt glorificet filius dei per eam. Diligebat autem iesus martham & sororem eius mariã & lazarum. Ut ergo audiuit quia infirmabatur: tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec dixit discipulis suis. Eamus in iudeam iterum. Dicũt ei discipuli. Rabbi: Nũc querebãt te iudei lapidare: & iterum vadis illuc? Respondit iesus. Nonne duodecim hore sunt diei? Si quis ambulauerit in die: nõ offendit quia lucem huius mundi videt. Si autẽ ambulauerit in nocte offendit: quia lux nõ est in eo. Hec ait: & post hec dixit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine/si dormit saluus erit. Dixerat autem iesus/ de morte eius. Illi autẽ putauerũt: quia de dormitione somni diceret. Tũc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos vt credatis quoniam non eram ibi: sed eamꝰ ad eũ. Dixit ergo thomas qui dicitur didimꝰ ad condiscipulos. Eamꝰ & nos/ & moriamur cum eo. Uenit itaqꝫ iesus: & inuenit eum quattuor dies iã in monumẽto habentẽ. Erat autem bethania iuxta hierosolymã: quasi stadijs quindecim. Multi aũt ex iudeis venerant ad marthã & mariam: vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia iesus venit: occurrit illi. Maria autẽ domi sedebat. Dixit autẽ martha ad iesum. Domine si fuisses hic: frater meꝰ non fuisset mortuus. Sed & nunc scio/quia queciũqꝫ poposceris a deo: dabit tibi deꝰ. Dixit illi iesꝰ. Resurget frater tuꝰ Dixit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me etiã si mortuꝰ fuerit: viuet. Et omnis qui viuit & credit in me/non morietur in eternũ. Credis hoc? Ait illi. Utiqꝫ dñe. Ego credidi/ quia tu es christus filius dei viui: qui in hunc mundum venisti. Et cum hec dixisset: abijt & vocauit mariam sororẽ suam silentio dicens. Magister adest/ & vocat te. Illa autem vt audiuit surrexit cito/ & venit ad eum. Nõdum enim venerat iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Iudei igitur qui erant cum ea in domo & cõsolabantur eam: cum vidissent mariam quia cito surrexit & exijt/ secuti sunt eam dicentes: quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat iesus: videns eum cecidit ad pedes eiꝰ & dixit ei. Dñe si fuisses hic: nõ esset mortuus frater meꝰ. Iesus ergo vt vidit eam plorantem/& iudeos qui venerant cũ ea plorãtes: infremuit spũ/ & turbauit semetipsum & dixit. Ubi posuistis eum? Dicunt ei. Domine/veni & vide. Et lachrymatus est iesus. Dixerunt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum. Quidã autẽ ex ipsis dixerũt Nõ potuit hic qui aperuit oculos ceci nati facere vt & hic non moreretur? Iesus ergo rursum fremẽs in semetipso/ venit ad monumentum. Erat autem spelũca: & lapis superpositꝰ erat ei. Ait iesus. Tol

lite lapidē. Dixit ei martha soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet/ quatriduanus enim est. Dixit ei iesus. Nōne dixi tibi quoniam si credideris videbis gloriā dei? Tulerunt ergo lapidē. Iesus autem eleuatis sursum oculis: dixit. Pater/ gratias ago tibi: quoniam audisti me. Ego autem sciebā quia semper me audis/ sed propter populum qui circūstat dixi: vt credant quia tu me misisti. Hec cū dixisset: voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus/ ligatus pedes & manus institis: & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis iesus. Soluite eum/ et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam & marthā & viderant que fecit iesus: crediderūt in eū. Offertorium. Populum humilem saluum facies domine / & oculos superborum humiliabis: quoniā quis deus preter te dñe. Oro.

Munera nos domine quesumus oblata purificēt. et te nobis iugiter faciāt esse placatū. Per d. Cōio. Videns dñs flentes sorores lazari ad monumentū lachrymatus est corā iudeis/ & clamabat lazare veni foras/ et prodiit ligatis manibus et pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcōio.

Hec nos quesumus domine perceptio sacramenti/ & a propriis reatibus indesinenter expediat: & ab omnibus tueatur aduersis. Super populum. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus/ vt qui infirmitatis nostre conscij de tua pietate confidimus: sub tua semper protectione gaudeamus. Per dominum nrm.

Sabbato Ad missam Officiū.

Sitientes venite ad aquas dicit dominus/ & qui nō habetis preciū venite bibite cū leticia. Ps. Attendite popule meus legem meā: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Gloria patri & filio. Oratio

Fiat domine quesumus per gratiam tuam fructuosus nostre deuotionis affectus: quia tūc nobis proderunt suscepta ieiunia si tue sint placita pietati. Per dñz.

Lectio Esaie prophete. xlix. caplo.

Hec dicit dominus deus. In tēpore placito exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te/ & dedi te in fedus populi: vt suscitares terrā & possideres hereditates dissipatas. Ut diceres his qui vincti sūt exite/ & his qui in tenebris reuelamini. Super vias pascentur: & in omnibus planis pascua eorū. Non esurient neqz sitient: & non percutiet eos estus et sol: quia miserator eorz reget eos/ et ad fontes aquarū potabit eos. Et ponam omnes mōtes meos in viam: et semite mee exaltabuntur. Ecce isti de longe venient: et ecce illi ab aquilone et mari: et isti de terra australi. Laudate celi & exulta terra: iubilate mōtes laudē / quia consolatus est dominus populum suum: et pauperum suorum miserebitur. Et dixit syō. Reliquit me dñs: et dominus oblitus est mei. Nunqd obliuisci potest mulier infantem suum: vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego autem non obliuiscar tui.

dicit dñs omnipotens. R. Ubi do mine derelictus est pauper: pupillo tu eris adiutor. V. Ut quid domine recessisti lõge despicis in opportunitatibus in tribulatio ne dum superbit impius incenditur paup. Tract9 no dr. ¶ Sedz iohãnẽ. viij.



In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorum. Ego sum lux mũdi. Qui sequitur me nõ ambulat i tenebris: sed habebit lumẽ vite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de teipõ testimonium perhibes? Testimoniũ tuũ non est verum. Respondit iesus: et dixit eis. Et si ego testimoniũ perhibeo de meipso / verũ est testimonium meũ: quia scio vnde venio / et quo vado. Vos autem nescitis vnde venio aut quo vado. Vos secundum carnem iudicatis: ego nõ iudico quẽq̃. Et si iudico ego: iudiciũ meũ verũ est. quia solus non sum: sed ego et qui me misit pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duorum hominum testimonium verũ est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: et testimoniũ perhibet de me qui misit me pater. Dicebãt ergo ei. Ubi est pater tuus? Respondit iesus. Neq; me scitis / neq; patrem meũ. Si me sciretis forsitan et patrem meum sciretis. Hec verba locut9 est iesus in gazophilatio / docens in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum venerat hora eius. Offr. Factus est dñs firmamentũ meũ et refugiũ meum: et liberator meus sperabo in eũ. Secreta

Oblationibus quesumus domine placare susceptis: et ad te nostras etiam rebelles compelle propicius volũtates. Per dominum nostrum. Communio. Dominus regit me et nichil michi deerit in loco pascue ibi me collocauit super aquã refectionis educauit me. Postcõmunio.

Tua nos quesumus domine sancta purificent / et operatiõis sue p̄stent esse placatos. Super populum Oratio.

Deus qui sperantibus in te misereri poti9 eligis q̃ irasci: da nobis digne flere mala que fecimus / vt tue consolationis gratiam inuenire mereamur. Per d.

¶ Dominica. v. in. xl. scilicet dñica in passione domini Introitus.



Iudica me deus et discerne causam meam de gẽte nõ sancta ab homine iniquo et doloso eripe me / quia tu es de9 meus et fortitudo mea. Ps. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerũt et adduxerũt in montẽ sanctũ tuũ / et in tabernacula tua. Et iterat̃ ĩtroit9 sine Gl'ia patri. vsq; ad pascha. Oro

Quesumus omnipotens deus familiam tuam propicius respice: vt te largiẽte regatur in corpore / et te seruante custodiatur in mente. Per dominũ. Lectio ep̃le btĩ Pauli ap̃li Ad hebreos ix.

Fratres: Christus assistẽs pontifex futurorum bonorum per amplius et perfectius tabernaculum nõ manufactum: id est non huius creationis: neq; per sanguinem hircorum aut vitulo-

rum / sed per proprium sanguinē introiuit semel in sācta eterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum aut thaurorum et cinis vitule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quāto magis sanguis christi / qui per spiritū sanctū semetipsum obtulit immaculatum deo emundabit conscientiā nostram ab operibus mortuis ad seruiēdū deo viuenti? Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedente in redemptionē earum preuaricationum que erant sub priori testamēto repromissionē accipiant qui vocati sūt eterne hereditatis. In xpo iesu dño nostro. R. Eripe me dñe de inimicis meis doce me facere volūtatē tuā. V. Liberator meus domine de gentib⁹ iracundis: ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. Tractus.

Epe expugnauerunt me a iuuentute mea. V. Dicat nunc israel sepe expugnauerūt me a iuuentute mea. V. Etenim nō potuerunt michi supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. V. Prolōgauerunt iniquitatem sibi dominus iust⁹ concidit ceruices peccatorum.

Secundum Johannem. viij. ca.



In illo tempore. Dicebat iesus turbis iudeorum et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico / quare non creditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit Propterea vos non auditis: quia ex deo non estis

Responderunt igitur iudei: et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos / quia samaritanus es tu / et demonium habes? Respōdit iesus. Ego demonium non habeo / sed honorifico patrem meū: et vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriam meam: est qui querat et iudicet. Amen amē dico vobis / si quis sermonem meum seruauerit: mortem non videbit in eternum. Dixerūt ergo iudei. Nūc cognouimus: quia demonium habes. Abrahā mortuus est et prophete: et tu dicis si quis sermonem meum seruauerit / mortem nō gustabit in eternū. Nūquid tu maior es patre nostro abraham qui mortuus est? Et prophete mortui sūt? Quem teipsum facis? Respōdit iesus. Si ego glorifico meipsum: gloria mea nichil est. Est pater meus qui glorificat me: quem vos dicitis quia deus vester est: et non cognouistis eū. Ego autem noui eum. Et si dixero quia non noui eum: ero similis vobis mendax. Sed scio eum / et sermonē eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit et gauisus est. Dixerunt ergo iudei. Quinquaginta annos nondum habes: et abrahā vidisti? Dixit eis iesus. Amen amen dico vobis / anteq̄ abrahā fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides: vt iacerēt in eum. Jesus autem abscōdit se: et exiuit de templo. Credo. Offer.

Onfitebor tibi dñe in toto corde meo / retribue seruo tuo / viuā / et custodiā sermōes tuos / viuifica me scd'z vbū tuū dñe. Secr.

Ec munera domine quesumus et vincula nostre praui

tatis absoluant/ et tue nobis mise ricordie dona cōciliet. Per. Cōio.
Hoc corpus quod pro vobis tradetur/ hic calix noui testamenti est in meo sanguine/ dicit dominus: hoc facite quotienscūq; sumitis in meā cōmemorationē. Postcōio
Adesto domine deus noster/ et quos tuis recreasti myste riis ppetuis defende presidijs. Per.
Feria.ij. Ad missam Introitus
Miserere michi domine quoniam conculcauit me homo tota die bellās tribulauit me. Ps. Conculcauerunt me inimici mei tota die / quoniā multi bellātes aduersum me. Oratio.
Sanctifica quesumus domine nostra ieiunia: et cunctarum nobis propicius indulgentiā largire culparum. Per dominū.
Lectio Ione prophete. iij. capto.
In diebus illis. Factum est verbū domini ad ionā prophetam secundo / dicens. Surge et vade in niniuem ciuitatē magnā: et predica in ea predicationē quā ego loquor ad te Et surrexit ionas et abijt in niniuem iuxta verbū dñi Et niniue erat ciuitas magna: itinere dierum triū. Et cepit ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius: et clamauit et dixit. Adhuc quadragita dies / et niniue subuertetur. Et crediderunt viri niniuite in dño: et predicauerūt ieiuniū/ et vestiti sūt saccis a maiore vsq; ad minorem. Et peruenit verbum ad regē niniue. Et surrexit de solio suo: et abiecit vestimentum suum a se/ et induc⁹ est sacco et sedit in cinere/ et clamauit et dixit. in niniue ex ore regis et principum eius dicens. Homines et iumenta et boues et pecora non gustent quicq; nec pascantur: et aquam nō bibant. Et operiātur saccis homines: et iumēta clament ad dominum in fortitudine Et conuertatur vir a via sua mala: et ab iniquitate que est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus: et reuertatur a furore ire sue/ et non peribimus? Et vidit deus opera eorū quia conuersi sūt de via sua mala: et misertus est populo suo dominus deus noster. R. Deus exaudi orationē meā auribus percipe verba oris mei. V. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. Tractus. Domine nō secundū. vt s. fe. iiij. in cap. ieiu. fo. xxix
Secundum Johannem. vij. ca.



In illo tempore: Miserunt principes et pharisei ministros vt apprehēderent iesum. Dixit ergo eis iesus Adhuc modicūtē pus vobiscū sum: et vado ad eum qui misit me. Queretis me et nō inuenietis: et vbi sum ego vos non potestis venire. Dixerūt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic itur⁹ est/ quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionē gentium iturus est et docturus gētes? Quis est sermo quem dixit/ queretis me et non inuenietis/ et vbi sum ego vos nō potestis venire? In nouissimo autē die magno festiuitatis/ stabat iesus et clamabat dicēs Si quis sitit/ veniat ad me et bibat

Qui credit i me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque vive. Hoc autẽ dixit de spiritu quẽ accepturi erãt credentes in eũ. Offer. Domine convertere ⁊ eripe animam meam/saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta.

Concede nobis domine deꝰ noster/vt hec hostia salutaris ⁊ nostroꝛum fiat purgatio delictoꝛum / et tue ꝓpiciatio maiestatis. Per. Cõio. Dominus virtutũ ipse est rex gloꝛie. Postcommunio.

Sacramenti tui domine participatio salutaris/⁊ purificationem nobis pꝛebeat ⁊ medelã Per. Super populum Oꝛatio.

Da quesumus domine populo tuo salutem mẽtis ⁊ coꝛpoꝛis/vt bonis operibus inherẽdo tua semper mereatur pꝛotectione defendi. Per dominum nostrum.

¶ Feria. iij. Ad missam Introitꝰ.



Expecta dominum viriliter age/et cõfoꝛtetur coꝛ tuum et sustine dominum. Ps. Dominus illuminatio mea: et salꝰ mea quem timebo. Oꝛatio.

Nostra tibi quesumus domine sint accepta ieiunia/que nos ⁊ expiãdo gratia tua dignos efficiant: ⁊ ad remedia perducant eterna. Per dominum nostrum.

Lectio Danielis ꝓphete. vltimo.

In diebus illis. Cõgregati sunt babylonij ad regem et dixerunt ei. Trade nobis danielẽ qui bel destruxit / et dꝛaconẽ interfecit. Alioquin interficiemus te: ⁊ domum tuam. Vidit ergo rex qđ irruerent in eum vehementer: ⁊ necessitate cõpulsus tradidit eis danielem. Qui miserũt eum in lacũ leonum: ⁊ erat ibi sex diebus. Poꝛro in lacu erant leones septem: et dabantur eis quotidie duo coꝛpoꝛa ⁊ due oves. Et tunc nõ data sũt eis vt devoꝛarent danielem. Erat autem abacuc pꝛopheta in iudea: et ipse coxerat pulmentum ⁊ intriverat panes ĩ alveolo ⁊ ibat in cãpum vt ferret messoꝛibus. Dixitq́ angelꝰ domini ad abacuc. Fer prãdium quod habes in babylonẽ danieli qui est in lacu leonum. Et dixit abacuc. Domine/ babylonẽ nõ vidi: ⁊ lacum nescio. Et appꝛehendit eum angelus domini in vertice eius/ ⁊ poꝛtavit eũ capillo capitis sui. Posuitq́ eum in babylonẽ sup lacũ in impetu spiritus sui. Et clamavit abacuc dicens. Daniel serve dei/tolle pꝛandium quod misit tibi deus. Et ait daniel. Recoꝛdatus es enim mei domine deꝰ / ⁊ nõ dereliquisti diligẽtes te. Surgẽsq́ daniel comedit. Poꝛro angelꝰ domini restituit abacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septima: vt lugeret danielem. Et venit ad lacum/ ⁊ introspexit. Et ecce daniel sedens in medio leonũ. Et clamavit rex voce magna dicẽs. Magnus es domine deꝰ danielis. Et extraxit eũ de lacu. Illos autẽ qui perditionis eius causa fuerant intromisit in lacum: ⁊ devoꝛati sunt in momento coꝛam eo. Tunc rex ait. Paveant habitãtes in vniversa terra deum danielis: quia ipse est liberatoꝛ ⁊ salvatoꝛ faciens signa ⁊ mirabilia in celo et in terra Qui liberavit danielẽ de lacu leo-

num. ℞. Diſcerne cauſam meam domine ab homine iniquo et doloſo eripe me ℣. Emitte lucem tuam et veritatem tuam/ ipſa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montem ſanctũ tuũ. Tractus non dicitur

¶ Secundum Johannem. vij. ca.



In illo tempore: Ambulabat ieſus in galileã/ nõ enim volebat in iudeã ambulare: quia q̃rebant eũ iudei interficere. Erat autẽ in proximo dies feſtus iudeorũ ſcenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Tranſi hinc ⁊ vade in iudeã: vt et diſcipuli tui videãt opera tua que facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit: ⁊ querit ipſe in palam eſſe. Si hec facis: manifeſta teipſm mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis ieſus. Tẽpus meũ nõdum aduenit: tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. Non poteſt mundus odiſſe vos: me autem odit/ q; ego teſtimonium perhibeo de illo: quia opera eius mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtũ hunc: ego autem non aſcendam ad diem feſtum iſtum/ quia tempus meũ nõdum impletum eſt. Hec cũ dixiſſet: ipſe manſit in galilea. Ut autem aſcẽderũt fratres eius/ tũc ⁊ ipſe aſcendit ad diem feſtum non manifeſte: ſed quaſi in occulto. Judei ergo querebant eum in die feſto: ⁊ dicebant. Ubi eſt ille? Et murmur mult⁹ erat de eo in turba. Quidã enim dicebant quia bonus eſt: alij

Antiſ.

autem dicebãt non/ ſed ſeducit turbas. Nemo tamẽ palam loquebatur de illo: propter metum iudeorum. Offertorium. Sperẽt in te omnes qui nouerunt nomen tuũ domine/ quoniam non derelinquis querentes te pſallite domino qui habitat in ſyon quoniã non eſt oblitus orationes pauperũ. Secreta.

Hoſtias tibi domine deferimus immolãdas/ que tẽporalem conſolationẽ ſignificẽt/ vt promiſſa certius nõ deſperemus eterna. Per dominũ noſtrũ. Communio. Redime me deus iſrael ex omnibus anguſtijs meis. Poſtcõmunio.

Da queſumus omnipotens deus/ vt que diuina ſunt iugiter exequẽtes/ donis mereamur celeſtib⁹ ppinquare. P. Sup ppl̃m.

Da nobis dñe queſum⁹ perſeuerantẽ in tua volunta te famulatũ: vt in dieb⁹ noſtris et merito ⁊ numero populus tibi ſeruiens augeat. P. ¶ Fer. iiij. Offiũ

Liberator meus de gẽtibus iracũdis/ ab inſurgentibus in me exaltabis me/ a viro iniquo eripies me domine. Pſalmus. Diligam te domine fortitudo mea/ dñs firmamentũ meũ ⁊ refugiũ meum ⁊ liberator meus. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuor; corda fideliũ miſerator illuſtra: ⁊ quibus deuotiõis preſtas affectũ/ tribue ſupplicãtibus piũ benignus auditum. Per.

Lectio libri Leuitici. xix. capl'o.

In dieb⁹ illis Locutus eſt dominus ad moyſem dicens. Ego dominus deus veſter. Nõ facietis furtum/ nec mẽtiemini/ nec

decipiat vnusquisq proximū suū. Nō plurabis in nomine meo/ nec pollues nomen dei tui. Ego dñs. Nō facies calūniā primo tuo: nec vi opprimes eum. Nō morabitur opus mercenarij tui apud te: vsq mane. Nō maledices surdo: nec co rā ceco pones offendiculum: sed ti mebis dñm deū tuū/qz ego sū dominus. Nō facies qđ iniquum est: nec iniuste iudicabis. Nō cōsideres psonā pauperis: nec honores vultū potentis. Juste iudica proximo tuo. Nō eris criminator: nec susurro in populis. Nō stabis cōtra sanguinē primi tui: ego dñs. Nō oderis fratrē tuū in corde tuo: sed publice argue eum/ne habeas super illo peccatum. Non queras vltionem: nec memor eris iniurie ciuiū tuorum. Diliges amicum tuū sicut teipsum. Ego domin⁹. Leges meas custodite. Ego enim sum dominus deus vester. ℟. ℣. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me/nec delectasti inimicos meos super me. ℣. Domine deus meus clamaui ad te ꝛ sanasti me/domine abstraxisti ab inferis animam meam saluasti me a descēdentib⁹ in lacū. Tractus. Dñe nō scđm. vt s̄. i. ea. ic. f. v. xix

Secundum Johannem. x. cap.



In illo tempore. Facta sunt encenia in hierosolymis: ꝛ hyems erat. Et ambulabat iesus i tēplo: in porticu salomonis. Circundederūt ergo eum iudei/ꝛ dicebant ei. Quousq animā nostrā tollis? Si tu es chri stus/dic nobis palā. Respōdit eis iesus. Loquor vobis: ꝛ nō creditis. Opera q̄ ego facio in nomine patris mei: hec testimoniū phibēt de me. Sed vos non creditis/quia nō estis ex ouib⁹ meis. Oues mee vocem meam audiunt: et ego agnosco eas/et sequuntur me. Et ego vitam eternā do eis: et non peribunt in eternum/ꝛ non rapiet eas quisq̄ de manu mea. Pater me⁹ quod dedit mihi maius omnibus est: ꝛ nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater vnum sumus. Sustulerūt ergo lapides iudei vt lapidarent eum. Respondit eis iesus. Multa bona opera ostēdi vobis/ex patre meo. Propter qđ eorum opus me lapidatis? Respōderunt ei iudei. De bono opere nō lapidamus te: sed de blasphemia. Et quia tu homo cum sis: facis te ipsum deum. Respondit eis iesus. Nonne scriptum est in lege vestra quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est/ et non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit et misit in mundum: vos dicitis quia blasphemas/ quia dixi filius dei sum? Si nō facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio et si mihi non vultis credere: operibus credite. vt cognoscatis ꝛ credatis quia in me est pater: ꝛ ego in patre. Offertoriū. Eripe me de inimicis meis deus meus/et ab insurgentib⁹ in me libera me domine. Secreta.

Annue misericors deus vt hostias placationis ꝛ laudis sincero tibi deferamus obsequio. Per dominum. Communio.

Lauabo inter innocētes manus meas/ et circuibo altare tuum domine: vt audiā vocem laudis tue/ et enarrem vniuersa mirabilia tua. **Postcommunio.**

Celestis doni bñdictione percepta/ supplices te deus omnipotēs depꝛecamur: vt hoc idem nobis et sacramēti causa sit ⁊ salutis. Per. **Super populum. Orō.**

Adesto supplicationibꝰ nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges/ ꝯsuete mīe tribue benignꝰ effectū. Per. **Feř. v. Offiñ**

Omnia que fecisti nobis domine in vero iudicio fecisti/ qꝛ peccauimus tibi ⁊ mādatis tuis nō obediuimꝰ/ sed da gloꝛiā nomini tuo/ ⁊ fac nobiscum scđm multitudinē misericoꝛdie tue. **Ps.** Peccauimus cū patribus nostris/ iniuste egimꝰ/ iniq̄tatē fecimꝰ. **Orō**

Presta quesumus omnipotens deus: vt dignitas conditionis humane per immoderantiam sauciata/ medicinalis parsimonie studio refoꝛmetur. Per do.

Lectio Danielis pꝛophete. ij. cap.

In diebus illis. Oꝛauit daniel dicēs. Domine deus/ ne despicias populū tuum/ neqꝫ auferas a nobis miam tuā/ pꝛopter abꝛahā dilectū tuū/ et isaac amicū tuū/ ⁊ israel seruū tuū: quibꝰ locutus es pollicens qđ multiplicares semē eoꝝ velut stellas celi/ et velut arenā q̄ est i littoꝛe maris. Qꝛ dñe iminuti sumꝰ plusq̄ oēs gētes/ sumusqꝫ humiles in vniuersa terra hodie pꝛopter pctā nostra: ⁊ nō est in tēpoꝛe hoc pꝛinceps ⁊ pphēta et dux neqꝫ holocaustum neqꝫ sacrificiū: neqꝫ oblatio/ neqꝫ incēsuꝫ/ neqꝫ locus pꝛimiciarū coꝛā te: vt possimus cōsequi misericoꝛdiā tuā: sed in animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocaustū arietū et tauroꝛū ⁊ sicut in milibus agnoꝛū pinguiū: sic fiat sacrificiū nostrū in conspectu tuo hodie vt placeat tibi: quoniā non est confusio cōfidentibus in te. Et nunc sequimur in toto coꝛde et timemus te: et querimus faciē tuā. Ne cōfundas nos/ sed fac nobiscū iuxta mansuetudinem tuā: et secūdum multitudinem misericoꝛdie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: et da gloꝛiā nomini tuo dñe/ et cōfundātur oēs qui ostendūt seruis tuis mala. Confundantur in omnipotentia et robur eoꝛū conteratur. Et sciāt qꝛ tu es deus solus et gloꝛiosus super omnem terrā: dñe deus noster. **Rꝫ.** Tollite hostias et introite in atria eius: adoꝛate dominum in aula sancta eius. **V.** Reuelauit dominus condensa: et in templo eius omnes dicēt gloꝛiam. **Tractus nō dicit.**

Secundum Johannem. vij. ca.

In illo tempoꝛe: Cum audissent quidā de turba sermones iesu: dicebant. Hic est vere pꝛopheta. Alij dicebant: hic est chꝛistꝰ Quidam autē dicebant. Nūquid a galilea chꝛistus venit? Nonne scriptura dicit quia ex semine dauid/ et a bethleem castello vbi erat dauid chꝛistus venturus est? Dissentio itaqꝫ facta est in turba pꝛopter eum. Quidam autem ex ipsis volebant appꝛehendere eum: sed nemo misit in illum manus.

Uenerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos: quibus illi dixerunt. Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri. Nunquam sic locutus est homo: sicut hic loquitur. Responderunt ergo eis pharisei. Nunquid et vos seducti estis? Nunquid aliqs ex principibus credidit in eum aut ex phariseis? Sed turba hec que non novit legem: maledicti sunt. Dixit nichodemus ad eos ille qui venerat ad iesum nocte / qui unus erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hominem / nisi audierit ab ipso prius / et cognoverit quid faciat? Responderunt et dixerunt ei. Nunquid et tu galileus es? Scrutare scripturas. et vide quia propheta a galilea non surgit. Et reversi sunt unusquisque in domum suam. Offertorium. Super flumina babylonis / illic sedimus et flevimus dum recordaremur tui syon. Secreta.

Domine deus noster / qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nostre subsidium condidisti / tuo quoque nomini iussisti munera dicanda constitui: tribue quesumus / ut hec et vite nobis presentis auxilium / et eternitatis efficiant sacramentum. Per. Como. Memento verbi tui servo tuo domine in quo michi spem dedisti / hec me consolata est in humilitate mea. Postcommunio.

Quod ore sumpsimus domine / pura mente capiamus / et de munere temporali fiat nobis remedium. Per. Super populum. Oratio

Esto quesumus domine propicius plebi tue: ut que tibi non placent respuentes tuorum repleantur potius delectationibus mandatorum. Per.

Feria. vi. Ad missam Officium



Miserere michi domine quoniam tribulor libera me / et eripe me de manibus inimicorum meorum et a persequentibus me / domine non confundar quoniam inuocaui te. Ps. In te domine speraui non confundar in eternum: in iusticia tua libera me. Oratio.

Cordibus nostris quesumus domine gratiam tuam benignus infunde: ut peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes: temporaliter potius maceremur / quam suppliciis deputemur eternis. Per. Lectio hieremie prophete. xvij

In diebus illis. Dixit hieremias. Domine / omnes qui te derelinquunt confundantur. Recedentes a te in terra scribentur / quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium dominum. Sana me domine et sanabor / saluum me fac et saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Ubi est verbum domini: veniat. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens: et diem hominis non desideraui tu scis. Quod egressum est de labiis meis: rectum in conspectu tuo fuit. Non sis michi tu formidini spes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me persequuntur: et non confundar ego. Paueant illi: et non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: et duplici contritione contere eos domine deus noster. Rem. Pacifice loquebantur michi inimici mei / et in ira molesti erant michi. Vs. Uidisti domine ne sileas / ne discedas a me. Tractus. Domine non secundum peccata nostra. vts. Feria. iiij. in capite ieiunij. fol. xxix.

Secundum Johannem xj. cap.



In illo tempore Collegerunt pontifices et pharisei consilium aduersus iesum et dicebant. Quid facimus: quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum. Et venient romani / et tollent locum nostrum et gentem. Unus autem ex ipsis cayphas nomine / cum esset pontifex anni illius dixit illis. Uos nescitis quicquam / nec cogitatis: quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo: et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius prophetauit quia iesus moriturus erat pro gente: et non tantum pro gente / sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. Iesus ergo iam non palam ambulabat apud iudeos / sed abijt in regionem iuxta desertum / in ciuitatem que dicitur effrem. Et ibi morabatur cum discipulis suis. Offer. Benedictus es domine / doce me iustificationes tuas / et non tradas calumniantibus me superbis / et respondebo exprobrantibus michi verbum. Secre.

Presta nobis misericors deus / vt digne tuis seruire semper altaribus mereamur / et eorum perpetua participatione saluari. Per. Co[m]io. Ne tradideris me domine in animas persequentium me: quia insurrexerunt in me testes iniqui / et mentita est iniquitas sibi. Postcomo.

Sumpti sacrificij domine perpetua nos tuitio non derelinquat: et noxia semper a nobis cuncta repellat. Per. Super populum Oro.

Concede quesumus omnipotens deus vt qui protectionis tue gratiam querimus liberati a malis omnibus secura tibi mente seruiamus. Per. Sabbato Offim

Miserere michi domine quoniam tribulor / libera me et eripe me de manibus inimicorum meorum / et a persequentibus me / domine non confundar quoniam inuocaui te. Ps. In te domine speraui non confundar in eternum / in iusticia tua libera me. Oratio.

Proficiat quesumus domine plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actionibus erudita / quanto maiestati tue fit gratior / tanto donis potioribus augeatur. Per. Lectio Hieremie prophete. xviij. c.

In diebus illis. Dixerunt impij iudei ad inuicem. Uenite cogitemus contra iustum cogitationes. Non enim peribit lex a sacerdote / neque consilium a sapiente: nec sermo a propheta. Uenite / percutiamus eum lingua: et non attendamus ad vniuersos sermones eius. Attende domine ad me: et audi voces aduersariorum meorum. Nunquid redditur pro bono malum: quia foderunt foueam anime mee. Recordare quod steterim in conspectu tuo / vt loquerer pro eis bonum: et auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in famem: et deduces eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absque liberis et vidue: et viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in prelio: audiatur clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos latronem repente: quia foderunt foueam vt caperent me / et laqueos absconderunt pedibus meis.

Antiph.

Tu autẽ domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Ne propicieris iniquitati eorum: ꝛ peccatũ eorũ a facie tua nõ deleatur. Fiant corruẽtes in cõspectu tuo: in tpe furoris tui dñe deꝰ meus. ℞. Pacifice loquebantur michi inimici mei / et in ira molesti erant michi. ℣ꝰ. Uidisti domine ne sileas ne discedas a me. Tractus non dicitur.

Secundum Johannem. vj. cap̃.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amẽ dico vobis: nisi mãducaueritis carnem filij hominis / et biberitis eiꝰ sanguinem: non habebitis vitã in vobis. Qui mãducat meã carnem et bibit meũ sanguinem: habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea vere est cibꝰ: ꝛ sanguis meus vere est potꝰ. Qui mãducat meam carnẽ / ꝛ bibit meũ sanguinẽ: i me manet / ꝛ ego i eo. Sicut misit me viuẽs pater / ꝛ ego viuo propter patrẽ. Et qui manducat me: ꝛ ipse viuet propter me. Hic est panis de celo descendẽs. Nõ sicut manducauerunt patres vestri mãna / ꝛ mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in eternum. Hec dixit in synagoga: docens in capharnaũ. Multi autẽ audiẽtes ex discipulis eius dixerũt. Durus est hic sermo. Quis potest eum audire? Sciens autem iesus apud semetipsum qꝺ murmurarẽt de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc vos scãdalizat? Si ergo videritis filiũ hominis ascendentẽ vbi erat prius: spiritus est q̇ viuificat / caro non prodest quicq̃. Uerba que ego locutus suꝫ vobis: spiritus et vita sũt. Sed sunt quidã ex vobis / qui non credunt. Sciebat autẽ ab initio iesus qui essent credentes / et q̇ traditurus esset eũ: ꝛ dicebat. Propterea dixi vobis qꝛ nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datũ a patre meo. Ex hoc ergo multi discipulorum eius abierunt retro: ꝛ iam nõ cum illo ambulabãt. Dixit ergo iesus ad duodecim discipulos. Nunquid ꝛ vos vultis abire? Respondit ei symon petrꝰ. Domine / ad quem ibimus? Uerba vite eterne habes. Et nos credimus et cognouimus: quia tu es christus filiꝰ dei. Respondit eis iesus. Nõne ego vos duodecim elegi / et vnus ex vobis diabolus est? Dicebat autem de iuda symonis scariothis. Hic enim erat traditurus eum cum esset vnus ex duodecim. Offertorium. Benedictꝰ es domine doce me iustificationes tuas / et non tradas calumniantibus me superbis / ꝛ respõdebo exprobrãtibꝰ michi verbũ. Secr.

A cunctis nos quesumꝰ domine reatibus ꝛ periculis propiciatꝰ absolue: quos tãti mysterij tribuis esse consortes. Per d.

Cõio. Ne tradideris me dñe in animas persequentiũ me / quia insurrexerũt in me testes iniq̃ / ꝛ mẽtita est iniq̃tas sibi. Postc.

Diuini muneris satiati largitate quesumus domine deꝰ noster / vt in huius semper participatione viuamꝰ. Per dominũ nostrũ. Super populum Oratio.

Tueatur quesumꝰ dñe dextera tua populũ supplicãtẽ: et purificatum dignanter erudiat vt cõsolatione presenti ad futura bona proficiat. Per dominum.

¶ Dominica. vj. in ramis palmarum. Benedictio florū. Oremus

O Mnipotēs sempiterne deus bene✠dicere digneris hos flores/quos in honore filij tui dñi nostri iesu christi suscipimus/ imitantes aduentum filij tui venientis in hierusalē/occurrētibꝰ oībus cū ramis ⁊ palmis obuiā filio tuo dño nostro iesu christo. p̄sta q̄s: vt quisquis eos acceperit bñdictionē tuam et premia vite eterne suscipiat. Per eundem dñm. Alia oratio.

D Eus cuiꝰ filiꝰ pro salute generis humani de celo descēdit ad terras/⁊ appropinquāte hora passiōis sue hierosolymā in asino venire ⁊ rex appellari ac laudari voluit bñ✠dicere dignare hos frōdium ramos: vt oēs qui eos laturi sūt/ita benedictiōis tue dono impleant/quatinꝰ ⁊ in hoc seculo hostis antiqui tēptamenta superare/⁊ in futuro cū palma victorie et fructu bonoꝝ operū tibi valeāt apparere. Per eundē. Deinde asperguntur flores aqua benedicta.

¶ Dñica in ramis palmarū Officiū

D Omine ne longe facias auxiliū tuū a me/ ad defensionē meā aspice/ libera me de ore leonis ⁊ a cornibus vnicorniū humilitatē meā. Ps. Deus deꝰ meꝰ respice in me/quare me dereliq̄sti lōge a salute mea verba delictorum meorum. Orō.

O Mīps sempiterne deꝰ/qui humano generi ad imitandū humilitatis exemplū saluatorem nostrū carnē sumere ⁊ crucē subire fecisti: cōcede propicius/vt ⁊ patiē-

Antis.

tie ipsiꝰ habere documēta/⁊ resurrectionis ꝯsortia mereamur. Per eundem dñm. Ad philippēses. ij. c.

F Ratres. Hoc sentite in vobis: quod ⁊ in christo iesu. Qui cum in forma dei esset/ nō rapinā arbitratus est esse se equalē deo: sed semetipm exinaniuit formā serui accipiens: in similitudinē hominū factus et habitu inuētus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē: mortem autem crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum/ ⁊ donauit illi nomē quod est super omne nomē / vt in nomine iesu omne genu flectatur: celestiū terrestriū/ et infernorum. Et omnis lingua confiteatur/ quia dominus iesus christus in gloria est dei patris.

Rn. T Enuisti manum dexteram meā in voluntate tua deduxisti me / et cum gloria assumpsisti me. V. Quam bonus israel deus rectis corde/mei autem pene moti sūt pedes pene effusi sunt gressus mei/ quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum videns. Tractus.

D Eus deus meꝰ respice in me/ quare me dereliquisti. Vꝰ. Deꝰ meus clamabo per diem nec exaudies/ ⁊ nocte et non ad insipientiam michi. Vꝰ. Tu autē in sancto habitas laus israel. V. In te sperauerunt patres nostri / sperauerunt et liberasti eos. Vꝰ. Ad te clamauerunt et salui facti sunt/in te sperauerunt ⁊ non sunt confusi. Vꝰ. Ego autem sum vermis ⁊ non homo / opprobrium hominum et abiectio plebis. Versus Omnes qui videbant me / aspernabātur me/locuti sunt labiis ⁊ mouerunt caput. V. Sperauit in domino eripiat eum saluum faciat eum/quoniam vult eum. V. Ipsi vero considerauerunt ⁊

inspexerunt me/ diuiserunt sibi vestimenta mea/ et super vestem meam miserunt sortem. ℣ Libera me de ore leonis/ ꝛ a cornibus vnicorniũ humilitatẽ meam. ℣. Qui timetis dominũ laudate eum vniuersũ semen iacob glorificate eum. ℣. Annunciabitur domino generatio ventura/ ꝛ annunciabũt celi iusticiam eius. ℣. Populo qui nascetur quẽ fecit dñs. ¶ Nota ꝙ omnes passiones triplici voce debent cantari aut pronũciari/ scilicet alta/ media/ ꝛ bassa. Nã omnia que in passionibus cõtinent: aut sunt verba christi ꝛ t/ signãtur que bassa voce pronũciari debẽt. Aut sũt verba iudeorũ: ꝛ s/ signantur. que alta voce sũt cãtãda. Aut sũt ỽba euãgeliste: et c/ signant: ꝗ mediocri voce sunt pferẽda. Ut littere eu bee illis inserte: clarissime indicãt



Sic incipitur euangeliũ sine Dominus vobiscum. Passio domini nostri iesu christi Secũdum Mattheum Gloria tibi domine. xvj. ca.

In illo tẽpore. Dixit iesus discipulis suis. t. Scitis quia post biduum pascha fiet/ et filius hominis tradetur vt crucifigatur. c. Tunc cõgregati sunt principes sacerdotũ ꝛ seniores populi in atriũ principis sacerdotũ qui dicebatur cayphas: ꝛ consiliũ fecerũt vt iesum dolo tenerent ꝛ occiderẽt. Dicebant autem. s. Non in die festo. c. Ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset iesus in bethania in domo symonis leprosi/ accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti preciosi: et effudit super caput ipsius recũbentis. Uidentes autem discipuli: indignati sunt dicentes. s. Ut q̃d perditio hec. Potuit enim istud venundari multo: ꝛ dari pauperibus. c. Sciens aũt iesus ait illis. t. Quid molesti estis huic mulieri? Opus enim bonũ operata est in me. Nã semper pauperes habetis vobiscũ me autem non semper habebitis. Mittens enim hec vnguẽtum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis/ vbicũꝙ predicatum fuerit hoc euangelium in toto mũdo: dicetur ꝛ ꝙ hec fecit in memoriã eius. c. Tũc abijt vnꝰ de duodecim qui dicitur iudas scarioth ad principes sacerdotũ/ ꝛ ait illis. s. Quid vult; michi dare/ ꝛ ego vobis eum tradam? c. At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde querebat oportunitatem: vt eum traderet. Prima autẽ die azymorum accesserũt discipuli ad iesum dicentes. s. Ubi vis paremus tibi comedere pascha? c. At iesus dixit. t. Ite in ciuitatem ad

quendam: ⁊ dicite ei. Magister dicit. Tēpus meum prope est: apud te facio pascha cū discipulis meis. c. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis iesus: ⁊ parauerūt pascha. Vespere autē facto discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit. c. Amen dico vobis: quia vnus vestrum me traditurus est. Et cōtristati valde: ceperunt singuli dicere. Nunquid ego sum domine? c. At ipse respondēs ait. c. Qui intingit mecum manū in parapside: hic me tradet. Filius quidem hominis vadit: sicut scriptum est de illo. Ve autem homini illi: per quē filius hominis tradetur. Bonum erat ei: si natus non fuisset homo ille. c. Respondēs autem iudas. qui tradidit eum: dixit s. Nunquid ego sum rabbi? c. Ait illi. c. Tu dixisti. c. Cenantibus autem eis / accepit iesus panem ⁊ benedixit ac fregit: deditq̧ discipulis suis / ⁊ ait. c. Accipite ⁊ comedite: hoc est corpus meū. c. Et accipiens calicem / gratias egit ⁊ dedit illis dicens. c. Bibite ex hoc omnes. Hic est sanguis meus noui testamēti / qui pro multis effundet in remissionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibā amodo de hoc genimine vitis / vsq̧ in diem illum cū illud bibam vobiscum nouū in regno patris mei. c. Et hymno dicto exierunt in montem oliueti. Tūc dicit illis iesus. c. Omnes vos scādalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiā pastorem / ⁊ dispergētur oues gregis. Postq̄ autem resurrexero: precedam vos in galileam. c. Respondens autem petrus: ait illi. s. Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nunq̄ scandalizabor. c. Ait illi iesus. c. Amen dico tibi / quia in hac nocte anteq̄ gallus cātet: ter me negabis. c. Ait illi petrus. s. Etiam si oportuerit me mori tecū: non te negabo. c. Similiter ⁊ omnes discipuli dixerūt. Tunc venit iesus cum illis in villam que dicitur gethsemani: ⁊ dixit discipulis suis. c. Sedete hic donec vadam illuc ⁊ orē. c. Et assūpto petro / ⁊ duobus filijs zebedei / cepit contristari ⁊ mestus esse. Tūc ait illis. c. Tristis est anima mea vsq̧ ad mortē. Sustinete hic / ⁊ vigilate mecum. c. Et progressus pusillū: procidit in faciem suam orans / ⁊ dicens. c. Pater mi: si possibile est transeat a me calix iste. Veruntamen nō sicut ego volo: sed sicut tu. c. Et venit ad discipulos suos: ⁊ inuenit eos dormiētes. Et dixit petro sic. c. Nō potuistis vna hora vigilare mecū? Vigilate ⁊ orate / vt nō intretis in tentationē. Spiritus quidē promptus est / caro autē infirma. c. Iterum secundo abijt: ⁊ orauit dicēs. c. Pater mi / si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. c. Et venit iterum / ⁊ inuenit eos dormientes. Erāt enim oculi eorū grauati. Et relictis illis / iterum abijt ⁊ orauit tertio eū dem sermonem / dicens. Tunc venit ad discipulos suos: ⁊ dixit illis c. Dormite iam: ⁊ requiescite. Ecce appropinquabit hora: ⁊ filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet. c. Ad-

huc ipso loquente: ecce iudas vnus de duodecim venit/ ⁊ cum eo turba multa cum gladijs ⁊ fustibus missi a pꝛincipibus sacerdotū ⁊ senioribus populi. Qui autem tradidit eum: dedit illis signum dicens. s. Quēcūqꝫ osculatus fuero: ipse est tenete eum. c. Et cōfestim accedēs ad iesum dixit. s. Aue rabbi. c. Et osculatꝰ est eum. Dixitqꝫ illi iesus t. Amice/ ad quid venisti? c. Tunc accesserunt ⁊ manus iniecerūt in iesum: ⁊ tenuerunt eū. Et ecce vnꝰ ex hijs qui erant cū iesu extendens manum exemit gladium suum: ⁊ percutiens seruum pꝛincipis sacerdotum amputauit auriculā eius. Tunc ait illi iesus. t. Cōuerte gladium tuum in locū suum. Omnes enim qui acceperint gladium: gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum/ et exhibebit michi modo plusqꝫ duodecim legiones angeloꝛum? Quo modo ergo implebūtur scripture? Quia sic opoꝛtet fieri. c. In illa hora dixit iesus turbis. t. Tanqꝫ ad latronē existis cū gladijs ⁊ fustibꝰ cōpꝛehendere me? Quotidie apud vos sedebam docens in templo: et non me tenuistis. c. Hoc autē totū factum est: vt adimplerentur scripture pꝛophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerūt. At illi tenētes iesum duxerunt ad cayphā pꝛincipem sacerdotum: vbi scribe ⁊ senioꝛes conuenerant. Petrus autem sequebatur eum a lōge: vsqꝫ in atrium pꝛincipis sacerdotum. Et ingressus intro sedebat cum ministris/ vt videret finem. Pꝛincipes autem sacerdotū ⁊ omne consilium querebāt falsum testimonium contra iesum: vt eum moꝛti traderent. Et nō inuenerūt: cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes: et dixerunt. s. Hic dixit. Possum destruere templum dei: ⁊ post triduū reedificare illud. c. Et surgens pꝛinceps sacerdotum: ait illi. s. Nichil respondes ad ea que isti aduersum te testificātur? c. Iesus autē tacebat. Et pꝛinceps sacerdotum ait illi. s. Adiuro te per deum viuum/ vt dicas nobis si tu es chꝛistus filius dei. c. Dixit illi iesus. t. Tu dixisti. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filiū hominis sedentem a dextris virtutis dei/ ⁊ venientem in nubibus celi. c. Tunc pꝛinceps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens. s. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nūc audistis blasphemiam. Quid vobis videt? c. At illi respōdētes dixerūt. s. Reus est moꝛtis. c. Tunc expuerunt in faciē eiꝰ et colaphis eum ceciderūt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt dicētes. s. Pꝛophetiza nobis chꝛiste: quis est qui te percussit. c. Petrꝰ vero sedebat foꝛis in atrio. Et accessit ad eum vna ancilla dicens. s. Et tu cū iesu galileo eras? c. At ille negauit coꝛam omnibus dicēs. s. Nescio quid dicis. c. Exeūte autem illo ianuā: vidit eū alia ancilla/ et ait hijs qui erant ibi. s. Et hic cum iesu nazareno erat. c. Et iterum negauit cum iuramento: quia nō nouisset hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabāt: et dixerunt petro. s. Vere et tu

ex illis es. Nam ⁊ loquela tua manifestum te facit. c. Tunc cepit detestari ⁊ iurare: quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cātauit. Et recordatus est petrus verbi iesu quod dixerat: priusq̄ gall⁹ cātet: ter me negabis. Et egressus foras: fleuit amare. Mane autem facto consiliū inierūt omnes principes sacerdotum/ ⁊ seniores populi aduersus iesum: vt eū morti traderent. Et vinctum adduxerūt eū: et tradiderunt pontio pylato presidi. Tunc videns iudas qui cū tradidit quod damnatus esset: penitētia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum ⁊ senioribus dicens. s. Peccaui/ tradēs sanguinem iustum. c. At illi dixerunt. s. Quid ad nos? Tu videris? c. Et proiectis argēteis in templo recessit: ⁊ abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis: dixerūt. s. Nō licet mittere eos in corbanā: quia precium sanguinis est. c. Consilio autem inito/ emerūt ex illis agrū figuli in sepulturam peregrinorū Propter hoc vocatus est ager ille acheldemach: hoc est ager sanguinis/ vsq̄ in hodiernum diem. Tūc adimpletum est quod dictū est per hieremiam prophetam dicentem Et acceperunt triginta argēteos precium appreciati quē appreciauerūt a filijs israel: ⁊ dederūt eos in agrū figuli/ sicut constituit michi dominus. Jesus autem stetit ante presidem. Et interrogauit eū preses: dicēs. s. Tu es rex iudeorū? c. Dixit ei ies⁹. c. Tu dicis. c. Et cū accusaretur a principib⁹ sacerdotum: ⁊ senioribus populi nichil respondit. Tunc dixit ei pylatus. s. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? c. Et non respōdit ei ad vllum verbum: ita vt miraret preses vehementer. Per diē autem solennem consueuerat preses dimittere populo vnum vinctū quem voluissent. Habebant autē tūc vnum vinctum insignem: qui dicebatur barrabas. Cōgregatis ergo illis: dixit pylatus. s. Quem vultis dimittam vobis barrabā/ an iesum qui dicit christ⁹? c. Sciebat autem quod per inuidiam tradidissent eum. Sedēte autem illo pro tribunali/ misit ad illum vxor eius dicēs. s. Nichil tibi ⁊ iusto illi Multa enim passa sum hodie per visum propter eū. c. Principes autem sacerdotū ⁊ seniores persuaserunt populis/ vt peterēt barrabā: iesum vero perderēt. c. Respondēs autem preses ait illis. s. Quē vultis vobis de duobus dimitti? c. At illi dixerūt. s. Barrabam. c. Dixit illis pylatus. s. Quid igitur faciā de iesu qui dicitur christus? c. Dicūt omnes. s. Crucifigatur. c. Ait illis preses. s. Quid enim mali fecit? c. At illi magis clamabāt dicentes. s. Crucifigatur. c. Videns autē pylat⁹ quia nichil proficeret/ sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus suas corā populo dicēs. s. Innocēs ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. c. Et respondēs vniuersus populus: dixit. s. Sanguis eius sup nos: ⁊ super filios nostros. c. Tūc dimisit illis barrabam: iesum autem flagellatū tradidit eis vt cru-

cifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes iesum in pretorio: cõgregauerunt ad eũ vniuersam cohortem. Et exuentes eum chlamydem coccineam circundederunt ei Et plectentes coronam de spinis/ posuerunt super caput eius. & arũdinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum/ illudebant ei dicẽtes s. Aue rex iudeorum.c. Et expuentes in eum: acceperunt arũdinem/ & percutiebant caput eius. Et postq̃ illuserunt ei/ exuerũt eum chlamyde: et induerunt eum vestimentis eius/ & duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem cirenẽ venientẽ ob villa nomine symonem. Hunc angariauerunt: vt tolleret crucem eius Et venerũt in locũ qui dicitur golgotha/ quod est caluarie locus. Et dederũt ei vinũ bibere: cũ felle mixtum. Et cũ gustasset: noluit bibere Postq̃ autẽ crucifixerũt eum: diuiserunt sibi vestimẽta eius / sortem mittentes. Ut adimpleretur quod dictum est/ per prophetam dicentẽ Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserũt sortem. Et sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: hic est iesus nazarenus rex iudeorũ. Tũc crucifixi sũt cum eo duo latrones: vnus a dextris/ & alius a sinistris. Pretereuntes autem blasphemabant eum: mouentes capita sua & dicẽtes.s. Uath. qui destruis templũ dei: & in triduo illud reedificas Salua temetipsum. Si filius dei es: descendens de cruce.c. Similiter & principes sacerdotum illudẽtes cũ scribis & senioribus: dicebãt s. Alios saluos fecit: seipsum non potest saluum facere. Si rex israel est descendat nunc de cruce: & credimus ei. Cõfidit in deo: liberet nũc eum si vult. Dixit enim: quia filius dei sum.c. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo: improperabant ei. A sexta autem hora/ tenebre facte sunt super vniuersam terram: vsq̃ ad horam nonã. Et circa horam nonã: clamauit iesus voce magna dicẽs.t. Helyhely lamazabathani.c. Hoc est.t. Deus meus deus meus/ vt quid dereliquisti me.c. Quidam autem illic stãtes & audientes: dicebant.s. Heliã vocat iste.c. Et continuo currens vnus ex eis: acceptam spongiam impleuit aceto/ & imposuit arũdini & dabat ei bibere. Ceteri vero dicebant.s. Sine. Uideamus an veniat helyas liberans eum.c. Iesus autem iterum clamans voce magna: emisit spiritum. Tũc prosternat se sacerdos & dicat Pater nr̃.c. Et ecce velũ templi scissum est in duas partes a summo vsq̃ deorsum. Et terra mota est/ & petre scisse sunt/ et monumenta apta sunt: et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius: venerunt in sanctam ciuitatẽ et apparuerũt multis. Centurio autem/ & qui cum eo erant custodientes iesum viso terre motu/ & hijs que fiebant: timuerunt valde dicentes.s. Uere filius dei erat iste.c. Erãt autem ibi mulieres multe a longe: q̃ secute erãt iesum a galilea ministrantes ei.

Inter quas erat maria magdalene/⁊ maria iacobi ⁊ ioseph mater ⁊ mater filiorum zebedei. Cũ sero autem factũ esset: venit quidã homo diues ab arimathia/nomĩe ioseph: qui ⁊ ipse discipulus erat iesu. Hic accessit ad pylatũ: et petijt corpus iesu. Tunc pylatus iussit reddi corpꝰ. Et accepto corpore ioseph: inuoluit illud in syndone mũda. Et posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti: ⁊ abijt. Erãt autem ibi maria magdalene/⁊ altera maria: sedentes contra sepulchrũ. Mutet hic vocẽ. Altera die que est post parasceuem: conuenerunt principes sacerdotum/ ⁊ pharisei ad pylatum dicentes. Domine/recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuẽs: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq₃ in diem tertium. Ne forte veniant discipuli eius et furentur eum: ⁊ dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error: peior priore. Ait illis pylatꝰ Habetis custodiam. Ite/ custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes: muniuerunt sepulchrum. Signantes lapidẽ: cum custodibꝰ. Credo

Offer. Improperiũ expectauit cor meũ ⁊ miseriam ⁊ sustinui qui simul contristaretur ⁊ non fuit/ consolantẽ me quesiui/ ⁊ non inueni: ⁊ dederũt in escã meã fel/ et in siti mea potauerũt me aceto. Secreta.

Concede quesumꝰ domine vt oculis tue maiestatis munus oblatum ⁊ gratiam nobis deuotionis obtineat: ⁊ effectum beate perennitatis acquirat. Per dominum. Communio. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat voluntas tua. Postcommunio.

Per huius domine operationem mysterij ⁊ vicia nostra purgẽtur: ⁊ iusta nobis desideria compleantur. Per dominũ nr̃m.

Feria.ij. Ad missam Introitꝰ.



Iudica domine nocentes me / expugna ipugnantes me / apprehẽde arma ⁊ scutũ/ et exurge ĩ adiutoriũ meũ domine virtus salutis mee. Ps. Effunde frameã ⁊ conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic anime mee salus tua ego sum. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus/ vt qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus: intercedente vnigeniti tui passione respiremus. Qui tecum viuit.

Lectio Esaie prophete. l. capitulo



In diebꝰ illis. Dixit esaias. Dominus deus aperuit michi aurem: ego autem non cõtradico/ retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus. Faciẽ meam non auerti ab increpantibus ⁊ conspuentibus in me. Dominus deꝰ auxiliator meus: ⁊ ideo nõ sum cõfusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam: ⁊ scio quoniã non confundar. Iuxta est qui iustificat me: quis contradicet michi? Stemꝰ simul. Quis est aduersariꝰ meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus: auxiliator meus. Quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur: tinea comedet eos. Quis

ex vobis timens dominū: audiens voce servi sui? Quis ambulauit in tenebris: et nō est lumen ei? Speret in nomine domini: et innitatur super domino deo suo. ℞. ℣. Exurge domine et intende iudicio meo deus meus et domin⁹ meus in causam meam. ℣. Effunde frameam et conclude aduersus eos qui me persequūtur. Tractus. Domine nō secundum. vts. fer. iiij. i ca. ic. fo. xxix.

¶ Secundum Johannem. xij. ca.



In illo tempore: Ante sex dies paschę venit iesus i bethaniam vbi lazar⁹ mortuus fuerat/ quē suscitauit iesus. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ministrabat. Lazar⁹ vero vnus erat ex discumbētibus cū eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi/ et vnxit pedes iesu: et extersit capillis suis pedes eius / et dom⁹ impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis ei⁹ iudas scariothis: qui erat eū tráditur⁹. Quare hoc vnguentum nō venijt trecētis denarijs/ et datum est egenis? Dixit autem hoc/ nō quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat/ et loculos habens/ ea que mittebā tur portabat. Dixit ergo iesus. Sinite illam: vt in diem sepulture mee seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem nō semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis q2 illic esset: et venerunt nō propter iesum tantum/ sed vt lazarum viderent quē suscitauit a mortuis. Cogitauerūt autem principes sacerdotum/ vt lazarum interficerent: quia multi propter illum abibant ex iudeis et credebant in iesum. In crastinum autē turba multa que conuenerat ad diem festum/ cū audissent quia venit iesus hierosolymam: acceperūt ramos palmarū/ et processerunt obuiam ei et clamabant. Osanna filio dauid / benedictus q̄ venit in nomine domini rex israel. Et inuenit iesus asellum/ et sedit super eum sicut scriptum est. Noli timere filia syon: ecce rex tu⁹ venit sedens super pullum asine. Hec nō cognouerunt discipuli ei⁹ primum: sed quando glorificatus est iesus: tunc recordati sunt/ quia hec erant scripta de eo / et hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo quā do lazarum vocauit de monumēto: et suscitauit eū a mortuis. Propterea et obuiā venit ei turba: quia audierūt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerūt ad semetipsos. Videtis quia nihil proficimus? Ecce totus mūdus post eum abijt. Erant autē gentiles quidā ex hys qui ascenderant/ vt adorarent in die festo. Hy ergo accesserunt ad philippū qui erat a bethsaida galilee: et rogabant eum dicentes. Dñe/ volumus iesum videre. Venit philippus/ et dixit andree Andreas rursus et philippus / dixerunt iesu. Jesus autem respondit eis dicens. Venit hora vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadēs in terram mortuū fuerit

ipsum solum manet. Si autē mortuum fuerit: multū fructū affert. Qui amat animā suā: perdet eā. Et qui odit animam suam in hoc mūdo / in vitam eternam custodit eam. Si quis michi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic et minister me⁹ erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eum pater meus. Nūc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater salvifica me ex hac hora. Sed ꝓpterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomē tuum. Venit ergo vox de celo dicens. Et clarificaui: et iterū clarificabo. Turba ergo que stabat et audierat: dicebat tonitruū factum esse. Alij autē dicebant / angelus ei locutus est. Respondit iesus et dixit. Nō propter me hec vox venit: sed propter vos. Nunc iudicium est mūdi. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipsum. Hoc autem dicebat: significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege / quia christus manet in eternū. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Quis est iste fili⁹ hominis? Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis: vt non tenebre vos comprehendāt. Et qui ambulat ī tenebris / nescit quo vadat. Dum lucē habetis credite in lucē / vt filij lucis sitis. Hec locutus est iesus: et abijt et abscondit se ab eis. Offertorium. Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te ꝯfugi doce me facere volūtatē tuā: q2 deus me⁹ es tu. Secreta.

Hec sacrificia nos omnipotens deus potēti virtute mūdatos ad suū faciāt puriores venire principium. Per. Cōmunio. Erubescāt et reuereātur simul qui gratulantur malis meis / induantur pudore et reuerentia qui maligna loquunt̄ aduersum me. Postcō.

Prebeant nobis domine diuinum tua sancta feruorē / quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per. Super populū Orō

Adiuua nos de⁹ salutaris noster: et ad beneficia recolenda quib⁹ nos instaurare dignatus es / tribue venire gaudentes. Qui viuis. ¶ Notādū q si aliqua festa triū vel nouē lectionū hac secūda feria et alijs duab⁹ sequētib⁹ ferijs euenerint / anticipātur in ebdomada precedēti: ne laudes ipsarū feriarū remaneāt. Si vero aliqd fest. duplex / vel solēne dictis diebus euenerit / in ipsis celebratur. Sed si aliqua festa alijs tribus ferijs sequētibus euenerit / nichil fit de ipsis sed reseruant̄ post octa. pasche. Et nota vlterius / q si festum annūciationis btē marie qd est solēne aliqua dictarū triū feriarū vl etiā ferie ? euenerit / reseruat̄ vsq ad diē martis post Quasi modo. qua die solēniter celebratur in ecclesia et cessat̄ ab oi opere sicut in die fes.

¶ Feria tertia Ad missam Offiū



Nos autem gloriari oportet in cruce dn̄i nostri iesu christi / i quo est salus / vita / et resurrectio nostra / per quē saluati et liberati sumus. ps Deus mi

sereatur nostri / et benedicat nobis illu-
minet vultum suum super nos ⁊ miserea-
tur nostri. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus da nobis ita dñice passiōis sacramenta peragere: vt indulgē-tiam percipere mereamur. Per eū-dem. Lectio hieremie pphete. xj. c.

In diebus illis. Dixit hiere-mias. Domine demonstra-sti michi ⁊ ego cognoui: tu ostendi-sti michi studia eorū. Et ego quasi agnus mansuetꝰ qui portatur ad victimā ⁊ non cognoui: quoniam cogitauerunt aduersum me con-silia dicentes. Uenite mittamꝰ li-gnum in panem eius / et eradamꝰ eum de terra viuentiū: ⁊ nomē eiꝰ non memoretur amplius. Tu au-tem domine sabaoth / qui iudicas iuste ⁊ probas renes ⁊ corda / vide-am queso vltionē tuam ex eis. Ti-bi enim reuelaui causam meā do-mine deus meus. R. Ego autem dū michi molesti essent induebam me cilicio / ⁊ humiliabā in ieiunio animā meā / ⁊ ora-tio mea in sinu meo conuertetur. V. Judi-ca domine nocētes me expugna impugnā-tes me / apprehende arma ⁊ scutum ⁊ exur-ge in adiutorium michi.

¶ Passio sequēs triplici voce pro-nunciatur: vt littere rubee in ea in-serte clarissime indicant.

¶ Passio domini nostri iesu chri-sti Secundum Marcum. xiiij. ca.

In illo tempore. c. Erat pa-scha ⁊ azyma post biduum. Et querebant summi sacerdotes et scribe / quomodo iesum dolo te-nerent ⁊ occiderent. Dicebāt enim s. Non in die festo. c. Ne forte tu-multꝰ fieret in populo. Et cū esset iesus bethanie in domo symōis le-prosi / ⁊ recūberet venit mulier ha-bens alabastrum vnguenti nardi spicati preciosi. Et fracto alaba-stro: effudit super caput eiꝰ. Erant autem quidā indigne ferentes in-tra semetipsos: et dicētes. S. Ut qd perditio ista vnguēti facta est: Po-terat enim vnguentum istud venū dari plusq̃ trecētis denarijs: ⁊ da-ri pauperibꝰ. c. Et fremebāt in eā. Jesus autem dixit. ✝. Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonum opꝰ operata est in me. Semp enim pauperes habetis vobiscū / ⁊ cū vo-lueritis potestis illis benefacere. Me aūt nō semp habebitis / qd ha-buit / hec fecit. preuenit enim vnge-re corpus meum: in sepulturam. Amen dico vobis: vbicūq̧ predica-tum fuerit euangeliū istud in vni-uerso mundo: ⁊ quod hec fecit nar-rabitur in memoriā eius. c. Et iu-das scariothis vnus de duodecim abijt ad sūmos sacerdotes vt pro-deret eū illis. Qui audiētes gaui-si sunt: ⁊ promiserūt ei pecuniam se daturos. Et q̃rebat quomodo oportune traderet illū. Et primo die azymorum quando pascha im-molabant: dicunt ei discipuli. S. Quo vis eamꝰ ⁊ paremus tibi vt manduces pascha? c. Et mittit du-o ex discipulis suis ⁊ dixit eis. ✝. Ite in ciuitatem ⁊ occurret vobis ho-mo lagenam aque baiulans. Se-quimini eum: et quocunq̧ introie-rit dicite dño domus / quia magi-ster dicit. Ubi est refectio mea vbi pascha cum discipulis meis man-ducē? Et ipse demonstrabit vobis cenaculum grāde stratum / et illic

para te nobis. c. Et abierunt diſcipuli eius/⁊ venerunt in ciuitatē: ⁊ inuenerunt ſicut dixerat illis ⁊ parauerunt paſcha. Veſpere autem facto: venit cum duodecim. Et diſcumbentibus eis et manducantibus ait ieſus. t. Amen dico vobis: quia vnus ex vobis me tradet qui manducat mecum. c. At illi ceperunt contriſtari: et dicere ei ſigillatim. s. Nunquid ego? c. Qui ait illis. t. Unus ex duodecim qui intingit mecū manum in catino. Et filius quidem hominis vadit ſicut ſcriptum eſt de eo. Ve autem homini illi: per quem filius hominis tradetur. Bonū erat ei: ſi natus non fuiſſet homo ille. c. Et manducantibus illis accepit ieſus panem et benedicens fregit et dedit eis: et ait. t. Sumite: hoc eſt corpus meum. c. Et accepto calice gratias agens dedit illis: et biberunt ex eo omnes. Et ait illis. t. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti: qui pro multis effundetur. Amen dico vobis: quod iam non bibam de genimine vitis vſqꝫ in diem illum/ cum illud bibam nouum in regno dei. c. Et hymno dicto exierunt in montem oliuarum. Et ait illis ieſus. t. Omnes vos ſcandalizabimini in me in iſta nocte: quia ſcriptum eſt Percutiam paſtorem/ et diſpergentur oues gregis. Sed poſtꝙ reſurrexero: precedam vos in galileam. c. Petrus autem ait ei. s. Et ſi omnes ſcandalizati fuerint/ ſed non ego. c. Et ait illi ieſus. t. Amē dico tibi: qꝛ tu hodie i hac nocte priuſꝙ bis gallꝯ vocem dederit ter me es negaturus. c. At ille amplius loquebatur. s. Et ſi oportuerit me ſimul commori tecum: non te negabo. c. Similiter autem ⁊ omnes dicebant. Et veniunt in predium cui nomen gethſemani: et ait diſcipulis ſuis. t. Sedete hic/ donec orem. c. Et aſſumpſit petrum et iacobū et iohannem ſecum: et cepit pauere et tedere. Et ait illis. t. Triſtis eſt anima mea: vſqꝫ ad mortem. Suſtinete hic: ⁊ vigilate. c. Et cū proceſſiſſet paululum procidit ſuper terram/ et orabat vt ſi fieri poſſet tranſiret ab eo hora: et dixit. t. Abba pater: oīa tibi poſſibilia ſūt transfer calicem hunc a me. Sed non quod ego volo: ſed quod tu. c. Et venit et inuenit eos dormiētes. Et ait petro. t. Symon dormis: nō potuiſtis vnā horā vigilare mecū? Vigilate et orate: vt nō intretis in temtationem. Spiritus quidem promptus eſt: caro autem infirma. c. Et iterum abiens: orauit eū dem ſermonem dicēs. Et reuerſus denuo iuenit eos dormiētes. Erāt enim oculi eorꝫ grauati: ⁊ ignorabant quid reſpōderent ei. Et venit tertio: ⁊ ait illis. t. Dormite iam ⁊ requieſcite. Sufficit. Venit hora/ ecce tradetur filius hoīs in manꝯ peccatorū. Surgite eamus. Ecce qui me tradet ꝓpe eſt. c. Et adhuc eo loquente venit iudas ſcarioth vnꝯ de duodecim/ et cum eo turba multa cum gladijs et lignis miſſi a ſummis ſacerdotibus et ſcribis ⁊ ſenioribꝯ. Dederat aūt traditor eis ſignū dicēs. s. Quemcūqꝫ oſculatus fuero ipſe eſt/ tenete eū/ ⁊ ducite caute. c. Et cū veniſſet: ſtatim

accedens ad eum ait. s. Aue rabi. c. Et osculatus est eũ. At illi manꝰ iniecerũt in iesum: ⁊ tenuerunt eũ. Unus autẽ de circũstantibus educẽs gladiũ: percussit seruum summi sacerdotis / ⁊ amputauit illi auriculam. Et respondens iesus: ait illis. c. Tanq̃ ad latronem existis cũ gladiis et lignis comprehẽdere me. Quocidie apud vos erã in templo docens / ⁊ nõ me tenuistis. Sed vt adimpleantur scripture. c. Tũc discipuli eius relinquentes eũ: omnes fugerunt. Adolescens autem quidã sequebatur eum amictus syndone super nudo: et tenuerunt eũ. At ille reiecta syndone: nudus profugit ab eis. Et adduxerunt iesum ad summum sacerdotem: vbi conuenerant omnes sacerdotes ⁊ scribe ⁊ seniores Petrus autem secutus est eum vsq; intro in atrium summi sacerdotis: ⁊ sedebat cũ ministris ⁊ calefaciebat se ad ignem Summi vero sacerdotes et omne consilium querebant aduersus iesum testimoniũ vt eum morti traderẽt: nec inueniebãt. Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum: et conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes falsum testimonium ferebãt aduersus eũ dicentes. s. Quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam templum hoc manufactum / et post triduũ aliud non manufactum edificabo. c. Et non erat conueniẽs testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in mediũ: interrogauit iesum dicẽs. s. Non respõdes quicq̃ ad ea que tibi obiiciunt ab hiis? c.

Ille aũt tacebat: ⁊ nihil respõdit. Rursum summus sacerdos interrogauit eũ ⁊ dixit ei. c. Tu es christus filiꝰ dei benedicti? c. Iesus autẽ dixit ei. s. Ego sum. Et videbitis filiũ hominis sedentẽ a dextris virtutis dei / ⁊ venientẽ cũ nubibꝰ celi. c. Summꝰ vero sacerdos scindens vestimẽta sua ait. s. Quid adhuc desideramꝰ testes? Audistis blasphemiam? Quid vobis videtur? c. Qui oẽs condẽnauerũt eũ esse reũ mortis. Et ceperũt quidã conspuere in eum: ⁊ velare faciẽ eius ⁊ colaphis eũ cedere et dicere ei. s. Prophetiza. c. Et ministri alapis eum cedebãt. Et cũ esset petrus in atrio deorsum: venit vna ex ãcillis summi sacerdotis. Et cum vidisset petrum calefacientẽ se: aspiciens illum ait. s. Et tu cum iesu nazareno eras. c. At ille negauit dicẽs. s. Neq; scio neq; noui quid dicas. c. Et exiit foras ante atrium: ⁊ gallus cantauit. Rursus autẽ cum vidisset eũ alia ancilla: cepit dicere circũstantibus. s. Quia hic ex illis est. c. At ille iterũ negauit. Et post pusillum: rursus qui adstabãt dicebant petro. s. Uere ex illis es: nã et galileus es. c. Ille autem cepit anathematizare ⁊ iurare: quia nescio hominem istum quem dicitis Et statim iterum gallus cãtauit. Et recordatus est petrus verbi qđ dixerat ei iesus / priusq̃ gallus cãtet bis / ter me negabis. Et cepit flere. Et confestim mane facto cõsilium facientes summi sacerdotes cum senioribus et scribis ⁊ vniuerso ꝯsilio: vincientes iesum duxerũt ⁊ tradiderũt pylato. Et itero-

gauit eũ pylatus. s. Tu es rex iu-
deorum? c. At ille respondẽs ait. t.
Tu dicis. c. Et accusabant eũ sum
mi sacerdotes in multis. Pylatus
autem rursum interrogauit eum
dicens. s. Non respondes quicq̃?
Uides in quãtis te accusant? c. Je
sus autẽ amplius nichil respõdit:
ita vt miraret pylatus. Per diẽ au
tẽ festũ dimittere solebat illis vnũ
ex vinctis: quẽcũq; petissent. Erat
autẽ qui dicebatur barrabas/ qui
cũ seditiosis erat vinct⁹: qui in sedi
tione fecerat homicidium. Et cũ
ascendisset turba: cepit rogare si-
cut semp faciebat illis. Pylat⁹ au
tem respõdit eis/ ⁊ dixit. s. Uultis
dimittã vobis regem iudeorum?
c. Sciebat enim qd̃ per inuidiam
tradidissent eũ summi sacerdotes
Pontifices autem concitauerunt
turbam/ vt magis barrabam di-
mitteret eis. Pylatus autem ite-
rum respondens ait illis s. Quid
ergo vultis faciam regi iudeorũ?
c. At illi iterum clamauerunt. s.
Crucifige eum. c. Pylatus vero di
cebat eis. s. Quid eni mali fecit?
c. At illi magis clamabãt. s. Cru-
cifige eum. c. Pylatus autẽ volens
populo satisfacere: dimisit illis
barrabam/ et tradidit iesum fla-
gellis cesum: vt crucifigeret. Mi-
lites autem duxerũt eum intro in
atrium pretorij: ⁊ conuocant totã
cohortem/ et induunt eum purpu-
ra/ ⁊ imponunt ei plectẽtes spineã
coronam: et ceperunt salutare eũ
dicentes. s. Aue rex iudeorum? c.
Et percutiebant caput eius arun-
dine et conspuebant eum. Et ponẽ
tes genua: adorabant eũ. Et post-
q̃ illuserunt ei: exuerũt illum pur-
pura et induerunt eum vestimen-
tis suis/ ⁊ educunt illum vt crucifi
gerent eũ. Et angariauerunt pre-
tereuntem quempiam symonẽ cy-
reneum venientem de villa patrẽ
alexandri et rufi/ vt tolleret crucẽ
eius. Et perducunt illum in golgo
tha locum: quod est interpretatũ
caluarie locus. Et dabant ei bibe-
re myrrhatum vinum: ⁊ non acce
pit. Et crucifigentes eum: diuise-
runt vestimẽta eius mittentes sor
tẽ sup eis quis quid tolleret. Erat
autem tertia hora: et crucifixerũt
eum. Erat autẽ titulus cause eius
inscriptus: rex iudeorum. Et cũ eo
crucifigunt duos latrones/ vnum
a dextris/ ⁊ alium a sinistris eius.
Et adimpleta est scriptura que di-
cit. Et cum iniquis deputatus est.
Et pretereuntes blasphemabant
eum: mouentes capita sua ⁊ dicen
tes. s. Uath qui destruis templum
dei: ⁊ in tribus diebus reedificas?
Saluum fac temetipsum: descen-
dens de cruce. c. Similiter ⁊ sum-
mi sacerdotes illudẽtes ad alter-
utrum cũ scribis dicebãt. s. Alios
saluos fecit: seipsum nõ potest sal
uum facere? Christ⁹ rex israel de-
scendat nũc de cruce vt videamus
⁊ credam⁹. c. Et qui cum eo crucifi
xi erant conuiciabantur ei. Et fa-
cta hora sexta tenebre facte sunt p
totam terram vsq; in horam no-
nam. Et hora nona exclamauit
iesus voce magna dicens. t. He-
loy/ heloy lamazabacthani. c. Qd̃
est interpretatũ. c. Deus me⁹ deus
meus: vt quid dereliquisti me? c.
Et quidam de circunstantibus au

dientes/ dicebāt. S. Ecce helyā vocat iste. C. Currens autē vnus ꝛ implēs spongiā aceto: circūponensq; calamo/ potum dabat ei dicēs. S. Sinite vt videamus si veniat helyas: ad deponēdum eum. Jesus autem emissa voce magna: expirauit. Sacerdos se prosternat ꝛ dicat Pater noster. C. Et velum tēpli scissum est in duo a summo vsq; deorsum. Videns autē cēturio qui ex aduerso stabat/ quia sic clamās expirasset: ait. S. Vere homo hic filius dei erat. C. Erāt autē ibi et mulieres a lōge aspiciētes/ inter quas erat maria magdalene/ et maria iacobi iunioris/ et ioseph mater ꝛ salome. Et cū esset in galilea/ sequebant eū ꝛ ministrabāt ei Et alie multe q̄ simul cū eo ascēderant hierosolymā. Mutat vocem. Et cū iā sero esset factū/ q2 erat parasceue qđ est ante sabbatū: venit ioseph ab arimathia nobilis decurio: qui ꝛ ipse erat expectās regnū dei. Et audacter introiuit ad pylatū: ꝛ petijt corpus iesu. Pylatus autē mirabatur: si iā obijsset. Et accersito cēturione: interrogauit eū si iā mortuus esset. Et cum cognouisset a cēturiōe: donauit corpus ioseph. Joseph autē mercatus syndonē: ꝛ deponēs eū īuoluit syndone: ꝛ posuit in monumento qđ erat excisuz de petra. Et aduoluit lapidem: ad ostium monumenti. Offertorium. Custodi me domine de manu peccatoris/ ꝛ ab hominibus iniquis eripe me domine. Secreta.

Sacrificia q̄s domine propēsius ista restaurent/ que medicinalibus sunt instituta ieiunijs. Per. Cōio. Aduersum me exercebant qui sedebāt in porta/ ꝛ in me psallebāt qui bibebāt vinū. ego vero orationē meā ad te domine tempus beneplaciti deus in multitudine misericordie tue. Postcōmunio

Sanctificationibus tuis omnipotēs deus ꝛ vicia nostra curentur: ꝛ remedia nobis sempiterna proueniant. Per eūdem dominum. Super populum Oratio

Tua nos mīa deus ꝛ ab omni surreptione vetustatis expurget: ꝛ capaces sancte nouitatis efficiat. Per. ¶ Fer. iiij. Offm̄.



In nomie domini omne genu flectatur/ celestiū terrestriū ꝛ īferno rū/ quia dominus factus est obediens vsq; ad mortē: mortē autē crucis/ ideo dn̄s iesus xp̄s i gl̄ia est dei patris. Ps. Dn̄e exaudi orōnē meā: ꝛ clamor meus ad te veniat. Sine Dn̄s vob. Oratio

Presta q̄s omnip̄s deus: vt qui nostris excessibus incessanter affligimur: per vnigeniti tui passionem liberemur. Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus. Lectio Esaie prophete. lxiij. caplo.

Hec dicit dominus deus. Dicite filie syon. Ecce saluator tuus venit: et merces eius cum eo. Quis est iste qui venit de edom tinctis vestibus de bosra? Iste formosus in stola sua gradiens in multitudie fortitudinis sue. Ego qui loquor iusticiam: ꝛ propugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est indumētum tuum? et vestimenta tua sicut calcantiū in torculari? Torcular calcaui solus: ꝛ de gētibus non est vir mecū.

Calcaui eos in furore meo: ⁊ conculcaui eos i ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: ⁊ omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo / annꝰ retributiōis mee venit. Circūspexi ⁊ non erat auxiliator: quesiui ⁊ non fuit qui adiuuaret. Et saluauit michi brachiū meum: et indignatio mea ipsa auxiliata est michi. Miserationū domini recordabor: laudem domini super omnibꝰ que reddidit nobis dominus deus noster. ℟. Ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me. ℣. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque vsqꝫ ad animam meā / infixus sum in limo profundi ⁊ non est substantia. Cum Dominus vobiscum.

Oratio.

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulū subire voluisti: vt inimici a nobis expelleres potestatem / cōcede nobis famulis tuis / vt resurrectionis gloriam cōsequamur. Per eundem.

Lectio Esaie prophete. liij. capl'o.

In diebꝰ illis. Dixit esaias. Domine quis credidit auditui nostro: ⁊ brachium domini cui reuelatū est? Et ascendet sicut virgultum coram eo: et sicut radix de terra sitienti. Et non est species ei neqꝫ decor: et vidimus eum et non erat aspectus / et desiderauimꝰ eū despectū ⁊ nouissimū virorum virum dolorum ⁊ sciētē infirmitatē. Et quasi abscōditus vultus eiꝰ / ⁊ despectꝰ vnde nec reputauimus eum. Vere lāguores nostros ipse tulit: ⁊ dolores nr̄os ipse portauit. Et nos putauimus eū quasi leprosum ⁊ percussum a deo ⁊ humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras: attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostre super eum: ⁊ liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimꝰ. Unusquisqꝫ in viā suam declinauit. Et dominus posuit in eo iniquitatem omniū nostrum. Oblatꝰ est quia ipse voluit: et nō aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem ducetur: et quasi agnus coram tondente se obmutescet: ⁊ nō aperiet os suum. De angustia ⁊ de iudicio sublatꝰ est. Generationem eius quis enarrabit? Quia abscisus est de terra viuentiū. Propter scelus populi mei percussi eū: ⁊ dabit impios pro sepultura / et diuitem pro morte sua: eo quod iniquitatē nō fecerit / nec dolus fuerit in ore eius. Et dominus voluit conterere eū in infirmitate Si posuerit pro peccato animā suam videbit semen longeuum: ⁊ volūtas dn̄i in manu eius dirigetur pro eo quod tradidit in morte animam suam: ⁊ cū sceleratis deputatus est. Et ipse peccata multorū tulit: ⁊ pro transgressoribus orauit / vt non perirent. Dicit dominꝰ omnipotens.

Tractus.

Domine exaudi orōnē meā et clamor meꝰ ad te veniat. ℣. Ne auertas faciē tuā a me in quacūqꝫ die tribulor inclina ad me aurē tuā. ℣. In quacūqꝫ die inuocauero te velociter exaudi me. ℣. Qr defecerūt sicut fumus dies mei et ossa mea sicut i frixorio ɔfrixa sūt. ℣. Percussꝰ sū sicut fenū et aruit cor meū qr oblitꝰ sū mādueare panē meū. ℣. Tu exurgēs dn̄e misereberis syon / qr venit tēpus miserendi eius.



Passio domini nostri iesu christi secundum Lucam. xxij. capitulo.

In illo tempore. c. Appropinquabat dies festus azymorum qui dicitur pascha: et querebat principes sacerdotum et scribe quomodo iesum interficerent. Timebant vero plebem. Intrauit autem sathanas in iudam qui cognominatur scariothbnum de duodecim: et abijt et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: et pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit. Et querebat opportunitatem: vt traderet illum sine turbis. Uenit autem dies azymorum in qua necesse erat occidi pascha: et misit iesus petrum et iohannem dicens. c. Euntes parate nobis pascha: vt manducemus. c. At illi dixerunt. s Ubi vis paremus? c. Et dixit ad eos. t. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem: occurret vobis homo amphoram aque portans. Sequimini eum in domum in quam intrat: et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Ubi est diuersorium / vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cenaculum magnum stratum: et ibi parate. c. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: et parauerunt pascha. Et cum facta esset hora / discubuit: et duodecim apostoli cum eo. Et ait illis. t. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum: antequam patiar. t. Dico enim vobis: quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. c. Et accepto calice: gratias egit et dixit. t. Accipite et diuidite inter vos. Dico enim vobis / quod non bibam de generatione vitis. donec regnum dei veniat. c. Et accepto pane / gratias egit et fregit: et dedit eis dicens. t. Hoc est corpus meum: quod pro vobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. c. Similiter et calicem: postquam cenauit dicens. t. Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine: qui pro vobis fundetur. Ueruntamen ecce manus tradentis me: mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod diffinitum est vadit. Ueruntamen ve homini illi: per quem tradetur. c. Et ipsi ceperunt querere inter se: quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem et contentio inter eos / quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis. t. Reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent sup eos benefici vocantur. Uos autem non sic. Sed qui maior est in vobis: fiat

sicut minor. Et qui precessor est: sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Uos autē estis qui permansistis mecū in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum: vt edatis et bibatis sup mēsam meā in regno meo: et sedeatis sup thronos iudicantes duodecim tribus israel. c. Ait autē dominus symoni. t. Symon: Ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū. Ego autem rogaui pro te: vt non deficiat fides tua. Et tu aliquādo conuersus: cōfirma fratres tuos. c. Qui dixit ei. s. Domine tecū paratus sum et in carcerem et in mortem ire. c. At ille dixit. t. Dico tibi petre: non cantabit hodie gallus/ donec ter abneges nosse me. c. Et dixit eis. t. Quando misi vos sine sacculo et pera et calciamētis: nūquid aliquid defuit vobis? c. At illi dixerunt. s. Nichil. c. Dixit ergo eis. t. Sed nūc qui habet sacculū: tollat similiter et perā. Et qui non habet/ vendat tunicam suam/ et emat gladiū. Dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod scriptū est oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea que sunt de me: finem habent. c. At illi dixerūt. s. Dn̄e/ ecce gladij duo hic c. At ille dixit eis. t. Satis est. c. Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum peruenisset ad locū: dixit illis. t. Orate ne intretis in tentationem. c. Et ipse auulsus est ab eis quantū iactus est lapidis. Et positis genibus: orabat dicens. t. Pater/ si vis transfer calicem istum a me. Uerūtamen nō mea volūtas: sed tua fiat. c. Apparuit autem illi angelus de celo: confortans eū. Et factus in agonia: prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrētis in terram. Et cum surrexisset ab oratione/ et venisset ad discipulos suos: inuenit eos dormientes pre tristitia. c. Et ait illis. t. Quid dormitis? Surgite/ orate/ ne intretis in tētationē. c. Adhuc eo loquēte: ecce turba et qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos. Et appropinquauit iesu: vt oscularet eū Jesus autē dixit illi. t. Juda osculo filiū hominis tradis. c. Uidētes autē hij qui circa ipsum erāt qđ futurū erat: dixerūt ei. s. Dn̄e/ si percutimus in gladio? c. Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum: et amputauit auriculā eius dexterā. Respondēs autē iesus ait t. Sinite vsq̄ huc. c. Et cum tetigisset auriculā eius: sanauit eū. Dixit autem iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum et magistratus templi: et seniores t. Quasi ad latronem existis cum gladijs et fustibus/ cum quotidie fuerim vobiscum in templo: et nō extendistis manus in me. Sed hec est hora vestra et potestas tenebrarum. c. Comprehendentes autem eū: duxerunt ad domum principis sacerdotum. Petrus vero sequebatur eum a longe. Accenso autem igne in medio atrio et circun-

ſedentibꝰ illis: erat petrus in me-
dio eoꝛum. Quem cum vidiſſet an
cilla quedam ſedentem ad lumen
⁊ eum fuiſſet ituita: dixit .s. Et hic
cũ illo erat .c. At ille negauit eũ di-
cens .s. Mulier non noui illum .c.
Et poſt puſillum: alius videns eũ
dixit .s. Et tu de illis es .c. Petrus
vero ait .s. O homo / non ſum .c. Et
interuallo facto quaſi hoꝛe vniꝰ:
alius quidam affirmabat dicens
.s. Vere hic cum illo erat. Nam et
galileus eſt .c. Et ait petrus .s. Ho-
mo / neſcio quid dicis .c. Et cõtinuo
adhuc illo loquente: gallus canta
uit. Et conuerſus dominus: reſpe
xit petrũ. Et recoꝛdatus eſt petrus
verbi dñi ſicut dixerat: qꝛ priuſq̃
gallus cantet: ter me negabis.
Et egreſſus foꝛas petrus / fleuit a-
mare. Et viri qui tenebant ieſum:
illudebant ei cedentes. Et velaue-
runt eũ ⁊ percutiebant faciẽ eius:
⁊ interrogauerunt eum dicentes.
.s. Propheti3a nobis chꝛiſte: quis
eſt qui te percuſſit? .c. Et alia mul-
ta blaſphemãtes: dicebant in eũ.
Et vt factus eſt dies / conuenerunt
ſenioꝛes plebis ⁊ principes ſacer-
doeum ⁊ ſcribe: ⁊ duxerũt illum in
conſilium ſuum dicentes .s. Si tu
es chꝛiſtus: dic nobis .c. Et ait illis
.t. Si vobis dixero: nõ credetis mi-
chi. Si autẽ ⁊ interrogauero: non
reſpondebitis michi neq3 dimitte-
tis. Ex hoc autem erit filius homi
nis / ſedens a dextris virtutis dei.
.c. Dixerunt autem omnes .s. Tu
ergo es filꝰ dei? .c. Qui ait .t. Vos
dicitis quia ego ſum .c. At illi dixe
runt .s. Quid adhuc deſideramus
teſtimoniũ? Ipſi enim audiuimꝰ
de oꝛe eiꝰ .c. Et ſurgẽs omnis mul-
titudo eoꝛum / duxerunt illũ ad py
latum. Ceperunt autem accuſare
illum dicentes .s. Hũc inuenimus
ſubuertentem gentem noſtram: ⁊
pꝛohibentem dari tributa ceſari:
⁊ dicentẽ ſe chꝛiſtum regem eſſe .c.
Pylatꝰ autem interrogauit eum
dicens .s. Tu es rex iudeoꝛum? .c.
At ille reſpondens ait .t. Tu dicis
.c. Ait autem pylatus ad pꝛincipes
ſacerdotũ: et turbas .s. Nichil in-
uenio cauſe in hoc homine .c. At il
li inualeſcebant: dicentes .s. Com
mouit populum docẽs per vniuer-
ſam iudeã: incipiens a galilea vſ-
q3 huc .c. Pylatus autem audiens
galileã: interrogauit ſi homo ga
lileus eſſet. Et vt cognouit q̄ de he
rodis poteſtate eſſet: remiſit eum
ad herodem: qui et ipſe hieroſoly-
mis erat illis diebus. Herodes au
tem viſo ieſu: gauiſus eſt valde.
Erat enim cupiens ex multo tem-
poꝛe videre eũ: eo q̄ audierat mul-
ta de illo: et ſperabat ſignum ali-
quod videre ab eo fieri. Interro-
gabat autem illũ: multis ſermo-
nibus. At ipſe nichil illi reſponde-
bat. Stabant autem pꝛincipes ſa
cerdotum ⁊ ſcribe: cõſtanter accu-
ſantes eum. Spꝛeuit autem illũ
herodes cum exercitu ſuo: ⁊ illuſit
indutũ veſte alba / ⁊ remiſit ad py-
latũ. Et facti ſunt amici herodes
⁊ pylatus / in ipſa die. Nam antea
inimici erãt ad inuicem. Pylatus
autem conuocatis pꝛincipibus ſa
cerdotum / ⁊ magiſtratibus ⁊ ple-
be: dixit ad illos .s. Obtuliſtis mi-
chi hunc hominem quaſi auerten
tem populũ: ⁊ ecce ego coꝛã vobis

interrogans nullā causam inuenio in homine isto: ex hijs in quibꝰ eum accusatis. Sed neqꝫ herodes Nam remansit illum ad nos: ⁊ ecce nichil dignum mozte actum est ei. Emendatū ergo illū dimittā. c. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba dicens. s. Tolle hunc: ⁊ dimitte nobis barrabam. c. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate et homicidium / missus in carcerem. Iterū autem pylatus locutus est ad illos: volēs dimittere iesum. At illi succlamabant dicētes. s. Crucifige / crucifige illū. c. Ille aūt tertio dixit ad illos. s. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam moztis inuenio in eo. Cozripiā ergo illum: ⁊ dimittam. c. At illi instabāt vocibꝰ magnis / postulantes vt crucifigeretur. Et inualescebant voces illozū. Et pylatꝰ adiudicauit fieri petitionē cozum. Dimisit autem illis cum qui propter homicidium ⁊ seditionem missus fuerat in carcerē: quē petebant. Iesum vero tradidit voluntati eozum. Et cum ducerēt eū: apprehēderūt symonē quēdā cyrenēsem venientē de villa: ⁊ imposuerunt ei crucem poztare post iesum Sequebatur autem illum turba multa populi / ⁊ mulierū que plangebant ⁊ lamentabantur eū. Conuersus autem iesus ad illas: dixit c. Filie hierusalē / nolite flere super me: sed super vos flete ⁊ super filios vestros. Quoniam ecce venient dies / in quibus dicent. Beate steriles: ⁊ ventres qui non genuerunt / et vbera que non lactauerūt. Tūc incipient dicere montibus / cadite super nos: ⁊ collibus operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciūt: in arido quid fiet? c. Ducebantur autem ⁊ alij duo nequā cū eo: vt interficerentur. Et postq̄ venerunt in locū qui vocatur caluarie: ibi crucifixerūt eum. Et latrones vnū a dextris: ⁊ alium a sinistris. Iesus autem dicebat. c. Pater dimitte illis: non enim sciūt quid faciunt. c. Diuidentes vero vestimēta eius: miserunt soztes. Et stabat populus expectans. Et deridebant eū principes: cū eis dicentes. s. Alios saluos fecit / seipsum saluum faciat: si hic est christus dei electus. c. Illudebant autem ei ⁊ milites accedentes ⁊ acetum offerentes ei: ⁊ dicentes. s. Si tu es rex iudeozū: saluum te fac. c. Erat autem et superscriptio scripta super illū: litteris grecis / ⁊ latinis / ⁊ hebzaicis: hic est iesus rex iudeozum. Unus aūt de hijs qui pendebant latronibus blasphemabat eum: dicens. s. Si tu es christus: saluū fac temetipsum ⁊ nos. c. Respondens autem alter: increpabat illum dicens. s. Neqꝫ tu times deū: qui in eadem dānatione es. Et nos quidem iuste / nā digna factis recipimꝰ: hic vero nichil mali gessit. c. Et dicebat ad iesum. s. Domine memento mei: dū veneris in regnum tuū c. Et dixit illi iesus. c. Amen dico tibi. Hodie mecum eris in paradiso c. Erat autem fere hoza sexta: ⁊ tenebze facte sunt in vniuersam terram / vsqꝫ in hozam nonam. Et obscuratus est sol: ⁊ velum tēpli scis-

sum est medium. Et clamās voce magna iesus: ait. t. Pater in manus tuas commendo spiritum meū. c. Et hec dicens expirauit. Prosternat se sacerdos et dicat Pater noster. Uidens autem centurio quod factum fuerat: glorificauit deum dicens. s. Uere hic homo iust⁹ erat. c. Et omnis turba eorū qui simul aderant ad spectaculum istud / et videbant que fiebant: percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: et mulieres q̄ secute erāt eum a galilea hec videntes. Mutet vocem suam. Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio vir bon⁹ et iustus / hic non consenserat consilio et actibus eorū: ab arimathia ciuitate iudee qui expectabat et ipse regnū dei Hic accessit ad pylatū: et petijt corpus iesu. Et depositū inuoluit in syndone. Et posuit eum in monumēto exciso: in quo nōdum quisq̄ positus fuerat. Offertoriū. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te perueniat. Secreta.

Purifica nos misericors de⁹ vt ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes / fiāt expiatis mētibus gratiores. Per dñm. Cōio. Potum meū cū fletu temperabam quia eleuās allisisti me et ego sicut fenum arui. tu autē domine in eternū permanes. tu exurgēs misereberis syō q2 venit tēpus miserēdi ei⁹. Postcō.

Largire sensib⁹ nostris que sumus omnipotēs deus vt per temporalē filij tui mortē quā mysteria veneranda testant: vitā nobis dedisse perpetuam confidamus. Per eūdē. Super populum.

Respice quesum⁹ domine super hanc familiam tuā pro qua domin⁹ noster iesus christus non dubitauit manibus tradi nocentium: et crucis subire tormentum. Qui tecum viuit et regnat.

Feria. v. in cena dñi. Introitus.

Nos autem gloriari oportet in cruce dñi nostri iesu christi / i quo est salus / vita / et resurrectio nostra / per quē saluati et liberati sumus. Ps. Deus misereatur nostri / et benedicat nobis illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Nota q̄ ad missā non dicit Gloria patri / nec Gloria in excelsis nec Credo / nec Pax domini / nec Agnus dei / nec pax datur / nisi quādo epūs opus est p̄sens pro consecratione crismatis facienda quo casu predicta dicuntur. Item

ad orones nō dr Flectamꝰ ge. Oro

Deus a quo et iudas reatus sui penam/et confessionis sue latro premium sumpsit: concede nobis tue propiciationis effectū: vt sicut in passione sua iesus christus dominus noster diuersa vtrisqꝫ intulit stipendia meritorū: ita nobis ablato vetustatis errore/ resurrectionis sue gratiā largiatur Qui tecum. Lectio epistole beati pauli apostoli ad Corinthios .j. xj.

Fratres. Conuenientibus vobis in vnum: iam nō est dominicam cenam manducare. Vnusquisqꝫ enim suam cenā presumit ad mādūcandum. Et alius quidem esurit. Alius autē ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum et bibendum/ aut ecclesiam dei contemnitis et confunditis eos qui non habent. Quid dicā vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino: qd̄ et tradidi vobis. Quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur: accepit panem et gratias agens fregit et dixit. Accipite et manducate. Hoc est corpus meū: quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter et calicem: postqꝫ cenauit dicēs. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotienscunqꝫ bibetis in meam cōmemorationē. Quotienscunqꝫ enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortē domini annunciabitis donec veniat. Itaqꝫ quicūqꝫ mādūcauerit panem hūc vel biberit calicē domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autē seipsum homo: et sic de pane illo edat/ et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne/iudicium sibi manducat et bibit: non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi. Qd̄ si nosmetipsos diiudicaremus: nō vtiqꝫ iudicaremur. Dum iudicamur. aūt a domino corripimur: vt non cū hoc mundo damnemur. R. Christus factus est pro nobis obediens vsqꝫ ad mortem / mortem autem crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen.

Secundum Johannem. xiij.c.



In illo tempore: Ante diē festū pasche sciens iesus quia venit eiꝰ hora vt transeat ex hoc mundo ad patrē: cū dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos. Et cena facta/cum diabolus iam misisset in cor vt traderet eū iudas symonis scariothis: sciēs quia oīa dedit ei pater in manus: et quia a deo exiuit et ad deum vadit: surgit a cena et ponit vestimenta sua. Et cum accepisset lintheum: precinxit se. Deinde misit aquā in peluim: et cepit lauare pedes discipulorum et extergere lintheo quo erat precinctus. Venit ergo ad symonem petrum: et dixit ei petrꝰ. Domine: tu michi lauas pedes? Respondit iesus et dixit ei. Qd̄ ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dixit ei petrus. Nō lauabis michi pedes in

eternũ. Reſpondit ei ieſus. Si nõ lauero te: nõ habebis partẽ mecũ. Dixit ei ſymõ petrus. Domine nõ tantũ pedes: ſed ⁊ manus ⁊ caput. Dixit ei ieſus. Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mũdus totus. Et vos mũdi eſtis: ſed nõ omnes. Sciebat enim quiſ-nã eſſet qui traderet eũ: propterea dixit/ nõ eſtis mũdi omnes. Poſtꝗ̃ ergo lauit pedes eorum accepit ve ſtimenta ſua: ⁊ cũ recubuiſſet ite-rum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magiſter ⁊ dñe ⁊ bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui veſtros pedes do min⁹ ⁊ magiſter: ⁊ vos debetis al-ter alterius lauare pedes. Exem-plum enim dedi vobis: vt quemad modũ ego feci vobis: ita ⁊ vos fa-ciatis. Offe. Dextera dñi fecit virtu tẽ/ dextera dñi exaltauit me/ nõ moriar ſed viuã ⁊ narrabo opera dñi. Secreta.

Ipſe tibi queſumus dñe ſan cte pater omnipotens eter-ne deus ſacrificiũ noſtrum reddat acceptum: qui diſcipulis ſuis in ſui commemoratione hoc fieri ho dierna traditione monſtrauit ie-ſus chriſtus dñs noſter. Qui tecũ. Non dicitur prefatio. Qui corpo-rali ieiunio: Sed dicitur prefatio cõis/ et iſta die cõſecrantur due ho ſtie quarũ vna p die craſtina reſer uatur. Infra actionem.

Communicantes et diem ſa cratiſſimũ celebrãtes/ quo dñs noſter ieſus chriſtus p nobis eſt traditus. Sed ⁊ memoriã vene rãtes/ In primis glorioſe ſemper virginis Marie genitricis eiuſdẽ dei et dñi noſtri ieſu chriſti. Sed et beatorũ. ⁊c. Hanc igitur oblatio-nem ſeruitutis noſtre ſed ⁊ cuncte familie tue quã tibi offerimus ob diem in qua dñs noſter ieſus chri-ſtus tradidit diſcipulis ſuis corpo ris ⁊ ſãguinis ſui myſteria celebrã da: queſumus dñe vt placatus. ⁊c. Qui pridie ꝙ̃ pro noſtra omniũꝗ́ ſalute pateretur hoc eſt hodie: ac-cepit panem in ſanctas ac venera biles manus ſuas/ ⁊ eleuatis ocu lis in celũ. ⁊c. Cum peruentũ eſt ad pacẽ et dicitur. Per omnia ſecula ſeculorũ. Reſpondetur Amen ſo-lum. Tunc preſbiter facit quod in ſe eſt vt in alijs miſſis ↄſuetũ eſt: ⁊ cũ expanuat incipit Cõio. Dñs ie-ſus poſtꝗ̃ cenauit cũ diſcipulis ſuis lauit pedes eorũ et ait illis. Scitis quid fecerim vobis ego dñs et magiſter: exemplum dedi vobis vt ⁊ vos ita faciatis. Cantato cõe preſbiter redit ad hoſtiã conſe-cratã reſeruatã et ponit ſuper ca-licem coopertũ et cũ eſt ad paſſum iuxta breuiolum. Incipit alta voce Hoc corpus quod pro vobis trade-tur/ hic calix noui teſtamenti eſt in meo ſanguine dicit dñs hoc fa-cite quotienſcũꝗ́ ſumitis in meã cõmemorationem. Et vadit pro-ceſſionaliter cum crucibus turibu lis cereis et torchis per mediũ cho ri ad theſaurũ/ in quo reponitur corpus chriſti et conſeruatur vſꝗ́ ad diem craſtinã. Cantato Hoc corpus. Statim cãtantur veſpe in choro: ⁊ cũ redierit ad altare dicit ſuas veſperas. Et cũ eſt tẽpus cho rarius preſentat preſbitero anti-phonam que dicitur ad Magnifi-cat. Non dicit iubilus/ qua can-tata ſemel preſbiter ad orationẽ

postcōionis dicit Dñs vobiscum.
Deinde sequitur Postcommunio

Refecti vitalibus alimētis quesumus domine de⁹ no=
ster: vt qđ tempore nostre mortali-
tatis exequimur immortalitatis
munere consequamur. Per dñm.
Et i fine dicitur Benedicam⁹ dño.
Post prandiū oēs cōueniant in ec=
clesia ⁊ diaconus indutus dalma
tica cū processione veniat in capi=
tulo/⁊ ibi legat euangelium Ante
diem festum pasche. quo lecto fiat
sermo: ⁊ tunc consuetū est ibi bibe
re. Deinde fiat pedum ablutio: et
interim cantatur Antiphona.

Mandatum nouum do vobis vt di
ligatis inuicem sicut dilexi vos
dicit dñs. ps. Beati imaculati. Añ.
In diebus illis/mulier que erat in ciuita=
te peccatrix vt cognouit ꝙ iesus accubuit
in domo symonis leprosi attulit alabastrū
vnguenti/⁊ stans retro secus pedes dñi ie
su lachrymis cepit rigare pedes eius et ca
pillis capitis sui tergebat et osculabatur
pedes eius ⁊ vnguento vngebat. ps. Ma
gnus dominus. Añ. Postꝗ̄ surrexit
dominus a cena misit aquā in peluim ⁊ ce
pit lauare pedes discipulorū hoc exemplū
reliquit eis. ps. De⁹ misereatur no=
stri. Añ. Si ego dñs ⁊ magister laui pe=
des vestros/tanto magis vos debetis alter
alterius lauare pedes. ps. Quam dile=
cta. Officio peracto dicat sacerdos
Pater noster. Et ne nos. Dñe ex=
audi. Et cla. Dñs vobiscū. Oratio

Adesto dñe mysterijs sacra
mentorꝝ: ⁊ quia dignatus
es lauare pedes discipulorū tuorꝝ/
insere te officio seruitutis nostre:
⁊ concede propicius/vt sicut hic ex
teriorum sordes purificantur cō-
tagiorū: ita a te omniū nostrum
interiora deleātur pctōꝝ Qui vi.

¶ Feria sexta ī parasceue Lectio
Osee prophete. vj. Tamē debet le=
gi sine titulo sub tono nocturnali

In tribulatiōe sua mane cō
surgent ad me. Venite ⁊ re=
uertamur ad dominū: quia ipse ce
pit ⁊ sanabit nos: percutiet ⁊ cura
bit nos Viuificabit nos post duos
dies: in die tertia suscitabit nos/⁊
viuemus in cōspectu eius/ sciem⁹
sequemurq; vt cognoscam⁹ domi=
nū. Quasi diluculum preparatus
est egressus ei⁹: ⁊ veniet quasi hym
ber nobis tēporaneus ⁊ serotinus
terre. Quid faciam tibi effraim?
quid faciam tibi iuda? Misericor
dia vestra quasi nubes matutina:
⁊ quasi ros mane ptransiens. Pro
pter hoc dolaui in prophetis ⁊ occi
di eos in verbis oris mei: ⁊ iudicia
mea qu asi lux egredientur. Quia
misericordiā volui ⁊ nō sacrificiū:
⁊ scietiā dei plusꝗ̄ holocaustū. Tꝛ

Domine audiui auditū tuum ⁊ ti=
mui: cōsideraui opera tua ⁊ expa
ui. ỽ. In medio duū animaliū inotesceris
dū appropinquauerint anni / cognosceris
dū aduenerit tēpus ostēderis. ỽ. In eo dū
cōturbata fuerit anima mea in ira miseri
cordie memor eris. ỽ. De⁹ a libano veniet
⁊ sanctus de monte vmbroso ⁊ cōdenso. ỽ.
Operuit celos maiestas eius ⁊ laudis ei⁹
plena est terra. Sine Dñs vob. Orō.

Deus a quo ⁊ iudas reatus
sui penā / ⁊ cōfessionis sue
latro premium sumpsit: cōcede no
bis tue propiciatiōis effectum: vt
sicut in passiōe sua iesus domin⁹
noster diuersa vtrisq; intulit stipē=
dia meritorum: ita nobis ablato

vetuſtatis errore reſurrectionis ſue gratiam largiatur. Qui tecũ.

Lctiõ libri Exodi.xij. Tamẽ debet legi ſine titulo ſub to. nocturnali.

In diebus illis. Dixit dominus ad moyſen et aaron in terra egypti. Mẽſis iſte vobis principium menſiũ: primus erit in mẽſibus anni. loquimini ad vniuerſum cetum filiorum iſrael: et dicite eis. Decima die menſis hui⁹ tollat vnuſquiſq; agnum per familias ⁊ domos ſuas. Si autem minor eſt numerus vt ſufficere poſſit ad veſcendum agnũ: aſſumet vicinum ſuum qui iunctus eſt domui eius: iuxta numerũ animarũ que ſufficere poſſint ad eſũ agni. Erit autem agnus abſq; macula: maſculus anniculus. Juxta quem ritum tolletis ⁊ hedum: et ſeruabitis eum vſq; ad quartam decimã diem mẽſis huius. Immolabitq; eum vniuerſa multitudo filiorũ iſrael ad veſperã: ⁊ ſument de ſanguine eius ac ponent ſuper vtrũq; poſtẽ: ⁊ in ſuperliminarib⁹ domorum in quibus comedẽt illum. Et edent carnes nocte illa aſſas igni ⁊ azymos panes cũ lactucis agreſtibus. Non comedetis ex eo crudũ quid/nec coctũ aqua: ſed aſſuz tantum igni. Caput cum pedibus ei⁹ ⁊ inteſtinis vorabitis/⁊ os eius non confringetis: nec remanebit ex eo quicq̃ vſq; mane. Si quid reſiduum fuerit: igne comburetis. Sic aũt comedetis illum. Renes veſtros accingetis: et calciamẽta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus: ⁊ comedetis feſtinãter. Eſt enim phaſe: id eſt trãſitus domini.

Tractus.

Eripe me dñe ab hoĩe malo/ a viro iniquo libera me. ℣. Qui cogitauerũt malicias in corde: tota die cõſtituebãt plia. ℣ Acuerũt linguas ſuas ſicut ſerpẽtes: venenũ aſpidũ ſub labijs eoꝝ. ℣. Cuſtodi me dñe de manu pctõris: ⁊ ab hoĩbus iniq̃s libera me. ℣. Qui cogitauerũt ſupplãtare greſſus meos: abſcõderũt ſuperbi laqueum michi. ℣. Et funes extẽderũt in laqueũ pedib⁹ meis: iuxta iter ſcãdalũ poſuerũt michi. ℣. Dixi dño de⁹ meus es tu/ exaudi dñe vocẽ orationis mee. ℣. Dñe de⁹ virtus ſalutis mee: obũbra caput meũ in die belli. ℣. Ne tradas me a deſiderio meo pctõri: cogitauerũt aduerſuz me ne derelinquas me/ne vnq̃ exaltent. ℣. Caput circuitus eorũ: labor labiorum ipſorum operiet eos. ℣. Verũtamen iuſti confitebuntur nomini tuo: ⁊ habitabũt recti cum vultu tuo.



Paſſio domini noſtri ieſu chriſti Secundum Johannem. xviij. c.

In illo tẽpore. Egreſſus eſt ieſus cũ diſcipulis ſuis trãs

torrentem cedron vbi erat ortus:
in quē introiuit ipse ⁊ discipuli ei⁹.
Sciebat autem ⁊ iudas qui trade
bat eum locum: quia frequēter ie=
sus conuenerat illuc cum discipu=
lis suis. Judas ergo cum accepis=
set cohortē ⁊ a pontificibus ⁊ pha
riseis ministros / venit illuc cū la=
ternis et facibus ⁊ armis. Jesus
itaqꝫ sciēs omnia que vētura erāt
super eum: processit ⁊ dixit illis. t.
Quem queritis? c. Responderunt
ei. s. Jesum nazarenū. c. Dixit eis
iesus. t. Ego sum. c. Stabat autē
et iudas qui tradebat eum cum ip
sis. Ut ergo dixit eis iesus ego sū:
abierunt retrorsum et ceciderunt
in terram. Iterum autem interro
gauit eos. c. Quem queritis. c. Il=
li autem dixerunt. s. Jesum naza
renum. c. Respondit iesus. t. Dixi
vobis: quia ego sum. Si ergo me
queritis: sinite hos abire. c. Ut im
pleretur sermo quē dixit: q2 quos
dedisti michi non perdidi ex eis quē=
q̄. Symon ergo petrus habēs gla
dium eduxit eū: ⁊ percussit pontifi
cis seruum / ⁊ abscidit auriculam
eius dextram. Erat autē nomē ser
uo malchus. Dixit ergo iesus pe=
tro. t. Mitte gladium tuum in va=
ginam. Calicem quē dedit michi
pater nō vis vt bibam illum. c. Co
hors ergo ⁊ tribunus ⁊ ministri iu
deorum comprehenderunt iesum
⁊ ligauerunt eum: ⁊ adduxerūt eū
ad annam primum. Erat enim so
cer cayphe / qui erat pontifex anni
illius. Erat autem cayphas qui
consilium dederat iudeis: quia ex
pedit vnum hominem mori pro po
pulo. Sequebatur autem iesum

symon petrus: et alius discipu=
lus. Discipulus autem ille erat
notus pontifici: et introiuit cum
iesu in atrium pontificis. Petrus
autē stabat ad ostium foris. Exi=
uit ergo alius discipulus qui erat
notus pontifici: et dixit ostiarie et
introduxit petrum. Dixit ergo pe=
tro ancilla ostiaria. s. Nunquid ⁊
tu ex discipulis es hominis isti⁹? c.
Dixit ille. s. Non sum. c. Stabant
aūt serui et ministri ad prunas / q2
frig⁹ erat: ⁊ calefaciebāt se. Erat
aūt symō petrus stās / ⁊ calefaciēs
se. Pontifex ergo interrogauit ie=
sum de discipulis suis: et de doctri
na eius. Respondit ei iesus. t. Ego
palam locutus sum mundo. Ego
semper docui in synagoga / et in tē
plo quo omnes iudei conueniunt:
et in occulto locutus sum nichil.
Quid me interrogas? Interroga
eos qui audierunt quid locutus sū
ipsis. Ecce hij sciūt q̄ dixerim ego.
c. Hec autem cum dixisset: vnus as
sistens ministrorum dedit alapā
iesu dicens. s. Sic respondes pon=
tifici? c. Respōdit ei iesus. t. Si ma
le locutus sum: testimonium per=
hibe de malo. Si autē bene: quid
me cedis? c. Et misit eum ānas li=
gatum ad caipham pontificem.
Erat autem symon petrus stans /
et calefaciens se. Dixerūt ergo ei.
s. Nunquid ⁊ tu ex discipulis eius
es? c. Negauit ille et dixit. s. Non
sum. c. Dixit vnus ex seruis ponti=
ficis cognatus eius cui⁹ abscidit
petrus auriculam. s Nonne ego
te vidi in orto cum illo? c. Iterum
ergo negauit petrus: ⁊ statim gal
lus cantauit Adducunt ergo iesū

ad caypham in pretoriũ. Erat autẽ mane. Et ipsi nõ introierũt in pretorium vt non contaminarentur: sed vt manducarent pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras/⁊ dixit. s. Quam accusationem affertis aduersus hominem hũc? c. Responderunt: ⁊ dixerunt ei. s. Si nõ esset hic malefactor: nõ tibi tradidissem⁹ eũ. c. Dixit ergo eis pilat⁹. s. Accipite eum vos ⁊ secũdum legem vestram iudicate eum. c. Dixerunt ergo ei iudei. s. Nobis non licet interficere quẽq̃. c. Ut sermo iesu impleretur quem dixit significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pretoriũ pilatus/⁊ vocauit iesum: ⁊ dixit ei. s. Tu es rex iudeorum? c. Et respõdit iesus. ✝. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? c. Respondit pilatus. s. Nũquid ego iudeus sum? Gẽs tua ⁊ põtifices tui tradiderũt te michi. Quid fecisti? c. Respondit iesus. ✝. Regnum meum non est de hoc mũdo. Si ex hoc mundo esset regnum meum: ministri mei vtiq̃ decertarent vt nõ traderer iudeis. Nũc autem regnum meum nõ est hinc. c. Dixit itaq̃ pilatus. s. Ergo rex es tu? c. Respondit iesus. ✝. Tu dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum: et ad hoc veni in mundum vt testimonium perhibeã veritati. Omnis qui est ex veritate/audit vocem meã. c. Dixit ei pilatus. s. Quid est veritas? c. Et cum hoc dixisset: iterum exiuit ad eos ⁊ dixit eis. s. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis: vt vnum dimittam vobis in pascha. Uultis ergo dimittam vobis regẽ iudeorum? c. Clamauerunt rursum omnes dicentes. s. Non hunc: sed barrabam. c. Erat autem barrabas latro. Tunc ergo apprehendit pilatus iesum/⁊ flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius: et veste purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum/ ⁊ dicebant. s. Aue rex iudeorum. c. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pilatus foras: ⁊ dixit eis. s. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis q̃ in eo nullam causam inuenio. c. Exijt ergo iesus portãs spineam coronam: ⁊ purpureum vestimentum/⁊ dixit eis pilatus. s. Ecce homo. c. Cum ergo vidissent eum põtifices ⁊ ministri: clamabant dicẽtes. s. Crucifige/crucifige eum. c. Dixit eis pilatus. s. Accipite eum vos: ⁊ crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. c. Responderunt ei iudei. s. Nos legem habemus et secundum legem debet mori: quia filium dei se fecit. c. Cũ ergo audisset pilatus hunc sermonẽ: magis timuit. Et ingress⁹ est pretoriũ iterũ: et dixit ad iesum. s. Unde es tu? c. Jesus autem respõsum non dedit ei. Dixit ergo ei pilatus. s. Michi non loqueris? Nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te: et potestatem habeo dimittere te? c. Respondit ei iesus. ✝. Nõ haberes potestatẽ aduersũ me vllã nisi tibi esset datũ desup. Propterea q̃ me tradidit tibi: mai⁹ peccatũ habet. c. Et exinde q̃rebat pilat⁹ dimittere eum. Judei autẽ clamabãt dicẽtes. s. Si hũc dimittis: nõ

ts amicus cesaris. Omnis enim qui se regem facit: contradicit cesari. c. Pilatus ergo cum audisset hos sermões: adduxit foras iesu3 ⁊ sedit pro tribunali in loco qui dicitur licostratos: hebraice autem gabatha. Erat autem parasceue pasche hora quasi sexta. Et dixit iudeis. s. Ecce rex vester. c. Illi autem clamabant. s. Tolle tolle: crucifige eum. c. Dixit eis pylatus. s. Regem vestrum crucifigã? c. Responderunt pontifices. s. Non habemus regẽ: nisi cesarẽ. c. Tũc ergo tradidit eis illum: vt crucifigeretur. Susceperũt autẽ iesum ⁊ eduxerũt eũ. Et baiulãs sibi crucẽ exiuit in eũ qui dicitur caluarie locũ/ hebraice autẽ golgotha: vbi eũ crucifixerũt. Et cũ eo alios duos hinc ⁊ hic: mediũ autẽ iesu3. Scripsit autẽ ⁊ titulũ pylat9: ⁊ posuit sup crucẽ. Erat autẽ scriptũ. Jesus nazarenus rex iudeorũ. Hunc ergo titulũ multi legerũt iudeoꝝ: quia prope ciuitatẽ erat locus vbi crucifix9 est iesus. Et erat scriptũ hebraice/ grece/ ⁊ latine. Dicebãt ergo pylato pontifices iudeorũ. s. Noli scribere rex iudeorum: sed quia ipse dixit/ rex sum iudeorum. c. Respondit pylatus. s. Quod scripsi scripsi. c. Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimenta eius/ et fecerunt quattuor partes: vnicuiq3 militi partem ⁊ tunicã. Erat autem tunica inconsutilis: desup contexta per totum. Dixerũt ergo adinuicem. s. Non scindamus eã: sed sortiamur de illa cui9 sit. c. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: ⁊ super vestem meam miserũt sortem. Et milites quidẽ hec fecerũt. Stabant autem iuxta crucem iesu mater eius/ et soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cum vidisset ergo iesus matrem et discipulum stãtem quem diligebat: dixit matri sue. ✝. Mulier: ecce filius tuus. c. Deinde dixit discipulo. ✝. Ecce mater tua. c. Et ex illa hora: accepit eã discipulus in suã. Postea sciens iesus quia iam omnia consummata sunt: vt consummaretur scriptura dixit. ✝. Sitio. c. Uas ergo positũ erat: aceto plenũ Illi autem spongiam plenã aceto ysopo circumponentes: obtulerũt ori ei9. Cum ergo accepisset iesus acetum: dixit. ✝. Consummatũ est. c. Et inclinato capite tradidit spiritũ. Tunc sacerdos prosternat se ad terram et dicat Pater noster.

Iudei ergo quoniam parasceue erat vt nõ remanerent in cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati/ rogauerũt pylatum vt frangerentur eorũ crura/ ⁊ tollerẽtur. Uenerũt ergo milites ⁊ primi quidẽ fregerũt crura/ ⁊ alterius qui crucifixus est cũ eo. Ad iesum autem cum venissent vt viderunt eum iam mortuum/ nõ fregerunt eius crura: sed vnus miles lancea latus eius aperuit/ et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: et verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt ⁊ vos credatis. Facta sũt enim hec: vt scriptura impleretur. Os nõ comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Uidebunt in

quem transfixerũt. Punctet bocem

Post hec autẽ rogauit pylatum ioseph ab arimathia/ eo quod esset discipulus iesu occultus autẽ propter metum iudeorũ: vt tolleret corpus iesu. Et permisit pylatus. Venit ergo ꝫ tulit corpus iesu. Venit autem ꝫ nichodemus/ qui venerat ad iesum nocte primũ ferẽs mixturã myrrhe ꝫ aloes qua si libras cẽtũ. Acceperũt ergo corpus iesu/ et ligauerũt eum linteis cum aromatibus: sicut mos est iudeis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est ortus: ꝫ in orto monumentum nouũ in quo nõdum quisꝗ positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuem iudeorum quia iuxta erat monumentum: posuerũt iesum. Postea sacerdos indutus sacerdotalibus vestimẽtis preter infulã dicat has orationes solẽnes sine Dñs vobiscũ. Oratio

Oremus dilectissimi/ pro ecclesia sancta dei vt eã deus et dominus noster pacificare ꝫ custodire dignetur toto orbe terrarũ subijciẽs ei principatus ꝫ potestates: detꝗ nobis quietam ꝫ trãquillam vitam degẽtibus glorificare deũ patrem omnipotentẽ. Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Omnipotẽs sempiterne deus qui gloriã tuã oĩbus in christo gentibus reuelasti: custodi opera misericordie tue/ vt ecclesia tua toto orbe diffusa/ stabili fide in cõfessione tui nominis perseueret. Per eundem dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia sec.

Oremus et pro beatissimo papa nostro N. vt deus ꝫ dominus noster qui elegit eum in ordine episcopatus/ saluum atꝗ incolumẽ custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populum sanctũ dei. Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Omnipotẽs sempiterne deus cuius iudicio vniuersa fundãtur: respice propicius ad preces nostras/ ꝫ electũ nobis antistitem tua pietate cõserua: vt christiana plebs que tali gubernatur auctore sub tanto põtifice credulitatis sue meritis augeatur. Per dñm.

Oremus ꝫ pro omnibus episcopis/ presbyteris/ diaconibus/ subdiaconibus/ acolitis/ exorcistis/ lectoribus/ ostiarijs/ ꝯfessoribus virginibus/ viduis: ꝫ pro oĩ populo sctõ dei. Oremus. Flectamus genu.

Omnipotẽs sempiterne deus cuius spiritu totũ corpus ecclesie sanctificatur ꝫ regit/ exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes vt gratie tue munere ab oĩbus tibi gradibus fideliter seruiat. Per dñm. In vnitate eiusdẽ. Oro.

Oremus et pro christianissimo rege nostro/ vt deus ꝫ dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras natiões/ ad nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Omnipotens sempiterne deus in cuius manu sunt omniũ potestates/ ꝫ oĩa iura regnorũ: respice ad christianorũ benignus imperiũ: vt gẽtes q̃ in sua feritate cõfidũt potẽtie tue dextera cõprimãt. P.

Oremus ꝫ pro cathecuminis nostris/ vt deus ꝫ dominus no

fter adaperiat aures precordioꝝ ipsorum / ianuamq; misericordie / vt p lauacrum regenerationis accepta remissione oim peccatoꝝ / ⁊ ipsi inueniantur in christo iesu domino nro. Oremus. Flectamus ge. Leuate.

Omnipotẽs sempiterne deus qui ecclesiã tuã noua semp prole fecundas: auge fidẽ ⁊ intellectũ cathecuminis nostris / vt renati fonte baptismatis adoptionis tue filijs aggregent. Per do. Oro.

Oremus dilectissimi nobis deũ patrẽ oipotẽtem: vt cunctis mũdũ purget erroribus / morbos auferat / famem depellat / adaperiat carceres / vincula dissoluat peregrinãtibus reditum / infirmãtibus sanitatẽ / nauigantibus portum salutis indulgeat. Per. Oremus. Flectamus genua. Leuate.

Omnipotẽs sempiterne deus mestorum consolatio: laborantium fortitudo: perueniant ad te preces de quacunq; tribulatione clamãtium: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per do.

Oremus ⁊ pro hereticis ⁊ scismaticis / vt deus ⁊ dominus noster eruat eos ab erroribus vniuersis: ⁊ ad sanctã matrẽ ecclesiã catholicã atq; apostolicã reuocare dignet. Oremus. Flectamus ge.

Omnipotens sempiterne deus qui saluas omnes ⁊ neminẽ vis perire / respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omi heretica prauitate deposita: errantium corda resipiscant: et ad veritatis tue redeant vnitatẽ. Per dominum nostrum iesum. Oratio.

Oremus ⁊ pro perfidis iudeis: vt deus et dominus noster auferat velamen de cordibus eorum vt et ipsi agnoscant iesum christũ dominum nostrum. Oremus. Nõ dicitur Flectamus genua. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia nõ repellis exaudi preces nostras quas tibi pro illius populi obcecatione deferimus / vt agnita veritatis tue luce que est christus / a suis tenebris eruantur Per eundem dominum nostrum.

Oremus et pro paganis: vt deus omnipotens auferat iniquitatem a cordibus eorum: ⁊ relictis suis idolis conuertantur ad deum viuum ⁊ verum / ⁊ vnicum filium eius iesum christum deum et dominum nostrum / cum quo ⁊ spiritu sctõ viuit ⁊ regnat deus. Per. Oremus. Flectamus ge. Leuate.

Omnipotẽs sempiterne deus qui non mortem peccatorũ sed vitam semper inquiris: suscipe propitius oratione nostram: et libera eos ab idolorum cultura / et aggrega ecclesie sãcte tue ad laudem et gloriam nominis tui. Per dñm. Finitis orationibus solennibus duo subdiaconi canonici i albis a parte sinistra altaris aspectu directo versus chorum tenẽat crucem candido lintheo coopertam ⁊ decantent Antiphonã Popule meus quid feci tibi. ℞. prout continetur in graduali. Antiphona.

Popule meus quid feci tibi aut in quo contristaui te responde michi Q. eduxi te de terra egypti / parasti crucẽ saluatori tuo. Duo vo diaco. canonici

ci induti casulis rubeis stantes ex aduerso ꝯtra subdiaconos dicant cū trina genuū flexiōe v̄sꝰ sequētes

AGyos/otheos. Agyos/iskyros/Agyos athanatos eleyson ymas. Chorꝰ rn̄deat cum trina genuum flexione

SAnctus deus/Sanctus fortis/Sanctus et imortalis miserere nobis. Itē subdiaconi.

QUia eduxi te ꝑ desertū quadraginta ānis ⁊ manna cibaui te/⁊ ītroduxi te in terrā satis optimā parasti crucem saluatori tuo. Diaco. cū trina ge. fle. Agyos ꝛc. Cho. Sctūs deꝰ. ꝛc. Cū trina genuū flexiōe. Itē subdiaconi dicant

Quid vltra debui facere tibi ⁊ nō feci/ego quidē plātaui te vineam meā speciosissimam/⁊ tu facta es michi nimis amara/aceto namq̄ meā sitim potasti/⁊ lācea ꝑforasti latus saluatori tuo. Diaconi vts. Et chorꝰ vtē. Hijs decātatis diaconi accipiāt crucē a subdiacono: et portēt eā ante altare/⁊ tenētes eā in altum ipsam detegant/et alta voce incipiant istam Antiphonā.

ECce lignū crucis in quo salus mūdi pependit/venite adoremus. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulāt in lege domini. Sub hoc cāctu dn̄r alij septē v̄sus huiꝰ ps̄i/⁊ ad vnūquēq̄ v̄sum repetiṫ Añā Ecce lignū. Tūc diaconi deponant crucē ante altare super gradū proximū altari preparatis ad crucē superponendā tapetis ⁊ lintheis/prout decet ⁊ adoreṫ a sacerdote ceteris in ordine suo subsequētes adorāti vꝰ. Dū crux adoraṫ cātaṫ ista añā

CRucē tuā adoramꝰ dn̄e/⁊ sanctā resurrectionē tuā laudamꝰ ⁊ glorificamus. ecce enim propter crucē venit gaudiū in vniuerso mundo. Ps. Deus misereatur nostri ⁊ bn̄dicat nobis illuminet vultum suum super nos ⁊ misereatur nostri. Et repetitur Crucem tuā adoramus. ꝛc. Item dum crux adoratur: cantantur cetera que sequuntur.

CRux fidelis inter oēs arbor vna nobilis/nulla silua ealē profert frōde flore germine/dulce lignū dulces clauos dulce pondus sustinet. Itē hymnus sequens cantaṫ totꝰ/⁊ sub cātu primi v̄ꝰ: ceteri v̄ꝰ cantanṫ/⁊ ad quēlibet versum repetitur. Crux fidelis. Hyꝰ.

PAnge lingua gl'iosi prelij certaminis ⁊ sup crucis tropheū dic triūphū nobilē/qualiter redēptor orbis immolatus vicerit.
De parētis prothoplasti fraude facta cōdolēs quādo pomi noxialis morte morsu corruit ipse lignū tunc notauit dāna ligni vt solueret.
Hoc opus nostre salutis ordo depoposcerat multiformis proditoris ars vt artē falleret/⁊ medelā ferret inde hostis vnde leserat.
Quādo venit ergo sacri plenitudo temporis missus est ab arce patris natus orbis cōditor/atq̄ ventre virginali caro factus prodijt.
Uagit infans inter arcta cōditꝰ presepia/membra pannis inuoluta virgo mater alligat/pedes manus atq̄ crura/stricta cingit fascia.
Lustris sex qui iā peractis tempus implens corporis se volente natꝰ ad hoc passiōi deditꝰ/agnꝰ in cruce leuatur/īmolādus stipite.
Hic acetū fel arundo sputa claui lācea/mite corpꝰ ꝑforaṫ sanguis

vnda profluit/ terra põthus astra mundus quo lauantur flumine. Flecte ramos arbor alta tẽsa laxa viscera/ et rigor lẽtescat ille quẽ dedit natiuitas/ vt superni membra regis miti tendas stipite. Sola digna tu fuisti ferre precium seculi/ atq; portũ preparare nauta mũdo naufrago/ quem sacer cruor perunxit fusus agni corpore. Gloria et honor deo usqquo altissimo/ vna patri filioq; inclito paraclito/ cui laus est et potestas per eterna secula. Amen. Antiphona

Dum fabricator mundi mortis supplicium pateretur in cruce clamans voce magna tradidit spiritum: et ecce velum templi diuisum est: monumenta aperta sunt/ terre motus enim factus fuerat magnus/ quia mortem filii dei clamabat mundus se sustinere non posse, aperto ergo militis lãcea latere crucifixi domini exiuit sanguis et aqua in redemptionem salutis nostre. Item alia Antiphona. O admirabile precium cuius pondere captiuitas redempta est mundi. tartarea cõfracta sunt claustra inferni: aperta est nobis ianua regni. His omnibus decantatis et cruce adorata/ sacerdos leuans crucẽ in altum positã in baculo suo incipiat hãc Antiphonam. Super omnia ligna cedrorũ tu sola excelsior / in qua vita mundi pependit/ in qua christus triũphauit/ et mors mortem superauit in eternum. Deinde his dictis sacerdos indutus cum ornatu/ ordo cum crucibus cereis torchiis et thuribulis eat ad thesaurum per sinistrum ostium choi et ibidem accipiat corpus domini die pridie reseruatum/ et dum venerit ad anteriorem partem chori incipiat alta voce Hoc corp⁹. quece supra. Et cũ fuerit sacerdos ante altare lauet man⁹ suas et postea dicat humiliter et deuote suũ Cõfiteor (vt moris est) et accedẽs ad altare sacerd. vel illi q ministrãt ponãt vinũ et aquã i calice: postea sacerd. accipiat eucharistiã et dicat submissa voce Orem⁹. Preceptis salutarib⁹ moniti Pater noster q es in celis. Et ne nos. ℟. Sed libera. Et sacerd. Libera nos qs dñe. ẽc. Postea dicat sacerd. submissa voce Per omnia secula seculorũ. Amẽ. Et nichil ampli⁹ dicat/ et partẽ eucharistie ponat i calice nichil dicendo: deinde cõmunicet et recipiat vinũ cũ aqua positũ in calice et illud sumat. Deinde dicat vel. submiss. voce. Postmodũ cõpleto offõ mis. eps vel sacerd. cruẽs casulã et remanẽs in albis cũ fasciculo virgi ad hoc apto lauet altare maius et altare qd dr tomitisse: videlz retro mai⁹ altare cũ aspersiõe vini et aque cãtẽt hoc ℟. Circũdederũt me. vts. Tract⁹. Qui habitat. vts. Dñica in. xl. f. xxiij. ¶ Sabbato sctõ in vigi. pasche/ sacerd. idut⁹ sacer dotalib⁹ vestimẽtis et ifula cũ diacono et subdiacono pcessionaliter vadit ad sctm iohãnẽ rotundũ ad bñdicẽdũ nouũ ignẽ et dicit orones sequẽtes sine nota. Dñs vob. Et cũ. Orõ

Adesto qs domine nostris effectibus: tuaq; presentia sanctificare atq; ✠ benedicere huius ignis incremẽta dignare vt oibus in te sperãtibus fugato demoniaco fãtasmate saluberrimũ lumẽ infundat. Per do. Alia orõ.

Domine de⁹ pater ops cõditor oĩm rerũ te inuocam⁹:

vt ✠ benedicas et consecres hunc nouum ignem sicut benedixisti rubum in quo apparuisti dominus moysi/ et sicut illuminasti cor eius per lumẽ visibile maiestate tua inuisibili: ita et corda nostra potẽtia diuinitatis tue inuisibiliter ꝑ hũc visibilem ignẽ illuminare digneris. Adiuuante domino nostro iesu christo. Qui tecum. Oratio.

Omnipotẽs sempiterne deus cuius volũtati mũdi elemẽta famulant/ huiꝰ creaturã ignis quã tuis operibus ab initio mũdi factis latẽter inesse voluisti: ad tuorũ q̄s seruorũ vsus sãctifica: quo et noxia declinet incendia: et nostre te auctore famuletur necessitati. Per dominũ. Facta benedictione ignis noui et ipso reposito in laterna puero deferẽte in altum processio redeat ad ecclesiã nostrã aliis pueris in albis incipiẽtibꝰ in ipsa ecclesia sancti iohannis Inuentor. &c. Ex isto igne accẽdatur cereus paschalis suo loco et alij cerei et lampades. Post hec diaconus bñdicat cereũ. Bñdictio cerei paschalis.


Exultet iã angelica turba celorũ. Exultent diuina mysteria: et pro tanti regis victoria: tuba intonet salutaris. Gaudeat se tellus tantis irradiata fulgoribꝰ/ et eterni regis splẽdore illustrata: totius mundi se sentiat amisisse caliginem. Letetur et mater ecclesia tãti luminis adornata fulgoribus: et magnis populorum vo ci bus hec aula resul tet. Quapropter astantibus vobis fratres charissimi

ad tam mirã sancti luminis hu-
ius claritatẽ vna mecũ queso dei
oipotẽtis misericordiã inuocate/
vt q me nõ meis meritis intra le-
uitarũ numerũ dignatus est ag-
gregare luminis sui gratiã ifun-
dẽdo cerei huius laudẽ implere pfi-
ciat. Per dñm nostrũ iesũ christũ
filiũ suũ qui cũ illo viuit & regnat
deus in vnitate spiritus sancti.

Per omnia secula seculo rum.
Amẽ. Dñs vobiscũ. Et cũ spiri-
tu tuo. Sursuz corda. Habem⁹
ad dñm. Gratias agam⁹ domi
no deo nostro. Dignũ & iustũ est.

Vere dignum et iustũ est
inuisibilem deum patrem omni
po tentem / filiumq; vnige-
ni tum dominum nostrum co-
to cordis ac mentis af fectu et

vocis ministerio personare. Qui pro nobis eterno patri ade debitum soluit / & veteris piaculi cautionem pio cruo re detersit. Hec sunt enim festa pa schalia in quibus verus ille agnus oc cidi= tur: eiusqꝫ sanguine postes conse= crãtur. Hec nox est in qua primũ patres nostros filios israel edu= ctos de e gypto rubrum mare

sicco ve stigio transi re feci= sti. Hec nox est que peccatorũ te= nebras collumne illuminatio= ne purgauit. Hec igitur nox est que hodie per vniuersum mũ= dum in christum cre dentes a vi cijs seculi segregatos et caligine peccatorum reddit gratie sociat sanctita ti. Hec nox est in qua destructis vinculis mortis chri=

stus ab inferis vi ctor ascendit. Nichil enim nobis na sci profu- it: nisi redimi profuis set. O mi- ra circa nos tue pieta tis digna tio. O inestimabilis dilectio cha ritatis vt seruum redimeres: fi lium tradidisti. O bea ta nox que sola meruit scire tẽpus et horam: in qua christus resurre- xit. Hec nox est de qua scriptũ

est. et nox vt dies illumi nabitur et nox illuminatio mea in deli- cijs meis. Huius igitur sanctifi- cati o noctis fugat scelera cul- pas lauat: et reddit innocẽtiam lapsis z mestis leti ciam. Fugat odia/concordiam parat / et cur- uat impe ria. In huius igitur noctis gratia suscipe sancte pa- ter incensi

Hic ponant ẽcsi gra- nũ cereo a diacono a sacrista ponãtur quattuor i mo. cruc

huius sacrificium vespertinum/ quod tibi in hac cerei oblatione so lenni per ministrorum ma- nus de operibus apum sacrosan cta reddit ecclesia. Sed iam col lũne hui⁹ preconia novim⁹ quã in honorẽ dei rutilãs ignis accẽdit.

Hic accẽdatur cereus / hic accẽdãt ceroferarij cereos suos a candela succẽsa de igne benedicto ꝫ cetera luminaria ecclesie.

Qui licet divisus in partes mu- tuati tamen luminis detrimen= ta non novit. Alitur liquãtibus ceris/quam in substantiam pre ciose huius lãpadis apis mater eduxit. O vere bea ta nox que expoliauit e gyptios: dita uit hebre os. Nox in qua terrenis celesti a iunguntur. Oramus te domine vt cereus iste in hono rem tui nominis cõsecratus ad noctis huius caliginem destruen

dam indefici ens perseue ret.

In odorem sua uitatis ac cen=

sus superi us luminari bus

miscea tur. Flammas eius luci

fer matuti nus inue niat. Ille

inquam lucifer qui ne scit oc=

ca sum. Ille qui regressus ab

inferis humano generi: sere=

nus il lu xit. Precamur ergo

te domine vt nos famulos tu=

os omnem clerum et deuotissi=

mum populum/vnacum beatis=

simo papa nostro N. et antisti=

te nostro N. et gloriosissimo re=

ge nostro N. quie te tẽporũ pa=


ce concessa in hijs paschalibus

gaudijs conserua re digneris.

Per dominum nostrum iesum

christum filium tuum: qui tecũ

viuit et regnat in vnitate spirit⁹



Facta benedictione cerei legātur prophetie sequētes sine titulo sub tono noc. Lectio libri Genesis. i. c

In principio creauit deus celum & terram. Terra autē erat inanis & vacua / & tenebre erāt super faciem abyssi / & spiritus domini ferebatur sup aquas. Dixitq̄ deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit deus lucem quod esset bona: & diuisit de⁹ lucem a tenebris. Appellauitq̄ lucē diē: et tenebras noctem. Factūq̄ est vespere & mane: dies vnus. Dixit quoq̄ de⁹. Fiat firmamentū in medio aquarū: & diuidat aquas ab aq̄s. Et fecit deus firmamētū: diuisitq̄ aquas que erant sub firmamēto: ab hijs que erant super firmamētum. Et factum est ita. Uocauitq̄ deus firmamentū celum. Et factum est vespere & mane: dies secundus. Dixit vero deus. Congregentur aque que sub celo sunt in locum vnum: & appareat arida. Factūq̄ est ita. Et vocauit deus aridam terram: cōgregationesq̄ aquarum appellauit maria. Et vidit deus q̄d esset bonum: & ait. Germinet terra herbam virentem / & facientem semē & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem: & afferētem semen iuxta genus suum: lignūq̄ pomiferum faciens fructum & habens vnumquodq̄ sementem secū dum speciem suam. Et vidit deus quod esset bonum: factumq̄ est vespere & mane dies terti⁹. Dixit autem deus. Fiant luminaria in firmamento celi / & diuidant diem ac noctem: & sint in signa & tempora / & dies & annos / & luceant in firmamento celi: & illuminent terrā. Et factū est ita. Fecitq̄ de⁹ duo luminaria magna. Luminare maius vt preesset diei: & luminare minus vt preesset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamento celi vt lucerent super terram & preessent diei ac nocti: & diuiderēt lucem a tenebris. Et vidit deus q̄d esset bonū: & factū est vespere & mane dies quartus. Dixit etiam deus. Producāt aque reptile anime viuentis: & volatile super terram sub firmamēto celi. Creauitq̄ deus cete grandia / & omnem animam viuentem atq̄ motabilem quā produxerant aque in species suas: & omne volatile secundum genus suum. Et vidit deus quod esset bonum: benedixitq̄ eis dicēs. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris: auesq̄ multiplicētur super terram. Et factum est vespere & mane dies quintus. Dixit quoq̄ de⁹. Producat terra animam viuentem in genere suo: iumēta & reptilia & bestias terre secundū species suas. Factumq̄ est ita. Et fecit de⁹ bestias terre scdm̄ species suas: iumenta & omne reptile terre in genere suo Et vidit deus quod esset bonum:

ait. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & presit piscibus maris & volatilibus celi & bestijs vniuerse terre: omnique reptili quod mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem dei creauit illum/masculum & feminam creauit eos. Benedixitque illis et ait. Crescite & multiplicamini & replete terram: & subijcite eam & dominamini piscibus maris & volatilibus celi & vniuersis animantibus que mouentur super terram. Dixitque deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram: & vniuersa ligna que habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escam/& cunctis animantibus terre omnique volucri celi & vniuersis que mouentur in terra: et in quibus est anima viuens vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque deus cuncta que fecerat & erant valde bona. Et factum est vespere & mane dies sextus. Igitur perfecti sunt celi & terra: & omnis ornatus eorum. Compleuitque deus die septimo opus suum quod fecerat/ & requieuit die septimo: ab vniuerso opere suo quod patrarat. Sine Dominus vobiscum. Oratio.

Deus qui mirabiliter creasti hominem/ & mirabilius redemisti: da nobis contra oblectamenta peccati mentis ratione persistere: vt mereamur ad gaudia eterna peruenire. Qui viuis & reg.

Lectio libri Exodi. xiiij. capitu.

In diebus illis: Factum est in vigilia matutina: & ecce respiciens dominus super castra egyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum/ & subuertit rotas curruum/ ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo egyptij. Fugiamus israelem: dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait dominus ad moysen. Extende manum tuam super mare: vt reuertantur aque ad egyptios super currus & equites eorum. Cumque extendisset moyses manum contra mare: reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusque egyptijs/ occurrerunt aque & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuerseque sunt aque et cooperuerunt currus et equites cuncti exercitus pharaonis/ qui persequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem israel perrexerunt per medium sicci maris: et aque eis erant quasi pro muro: a dextris & a sinistris. Liberauitque dominus in die illo israel de manu egyptiorum: & viderunt egyptios mortuos super littus maris: & manum magnam quam exercuerat dominus contra eos. Metuitque populus dominum/ & crediderunt domino & moysi seruo eius. Tunc cecinit moyses/ & filij israel carmen hoc domino: & dixerunt. Tract.

Cantemus domino gloriose enim honorificatus est equum & ascensorem proiecit in mare/ adiutor & protector factus est michi in salutem. V. Hic deus meus & honorificabo eum: deus patris mei & exaltabo eum. V. Dominus conterens bella dominus nomen est illi. Sine Dñs vob. Oratio

Deus cuius antiqua miracula in presenti quoque seculo choruscare sentimus: presta quesumus: vt sicut priorem populum

ab egyptijs liberasti: hoc ad salutē gentium per aquas baptismatis opereris. Per dominum nostrum.

Lectio libri Deuteronomij. xxxi.

Scripsit moyses cāticum: et docuit filios isrl'. Precepitq3 dominus iosue filio num: ⁊ ait Cōfortare ⁊ esto robust9: tu enim introduces filios israel in terram quam pollicitus sum/ ⁊ ego ero tecum. Postq̄ ergo scripsit moyses verba legis huius in volumine atq3 cōpleuit: precepit leuitis qui portabant archam federis domini dicens. Tollite librum istum: ⁊ ponite illum in latere arche federis domini dei vestri: vt sit ibi cōtra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuā: ⁊ ceruicem tuā durissimā. Adhuc viuēte me/ ⁊ ingrediente vobiscum: semper contētiose egistis contra dominum. Quātomagis cū mortuus fuero? Congregate ad me om̄es maiores natu per tribus vestras / atq3 doctores ⁊ loquar audientibus eis sermones istos: ⁊ inuocabo ꝯtra eos celum et terrā. Noui enim q̄ post mortem meā inique agetis: ⁊ declinabitis cito de via quā precepi vobis. Et occurrēt vobis mala in extremo tempore: quando feceritis malum in conspectu domini: vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Locut9 est ergo moyses audiente vniuerso cetu israel verba carminis huius: ⁊ ad finem vsq3 compleuit.

Tractus.

Attende celum ⁊ loquar ⁊ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquium meū et descēdant sicut ros verba mea: sicut ymber super gramina ⁊ sicut nix super fenum: quia nomen domini inuocabo. ℣. Date magnificentiam deo nostro / deus vera opera eius ⁊ omnes vie eius iudicia. ℣. Deus fidelis in quo non est iniquitas: iustus ⁊ sanctus dñs. Sine Dñs vobiscum. Oratio

Deus qui nos ad celebrādū paschale sacramentū vtriusq3 testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiā tuā: vt ex perceptione presentium munerum firma sit expectatio futurorum. Per dominum nostrū.

Lectio Esaie prophete. iiij. caplo.

Apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa: dicentes. Panem nostrum comedemus / ⁊ vestimentis nostris operiemur: tātummodo iuocetur nomen tuum super nos: aufer opprobriū nostrū. In die illa erit germen dñi in magnificētia / ⁊ gloria ⁊ fructus terre sublimis: ⁊ exultatio hijs q̄ saluati fuerint de israel. Et erit omnis qui relict9 fuerit in syon: ⁊ residuus in hierusalē: sanctus vocabitur omnis qui script9 est in vita in hierusalē. Si abluerit dominus sordem filiarum syon: ⁊ sanguinem hierusalem lauerit de medio eius / in spiritu iudicij ⁊ spiritu ardoris. Et creabit de9 super omnem locum montis syon / ⁊ vbi inuocatum est nubem per diem: et fumum ⁊ splendorem ignis flammantis in nocte. Sup omnē enim gloriā ꝓtectio et tabernaculū erit in vmbraculū diei ab estu: et in securitatem et in absconsionē / a turbine ⁊ a pluuia.

Tractus.

Vinea facta est dilecto i cornu in loco vberi. ℣. Et maceriam circū

dedi et circumfodi et plantaui vineam for(t)eth et edificaui turrim in medio eius. ℣. Et torcular fodi in ea. vinea enim domini sabaoth domus israel est. sine Dñs vo. Oro

Deus qui ecclesiā tuam sem per gentium vocatiōe mul tiplicas cōcede propicius: vt quos aqua baptismatis abluis continua protectiōe tuearis. Per d. Tract⁹.

Sicut ceru⁹ desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te de⁹. ℣. Sitiuit anima mea ad deum viuum quādo veniam et apparebo ante faciem dei mei. ℣⁹. Fuerunt michi lachryme mee panes die ac nocte dum dicitur michi per singulos dies vbi est deus tu⁹. Sine Dominus vobiscum. Oratio.

Concede quesumus omnipotēs de⁹: vt qui festa paschalia agimus celestib⁹ desiderijs accēsi fontem vite sitiamus Dominum nostrum iesum christū filiū tuum. Oratione finitā cātatur letania a cantore succentore et choraris indutis ad aquilam cappis sericis albis quibus primo a choro sinistro respondetur. Deinde a choro dextro sub cantu sequenti.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Christe audi nos. Pater de celis deus: Miserere nobis. Fili redemptor mundi deus: Miserere nobis. Spirit⁹ sancte deus Miserere nobis.

Sancta trinitas vnus deus: Miserere nobis.

Sancta maria Ora pro nobis
Sancta dei genitrix or
Sancta virgo virginum or
Sancte michael or
Sancte petre or
Sancte paule or
Sancte andrea or
Sancte iacobe or
Sancte stephane or

Et dicatur bis altiori voce. Deinde processio vadat ad fontes bene dicendos in capellam sancti iohānis rotundi prosequendo letaniā vt sequitur.

Sancte laurenti or
Sancte vincenti or
Sancte sebastiane or
Sancte siluester or
Sancte leo or
Sancte gregori or
Sancte nicolae or
Sancte niceti or
Sancta maria magdalene or
Sancta martha or
Sancta agatha or
Sancta lucia or

Hic finitur prima letania / qua finita sacerdos faciat benedictionē fontium (vt sequitur) et dicit oratio sequens sicut legendo Dominus vobiscum. Et cum. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus adesto magne pietatis tue mysterijs: adesto sacramētis et ad recreandos nouos populos quos tibi fōs baptismatis parturit spiritum adoptionis emitte: vt quod nostre humilitatis gerēdū est mysterio tue virtutis impleatur effe-

ctu. Per dominũ nostrũ Iesũ christum filium tuum. Qui tecum uiuit & regnat in unitate spiritus sancti deus. Prefatio.

Per omnia secula secu lo rum. Amen. Dominus uobiscum. Et cum spiri tu tu o.

Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum & iustum est.

Uere dignum et iustum est equum et salutare. Nos tibi semper et ubiq; gratias agere, domine sancte pater omnipotẽs eterne deus qui inuisibili potentia sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum et licet nos tãtis mysterijs exequẽdis simus indigni: tu tamẽ gratie tue dona non deserẽs etiam ad nostre humilitatis preces aures tue pietatis inclina. Deus

cuius spirit⁹ sup aquas inter ip-
sa mūdi primordia ferebatur: vt
iā tunc virtutē sanctificationis
aquarū natura cōciperet. Deus
qui nocentis mundi crimina per
aquas abluēs regeneratiōis spe
ciē in ipsa diluuij effusione signa
sti vt vnius eiusdēq; elemēti my-
sterio ⁊ finis esset viciis et origo
virtutib⁹ respice domine in faciē
Antis.

ecclesie tue ⁊ multiplica in ea re
generationes tuas q̄ gratie tue
affluētis impetu letificas ciuita
tē tuā. fonteq; baptismatis ape-
ris toto orbe terrarū gētib⁹ inno
uādis vt tue maiestatis imperio
sumat vnigeniti tui gratiam de
spiritu sancto

Hic diuidat aquā in modum crucis

q̄ hāc aquā regenerādis homini
b⁹ pparatā archana sui lumis ad

mirtione fecundet vt sanctifica
tione cõcepta ab immaculato di
uini fontis v tero in nouã rena-
ta creaturã ꝓgenies celestis emer
gat. Et quos aut sexus in corpo
re aut etas discernit i tẽpore: oẽs
in vnã pariat gratia mater infã
tiã. Procul ergo hinc iubẽte te do
mine oĩs spiritꝰ immũdus absce
dat: procul tota nequicia diabo-
lice fraudis absistat. Nichil hic
loci habeat contrarie virtutis
ammixtio: non insidiando circũ-
uolet non latendo subrepat: non
inficiendo corrumpat. Sit hec
sancta et innocens creatura. li-
bera ab omni impugnatoris in
cursu: et toti us nequici e pur-
gata discessu. Sit ✠ fons vi-
uus ✠ aqua regenerãs ✠ vnda

purificans. Ut omnes hoc la-
uachro salutifero diluēdi operāte
in eis spiritu sancto: pfecte pur-
gationis indulgētiā cōsequant.
Unde bene ✠ dico te crea tura
aque ✠ per deū viuū ✠ per deū
verū ✠ per deum sanctū ✠ per
de ✠ um qui te in principio ver-
bo se parauit ab a rida. cuius
spiritus super te ferebatur. qui

te de paradiso manare ꝑ in quat-
tuoꝛ fluminibus

Hic ꝓiice aquam in modū crucis.

totā terrā rigare precepit. Qui
te in deserto amarā suauitate
indita fecit esse potabilē: ꝑ sitien
ti populo de petra pduxit. Be-
nedi ✠ co te per iesum christū fi-
liū eius vnicū dominū nostrū qui
te in chana galilee signo admira
bili: sua potenti a conuertit in

biuium. Qui pedib⁹ sup te ambulauit et a iohanne in iordane in te baptizatus est. Qui te una cum sanguine de latere suo produxit: et discipulis suis iussit ut credentes baptizarentur in te dicens. Ite docete omnes gentes baptizantes eos ✠ In nomine patris ✠ et filii: et spiritus ✠ sancti. Amen.

Hic mutet vocem qu asi legendo.

Et nobis precepta seruantibus tu deus omnipotens clemens adesto tu benignus aspira. Hic aspiret in aquã i modũ crucis ter. Tu has simplices aquas tuo ore bñdicito. ut preter naturalem emundationẽ quã lauandis possunt adhibere corporibus sint etiam purificandis mentibus efficaces. Hic ponatur cereus ter in aquam.

Descendat domine in hanc plenitudinem fontis uirtus spiritus tui. Repetitur ter & in qualibet repetitio ne mergitur v̄. s̄.

Totamque huius a que substantiam regenerandi fecundet ef fe ctu. Hic omni um peccatorum macule deleantur.

Hic natura ad imaginem tu-
am condita et ad honorem sui
reformata principij: cunctis be-
tustatis squaloribus emundetur
ut omnis homo hoc sacramen-
tum regenerationis ingressus
in bere innocentie nouam infan
tiam renascatur. Per dñm.
Postea fundat de cereo in aquam mutando vocem: dicẽdo sic. Fecũdetur ⁊ sanctificetur fons iste in nomine patris. ⁊c. Facta bñdictione fontiũ aspergitur aqua bñdicta.
¶ Sequitur ordo ponẽdi unctiões in fõtib⁹. Sacerdos stãs iuxta fõtes accipiat sãctũ crisma ⁊ ponat de eo in fontib⁹ in modũ crucis dicẽdo. Fecundetur ⁊ sanctificetur fons

iste ex hoc sacro crismate renascẽtibus inbitã eternã. Amẽ. Deinde accipiat oleũ sanctũ ⁊ ponat de eo in fontib⁹ dicẽdo. Coiũctio olei bñdictiõis ⁊ aque baptismatis pariter fiat In noie patris / ⁊ filij / ⁊ spũs sancti. Amen. Quo facto claudat sacerdos fontes ⁊ firmet cũ claue: ⁊ remaneat sup fontes bnã mappã altaris p ferialia pasche ⁊ penthecostes. ⁊ postea a chorarys i capella scti iohãnis incipit secũda letania eo modo quo sequit. Et cantatur ipsa letania sequens prout cãtat letania predicta ad aquilã.
Kyrieleyson. Christe eleysõ.
Christe audi nos. Pater de celis deus: Miserere nobis.
Filii redemptor mundi deus: Miserere nobis.
Spiritus sancte deus: Miserere nobis.
Sctã trinitas bn⁹ de⁹: Miserere.
Sancta maria Ora pro nobis
Sancta dei genitrix or
Sancta virgo virginum or
Sancte gabriel or
Sctẽ iohãnes baptista or
Dicatur altiori voce ⁊ bis. tunc revertitur processio in ecclesiam nostrã: videlicet i ecclesia antissiodoreñ. prosequẽdo residuũ letanie sic
Sancte iohannes euãgelista or
Sancte iacobe or
Sancte philippe or
Sancte bartholomee or
Sancte alexander or
Sancte clemens or
Sancte sixte or
Sancte cornelí or
Sancte amator or
Sancte hilari or

Sancte martine or
Sancte hieronyme or
Sancta felicitas or
Sancta perpetua or
Sancta agnes or
Sancta lucia or
Hic finitur secūda letania: qua finita remanet solus cantor vel succentor pro choro regendo et incipit tertiam letaniam ipsam similiter cātando prout cantatur leta nia que dicitur ad aquilam chori.

Kyrie eleyson. Christe eleysō.
Christe audi nos. Pater de celis de⁹: Miserere nobis. Fili redemptor mundi deus: Miserere nobis. Spūs sancte deus: Mise. Sctā trinitas vn⁹ de⁹: Miserere.
Sancta maria Ora pro nobis
Sancta dei genitrix or
Sancta virgo virginum. or
Sancte raphael or
Omnes sancti angeli ⁊ archangeli dei Orate pro nobis
Sancte iohannes baptista or
Oēs scti patriarche ⁊ pphete orate
Sancte thoma or
Sancte mathee or
Sancte symon or
Sancte thadee or
Sancte mathia or
Sancte luca or
Sancte marce or
Omnes sancti apostoli ⁊ euāgeliste Orate pro nobis
Oēs scti discipuli dñi orate
Sancte peregrine or
Sancte vigili or
Sancte fraterne or
Sancte saturnine or
Sancte geruasi or
Sancte prothasi or
Omnes sancti martyres orate
Sancte germane or
Sancte amane or
Sancte desideri or
Sancte claudi or
Sancte paladi or
Sācte māmertine or
Sancte mariane or
Sancte ludouice or
Omnes sancti cōfessores orate
Sācta genouepha or
Sancta columba or
Sācta margareta or
Sancta katherina or
Sancta petronilla or
Sācta scholastica or
Sancta fides or
Sancta spes or
Omnes sancte virgines orate
Omnes sancti ⁊ sancte dei orate
Propicius esto: Parce nobis dñe
Ab omni malo. Libera nos dñe
Ab insidijs diaboli: Libera nos.
A morte subitanea: Libera nos.
A dānatione perpetua: Libera.
Ab ira ⁊ odio ⁊ omni mala volūtate: Libera nos domine.
Per mysterium sancte incarnationis tue Libera nos dñe.
Per natiuitatem tuam: Libera nos domine.
Per passionem tuam: Libera.
Per gloriosam resurrectionem tuam Libera nos domine.
Per admirabilem ascensionem tuam Libera nos domine.
Per gratiam sancti spiritus paracliti Libera nos domine.
In die iudicij Libera nos dñe.
Peccatores. Te roga. audi nos.
Ut pacē nobis dones. Te roga.
Ut misericordia et pietas tua

nos custodiat: Te roga. audi nos.
Ut ecclesiam tuam sanctā ꝛ im=maculatam regere ꝛ defensare di=gneris: Te rogamus audi nos.
Ut donnum apostolicū ꝛ omnes gradus ecclesie in sancta religiōe cōseruare digneris. Te rogamꝰ.
Ut episcopos ꝛ abbates nostros ꝛ omnes congregationes illis cō=missas conseruare digneris. Te rogamus audi nos.
Ut cūctum populum christianū preciosos sanguine tuo redēptū cō=seruare digneris. Te rogamꝰ au.
Fili dei. Te rogamus audi nos.
Finita hac vltima letania incipit cantor vel succentor alta voce

Agnus dei qui tollis peccata

mundi: parce nobis domine.
Mox puer in albis icipit altā voce

Accen dite.
Item cantor vel succentor altiori voce Agnus dei qui tollis pecca=ta mundi: exaudi nos domine. Et puer similiter voce altiori Accen=dite. Rursum cantor vel succentor altissima voce Agnꝰ dei qui tol=lis peccata mundi: dona nobis pa=cem. Item puer altissima voce Ac=cēdite. Et finita letania omnes ce=rei accendūtur ꝛ statim cantor vel succentor incipit pro officio misse alta voce

Ky ri e le yson. Christe

eleyson. Et postea dicat sacerdos

Glori a in excelsis de o.

Et in terra pax hominibus.
Hic pulsantur oēs campane. Oro.
Deus qui hāc sacratissimā noctem gloria dominice re=surrectiōis illustras: cōserua in no=ua familie tue progenie adoptio=nis spiritū quē dedisti / vt corpore ꝛ mente renouati / purā tibi exhibe=ant seruitutē. Per eundē dn̄m. In vnitate eiusdē spiritus sancti deꝰ.
Ad Colossenses. iij. capitulo.
Fratres: Si consurrexistis cū christo que sursum sunt querite: vbi christus est in dextera dei sedens. Que sursum sunt sapi=te: non que super terram. Mortui enim estis / ꝛ vita vestra abscōdita est cum christo in deo. Cum enim christꝰ apparuerit vita vestra; tūc ꝛ vos apparebitis cum ipso in glo=ria. Alleluya. V. Confitemini domi=no quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Tractus.
Laudate dn̄m omnes gentes: ꝛ col=laudate eum oēs populi. V. Quo=niā cōfirmata est sup nos misericordia eiꝰ: ꝛ veritas domini manet in eternum.

¶ Secundum Matthеum. xxviij.

Vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati: venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrum. Et ecce terre motus factus est magnus: angelus enim domini descēdit de celo: et accedens reuoluit lapidem et sedebat super eum. Erat autē aspectus eiꝰ sicut fulgur: et vestimēta eius sicut nix. Pre timore autē eius exterriti sunt custodes: et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus: dixit mulieribus Nolite timere vos. Scio enim qđ iesum qui crucifixus est queritis. Nō est hic. Surrexit enim sicut dixit. Venite et videte locum vbi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eiꝰ quia surrexit: et ecce precedet vos in galileā. Ibi eum videbitis: sicut predixit vobis Nō dicitur Credo. Sed Dominꝰ vobiscum. Oremus. et non cantatur Offertorium. Secreta.

Suscipe domine quesumus preces populi tui cum oblationibus hostiarum. vt paschalibus initiata mysterijs/ad eternitatis nobis medelā te operante proficiant. Per dominū. Prefatio. Equum et salutare. Te quidē omni tempore: sed in hac potissimum nocte. Quere ante canonem.

Communicantes et noctē sacratissimam celebrantes resurrectiōis domini nr̄i iesu christi secundum carnē. Sed et memoriam venerantes in primis gloriose semper virginis marie genitricis eiusdem dei et domini nostri iesu christi: Sed et beatorum aposto lorum. et c. quere in canone.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre sed et cūcte familie tue quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spiritu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum. Quesumus domine vt placatꝰ accipias/ diesque nostros in tua pace disponas. et c. in canōe.

¶ Nota q̄ Pax domini dicit: sed non Agnus dei nec pax datur/ sed statim post communionem sequūtur vespere. Añ. Alleluya alleluya. ps. Laudate dominum. Ad magnificat Antiphona incipiat sacerdos ad altare et dicit dꝰs: videlicet ante Magnificat. et post Vespere autē sabbati que lucescit in prima sabbati venit maria magdalene et altera maria videre sepulchrum alleluya. ps. Magnificat. Quo finito sacerdos rencipit antiphonam predictam: qua cantata sine iubilo sacerdos dicat Dominus vobiscum. Et cum. Oremꝰ

Spiritū in nobis domine tue charitatis īfunde: vt quos sacramētis paschalibus satiasti/ tua facias pietate concordes. Per dominum nostrum iesum christū filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deꝰ Per oīa sec. ula seculorū Amen. Ite missa est alleluya alleluya. Deo gratias alleluya alleluya.

¶ In festo resurrectionis domini Ad missam. Introitus.



R Esurrexi et adhuc tecũ sum alleluya: posuisti super me manũ tuam alleluya: mirabilis facta est sciẽtia tua alleluya alleluya. ps. Domine probasti me ꝛ cognouisti me/ tu cognouisti sessionẽ meam ꝛ resurrectionem meam. Gloria patri et filio: ꝛ spiritui sancto. Oratio.

D Eus qui hodierna die pꝛ vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra que preueniendo aspiras/ etiam adiuuãdo prosequere. Per eũdẽ. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Corinthios. j. v.

F Ratres. Expurgate vetus fermentum: vt sitis noua cõspersio sicut estis azymi. Etenim pascha nostrũ immolatus est christus. Itaqꝫ epulemur nõ in fermẽto veteri neqꝫ in fermento malicie ꝛ nequicie: sed in azymis sinceritatis ꝛ veritatis. Gr. Hec dies quam fecit dominus exultemus ꝛ letemur in ea. V. Confitemini domino quoniã bonus: quoniam in seculũ misericordia eius. Alleluya. V. Pascha nostrum immolatus est christus. V. Epulemur in azymis sinceritatis et veritatis. Prosa.

F Ulgens preclara alleluya rutilat per orbẽ hodie dies in qua christi lucida narrant ouãter prelia. De hoste superbo quẽ iesus triumphauit pulchre castra illius perimens teterrima. Infelix culpa eue qua caruimus omnes vita. Felix ples marie/ qua epulamur modo vna. Benedicta sit celsa regina illa. Generans regẽ spoliantem tartara. Pollentem iam in ethera. Rex in eternũ suscipe benignus preconia nostra sedule tibi canentia. Patris sedẽs ad dexteram. Victor vbiqꝫ morte superata atqꝫ triumphata polorũ possidens gaudia. O magna/ o pulchra/ o celsa clementia christi melliflua/ o alma. Laus tibi honorqꝫ ac virtus qui nostram antiquam leuiasti sarcinam. Roseo cruore agni benignissimi emptã florida micat hec aula. Potenti virtute nostra qui lauit facinora tribuit dona fulgida. Stupens valde in memet iam miror hodierna. Cum ita indignis pãdere modo sacramẽta. Stirpe dauidica ortus de tribu iuda leo potens surrexisti in gloria agnus visus es in terra. Fundens olim arua. Regna petens supera iustis reddens premia in secula dignanter ouantia. Hic impie zabule quid valet

nũt fraus tua. Igneis nex⁹ lozis a thzisti victozia. Tribus lingue admiramini q̃s audiuit talia mysteria. Ut mozs moztem sic superaret rei perciperent talem gratiã. Iudea incredula cur manes adhuc inuerecũda. Perspice chzisticolas qualiter leti canunt inclita. Redẽptozi carmina. Ergo pie rex chziste nobis dans pzecamina Solue nexozũ vincula. Electozum agmina. Fac tecum resurgere ad beatam glozia. Digna rependens merita. Paracliti sancti cõsolationem piam. Expectamus secũdam pzomissionem tuã. Per atta ascensionis sancta solẽnia. Qua es regressus in celũ nube tect⁹ clara. Pollẽs laude eterna amen. Secundũ Marcũ. xvj



In illo tempoze: Maria magdalene & maria iacobi & salome emerũt aromata: vt venientes vngerẽt iesũ Et valde mane vna sabbatozũ venisũt ad monumentum: ozto iã sole. Et dicebãt ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti: Et respicientes: vidcrũt reuolutum lapidem erat quippe: magnus valde. Et introeuntes in monumentum: vidcrũt iuuenem sedẽtem in dextris coopertum stola candida: & obstupuerũt. Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum queritis nazarenum crucifixum surrexit. nõ est hic. Ecce locus: vbi posuerũt eum. Sed ite dicite discipulis eius & petro: q2 pzecedet vos in galileã. Ibi eũ videbitis: sicut dixit vobis. Credo. Offertozium Terra tremuit & quieuit: dum resurgeret in iudicio deus alleluya. Secreta.

Suscipe q̃sumus domine preces populi tui cum oblationibus hostiarum vt paschalib⁹ initiate mysterijs ad eternitatis nobis medelam te operãte pzoficiãt. Per dominũ. Pzefatio. Te quidẽ omni tempoze. Cõmunicantes. et Hanc igitur. quere ante canonem Cõio. Pascha nostrũ immolat⁹ est xp̃s all'a / itaq3 epulemur in azimis sinceritatis et veritatis all'a all'a all'a. Postcõio.

Spiritum in nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramẽtis paschalibus saciasti / tua facias pietate cõcozdes Per dominum. In vnitate eiusdẽ.

Feria secunda Ad miss. Offim.



Introduxit nos dominus in terram fluentẽ lac & mel alleluya. & vt lex domini semper sit in ozc vestro all'a all'a. Ps. Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculũ misericozdia eius. Gloria patri et filio: & spiritui sancto. Ozo.

Deus qui solẽnitate paschali mundo remedia contulisti / populum tuũ celesti dono pzosequere: vt et perfectam libertatẽ cõsequi mereatur: & ad vitam pzoficiat sempiternam. Per dominũ.

Lectio actuum apostolozum. x.c.

In diebus illis. Stãs petr⁹ in medio plebis dixit. Uiri fratres vos scitis quod factũ est verbum per vniuersam iudeã: incipiens a galilea post baptismum

quod predicauit iohannes ieſum a nazareth / quomodo vnxit eum deus ſpiritu ſancto ⁊ virtute. Qui pertranſijt benefaciendo ⁊ ſanando oẽs oppreſſos a diabolo: quoniã deus erat cum illo. Et nos teſtes ſum⁹ omnium que fecit in regione iudeorum et hieruſalẽ: quẽ occiderunt ſuſpendentes in ligno. Hunc deus ſuſcitauit tertia die: et dedit eum manifeſtum fieri non omni populo / ſed teſtibus preordinatis a deo: nobis qui mãducauimus ⁊ bibimus cum illo poſtq̃ reſurrexit a mortuis. Et precepit nobis predicare populo ⁊ teſtificari: q2 ipſe eſt qui conſtitutus eſt a deo iudex viuorum et mortuorũ. Huic omnes prophete teſtimonium perhibent: remiſſionem peccatorum accipere p nomen eius omnes qui credunt in eum. ℟. Hec dies quã fecit dominus exultemus ⁊ letemur in ea. ℣. Dicat nũc iſrael quoniam bonus: quoniã in ſeculum miſericordia eius. Alla. ℣. Surrexit dñs vere ⁊ apparuit petro. pſa

Mane prima ſabbati ſurgẽs dei filius noſtra ſpes ⁊ gloria. Victo rege ſceleris redijt ab inferis cum ſumma victoria. Cuius reſurrectio omĩ plena gaudio conſolatur omnia. Reſurgentis itaq̃ maria magdalene facta eſt prenuncia. Ferens chriſti fratribus eius morte triſtibus expectata gaudia. O beati oculi quibus regem ſeculi morte iam depoſita prima eſt intuita. Hec eſt illa femina / cuius cuncta crimina ad chriſti veſtigia ei⁹ lauit gratia. Que dum plorat ⁊ mens orat facto clamat quod cor amat ieſum ſup omnia. Non ignorat quem adorat: quid precetur ſed deletur qđ mens timet ↄſcia. O maria mater pia ſtella maris appellaris operũ per merita. Matri chriſti coequata / dum fuiſti ſic vocata / ſed honore ſubdita. Illa enim fuit porta p quã fuit lux exorta. hec reſurgentis nuncia mundum replet leticia Illa mundi imperatrix iſta beata peccatrix / letitie primordia fuderũt in eccłia. O maria magdalena / audi vota laude plena / apud chriſtum chorum iſtum clementer concilia. Ut fons ſumme pietatis qui te lauit a peccatis / ſeruos ſuos atq̃ tuos mũdet data venia. Hoc det eius gratia qui regnat per oia. Amẽ. Scđm Lucã. xxiiij.



In illo tempore: Exeũtes duo ex diſcipulis ieſu ibãt ipſa die in caſtellũ quod erat in ſpacio ſtadiorum ſexagita ab hieruſalem: nomine emaus. Et ipſi loquebãtur adinuicem: de hijs omnibus que acciderãt. Et factum eſt dum fabularentur ⁊ ſecum quererent: ⁊ ipſe ieſus appropinquãs ibat cũ illis. Oculi autem eorum tenebãtur: ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos. Qui ſunt hij ſermones quos confertis adinuicem ambulãtes. ⁊ eſtis triſtes? Et reſpondens vnus cui nomen cleophas: dixit ei. Tu ſol⁹ peregrinus es in hieruſalem / ⁊ non cognouiſti que facta ſunt in illa hijs dieb⁹? Quib⁹ ille dixit. Que?

Et dixerũt. De iesu nazareno qui fuit vir ꝓpheta: potens in opere ⁊ sermone corã deo ⁊ omni populo Et quomodo tradiderunt eũ summi sacerdotes et principes nostri in dãnatione mortis: ⁊ crucifixerũt eum. Nos autem sperabamus: qꝛ ipse esset redempturus israel. Et nunc super hec omnia tertia dies est hodie: qꝫ hec facta sunt. Sed et mulieres quedã ex nostris terruerunt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentum: ⁊ non inuento corpore eius venerunt dicentes se etiã visionem angelorum vidisse: qui dicunt eum viuere. Et abierũt quidã ex nostris ad monumẽtum: et ita inuenerũt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non inuenerũt. Et ipse dixit ad eos. O stulti ⁊ tardi corde ad credẽdum in omnibus que locuti sũt prophete. Nõne hec oportuit pati christum: ⁊ ita intrare in gloriã suam? Et incipiens a moyse ⁊ omnibꝰ prophetis: interpretabatur illis in omnibus scripturis que de ipso erãt. Et appropinquauerunt castello quo ibant: et ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscũ: quoniã aduesperascit: ⁊ inclinata est iã dies. Et intrauit cũ illis. Et factum est dum recumberet cum illis: accepit panẽ ⁊ benedixit ac fregit ⁊ porrigebat illis. Et aperti sũt oculi eorꝫ: ⁊ cognouerũt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt adinuicẽ. Nõne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via: ⁊ aperiret nobis scripturas? Et surgẽtes eadẽ hora: regressi sũt in hierusalẽ: et inuenerunt congregatos vndecim: ⁊ eos qui cum ipsis erãt dicentes/ quod surrexit dominus vere ⁊ apparuit symoni. Et ipsi narrabãt que gesta erãt in via: ⁊ quomodo cognouerũt eum in fractione panis. ¶ Credo. Offertorium. Angelus domini descendit de celo/ et dixit mulieribus quem queritis surrexit sicut dixit alleluya. Secreta.

Paschales hostias recensentes quesumꝰ domine vt qꝺ frequentamus actu: comprehẽdamus effectu. Per dominũ. Prefatio. Te quidem omni tempore. ⁊c. sicut in die pasche. Cõmunitãtes ⁊ Hanc igitur. quere ante canonẽ. Communio. Surrexit dominus ⁊ apparuit petro alleluya. Postcõmunio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt diuino munere satiati/ ⁊ sacris mysterijs innouemur ⁊ moribus. Per dominum.

¶ Feria .iij. Ad missam Officiũ



Aqua sapiẽtie potauit eos alleluya firmabitur in illis ⁊ non flectetur alleluya et exaltabit eos in eternum alleluya alla. Psalmus. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculũ misericordia eius. Gloria patri. Orõ.

Deus qui ecclesiam tuam nouo semper fetu multiplicas: cõcede famulis tuis vt sacramentum viuẽdo teneãt: quod fide perceperunt. Per dominum nrm̃. Lectio actuum apostolorum. xiij.

In diebꝰ illis: Surgẽs paulus ⁊ manu silentium indicens ait. Uiri fratres filij generis abrahã. ⁊ qui in vobis timent deũ

vobis verbū salutis huiꝰ missum est. Qui enim habitant hierusalē et principes eius ignorātes iesum et voces prophetarum que per omne sabbatum leguntur: iudicātes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eum: petierunt a pylato vt interficerēt eum. Cumqꝫ cōsummassent omnia que de eo scripta erant: deponentes eū de ligno/posuerunt eum in monumento. Deus vero suscitauit eum tertia die a mortuis / qui visus est per dies multos hys qui simul ascēderant cum eo de galilea in hierusalem: qui vsqꝫ nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annūciamus eam que ad patres nostros repromissio facta est: qm̄ hāc deus adimpleuit filÿs vestris resuscitās iesum christum dominum nostrum. ℟. Hec dies quā fecit dominus exultemus ⁊ letemur in ea. ℣. Dicant nunc qui redempti sunt a domino quos redemit de manu inimici/de regionibus congregauit eos. Alleluya. ℣. Angelꝰ domini descendit de celo ⁊ accedens reuoluit lapidem ⁊ sedebat super eum. ℣. Respondēs aūt angelꝰ dixit mulieribꝰ/ quē q̄ritis ille aūte dixerūt iesum nazarenū. Prosa

Salue dies dierū gl'ia/ dies felix christi victoria dies digna iugi leticia/dies prima Lux diuina cecis irradiat in qua christus infernū spoliat/mortem vincit ⁊ recōcilit at sūmis ima. Sempiterni regis sententia sub peccato conclusit omnia vt infirmis superna gratia subueniret. Deitr tus ⁊ sapientia/ temperauit iram clementia/cum iā mundus in precipitia totꝰ iret. Insultabat nostre miserie/ vetꝰ hostis auctor malicie/quia nulla spes erat venie de peccatis. Desperante mundo remedium dum tenerent cuncta silētium/deus pater emisit filium de supernis. Predo vorax monstrū tartareum carnem videns non cauens laqueum / in latentem ruēs aculeum admiratur. Resurrexit liber ab iferis/restaurator humani generis / ouem suam reportās humeris ad supna. Dignitatis prime cōditio / reformatur nobis in filio/cuiꝰ noua nos resurrectio cōsolatur. Angelorum pax fit et hominum/plenitudo succrescit ordinum/triumphantem laus decet hominū laus eterna. Harmonie celestis patrie vox concordet matris ecclesie/alleluya frequētet hodie plebs fidelis Triūphato mortis imperio/triumphali fruamur gaudio i terra pax/et iubilatio sit in celis. Alla. ¶ Scd'm Lucā. xxiiij.



In illo tempore: Stetit iesus i medio discipulor suor: et dixit eis. Pax vobis. Ego sum/ nolite timere. Cōturbati vero ⁊ cōterriti: existimabāt se spiritum videre. Et dixit eis Quid turbati estis et cogitatiōes ascendunt in corda vestra: Videte manus meas ⁊ pedes meos: quia ego ipse sum. Palpate ⁊ videte: qꝛ spiritus carnem ⁊ ossa non habet: sicut me videtis habere. Et cū hoc dixisset: ostendit eis manꝰ ⁊ pedes. Adhuc autē illis non credentibus

& mirantib⁹ pre gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod manducet? At illi obtulerūt ei partē piscis assi: et fauū mellis. Et cum manducasset coram eis: sumēs reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos: cū adhuc essem vobiscum. Quoniā necesse est impleri omnia: que scripta sunt in lege moysi & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum: vt intelligerent scripturas. Et dixit eis. Quia sic scriptū est & sic oportebat christum pati: & resurgere a mortuis die tertia et predicari in nomine eius penitentiam/& remissionem omnium peccatorum in omnes gentes. Credo. Offertoriū. Intonuit de celo dominus/& altissimus dedit vocē suā & appa ruerunt fontes aquarum alle. Secreta.

Suscipe domine fideliū preces cum oblationib⁹ hostiarum/vt per hec pie deuotionis officia ad celestem gloriam transeamus. Per dominū. Prefacio & Cōmunicantes. quere ante canonē. Communio. Si consurrexistis cum christo que sursum sunt querite alleluya: vbi christ⁹ est in dextera dei sedens que sursum sūt sapite alleluya. Postcōmunio.

Concede quesumus omnipotens deus vt paschalis perceptio sacramenti continua in nostris mentibus perseueret. Per d.

¶ Feria quarta Ad mis. Officiū.

Venite bñdicti patris mei percipite regnum alleluya qd vobis paratum est ab origine mundi alleluya alleluya alleluya. Ps Cantate domino cā ticum nouum: quia mirabilia fecit. Ora.

Deus qui nos resurrectiōis dominice annua solēnitate letificas concede propicius: vt per temporalia festa que agimus peruenire ad gaudia eterna mereamur. Per eundem dominū nostrū.

Lectio actuum apostolorum. iij.

In diebus illis: Aperiens petrus os suū dixit. Uiri israelite: & qui timetis deū audite. Deus abraham & deus isaac & deus iacob deus patrum nostrorum glorificauit filium suum iesum: quē vos quidem tradidistis & negastis ante faciem pylati iudicante illo dimitti. Uos autem sanctum & iustum negastis: & petistis virum homicidam donari vobis. Auctorē vero vite interfecistis: quem deus suscitauit a mortuis: cuius nos testes sumus. Et nūc fratres scio q̄r per ignorātiā fecistis: sicut & principes vestri. Deus autem qui prenunciauit per os omnium prophetarum pati christum suum impleuit sic. Penitemini igitur & conuertimini vt deleantur peccata vestra. R. Hec dies quam fecit dominus exultemus & letemur in ea. V. Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me. Alleluya. V. In die resurrectiōis mee dicit dñs precedā vos in galileā. Prosa.

Sexta passus feria/die christus tertia resurrexit. Surgens cum victoria collocat in gloria quos dilexit. Pro fideli populo crucis in patibulo immolat. Claū ditur in tumulo tandem q̄z diluculo suscitatur. Christi mors & passio nobis est presidio si credamus. Christus resurrectio facit vt a vi

tio resurgamus. Hostia suffitiens christus fuit moriens pro peccato. Sanguis effusio lauit nos imperio triumphato. Morte sua supplici nostre morti duplici fert medelam. Uite pandit aditū nostrum sanat gemitum et querelā. Leo fortis hodie dat signum potentie resurgendo. Principem nequitie per arma iustitie deuincendo. Mediatorem dominus fecit in qua facinus mundi luit. In qua mors occiditur/in qua vita redditur hostis ruit. Geminatū igitur alleluya cantē corde puro. Quia culpa tollitur/et vita promittitur in futuro. Ut hoc mundi vespere factuos resurgere iesu xpe. Salutaris omnibus sit tuis fidelibus dies iste. Alleluya. Sequentia sancti euangelij secūdū Johannē.xxi.



In illo tempore: Manifestauit se iesus discipulis suis ad mare tyberiadis manifestauit autem sic. Erant autem simul symon petrus et thomas qui dicitur didimus / et nathanael qui erat a chana galilee et filij zebedei: et alij ex discipulis eius duo. Dixit eis symon petrus. Uado piscari. Dicunt ei. Uenimus et nos tecū. Et exierūt et ascenderūt in nauim: et illa nocte nichil prēdiderūt. Mane autem iam facto stetit iesus in littore: non tamē cognouerunt discipuli qz iesus est. Dixit ergo eis iesus. Pueri nūquid pulmentariū habetis: Responderūt ei. Nō. Dixit eis. Mittite in dextrā nauigij rethe. et inuenietis. Miserunt ergo rethe/ et iam nō valebant illud trahere pre multitudine piscium. Dixit ergo discipulus ille quē diligebat iesus petro. Dominus est. Symon petrus cum audisset quia dominus est: tunica succinxit se et misit se in mare: erat enim nudus. Alij autem discipuli: nauigio venerūt. Non enim longe erāt a terra: sed quasi cubitis ducentis trahentes rethe piscīū. Ut ergo descenderunt in terrā: viderunt prunas positas et piscem superpositum et panem. Dixit eis iesus. Afferte de piscibus quos prendidistis nūc. Ascēdit symon petrus: et traxit rethe in terrā plenum magnis piscibus / centum quinquaginta tribus. Et cum tāti essent: non est scissum rethe. Dixit eis iesus. Uenite: prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eu quis es: sciētes quia dominus est. Et venit iesus et accepit panē et dedit eis. et piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est iesus discipulis suis cū resurrexisset a mortuis. Credo. Offertorium. Portas celi aperuit dominus/ et pluit illis manna vt ederēt/panem celi dedit illis / panem angelorum manducauit homo alleluya. Secreta.

Sacrificia domine paschalibus gaudijs immolamus: quibus ecclesia tua mirabiliter pascitur et nutritur. Per dominum. Prefatio. Te quidē omni tempore. Infra ante canonē. Communicātes et Hāc igitur. quere in canone. Cōmunio. Christus resurgēs ex mortuis iam non moritur alleluya: mors illi

vltra nõ dominabit̃ alla alla. Poſtcõio

Ab omni nos queſum⁹ domine vetuſtate purgatos ſacramenti tui veneranda perceptio: in nouam transferat creaturam. Per dominum noſtrũ ieſuꝫ.

℄ Feria quinta Ad miſſã Offiñ.

Victricem manum tuã domine laudauerunt pariter alleluya/quia ſapientia aperuit os mutum/⁊ linguas infantiũ fecit diſertas alleluya alleluya. Ps. Cantate domino canticum nouũ: cantate dño omnis terra. Glia. Oro.

Deus qui diuerſitatem gentium in confeſſione tui nominis adunaſti: da vt renatis fonte baptiſmatis vna ſit fides mentium ⁊ pietas actionum. Per dñꝫ.

Lectio actuum apoſtolorum. viij.

In diebus illis: Angelus domini locut⁹ eſt ad philippũ dicens. Surge ⁊ vade contra meridianum ad viam que deſcẽdit ab hieruſalẽ in gazam: hec eſt deſerta. Et ſurgẽs abijt. Et ecce vir ethiops eunuchus potẽs candacis regine ethiopum qui erat ſuper omnes gazas eius: venerat adorare in hieruſalẽ: ⁊ reuertebatur ſedẽs ſuper currum ſuum / legẽſqꝫ eſaiã prophetam. Dixit autem ſpiritus philippo. Accede et adiunge te ad currum iſtum. Accurrẽs autẽ philippus audiuit illum legẽtẽ eſaiã prophetã/⁊ dixit. Putas ne intelligis que legis? Qui ait. Et quomodo poſſum niſi aliquis oſtenderit michi? Rogauitqꝫ philippũ: vt aſcenderet: ⁊ ſederet ſecum. Locus autem ſcripture quẽ legebat: hic erat. Tãqꝫ ouis ad occiſionem ductus eſt: et ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce ſic nõ aperuit os ſuum. In humilitate iudiciũ eius ſublatum eſt. Generationem eius quis enarrabit? Quoniam tolletur de terra vita eius. Reſpondẽs aũt eunuchus philippo dixit. Obſecro te de quo ꝓpheta dicit hoc. de ſe an de alio aliquo? Aperiens autem philippus os ſuum: ⁊ incipiẽs a ſcriptura iſta/euangelizauit illi ieſum. Et dum irent per viam: venerunt ad quãdam aquam. Et ait eunuch⁹. Ecce aqua. Quis prohibet me baptizari? Dixit autẽ philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et reſpondens dixit. Credo dei filiũ eſſe ieſum. Et iuſſit ſtare currũ. Et deſcenderunt vterqꝫ in aquã philippus ⁊ eunuchus: ⁊ baptizauit eum. Cum autem aſcẽdiſſent de aqua ſpũs domini rapuit philippum et amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam gaudens. Philippus autem inuẽtus eſt in azoto. Et ptranſiẽs euãgelizabat ciuitatibus cunctis donec veniret ceſaream: nomẽ domini ieſu chriſti. ℟. Hec dies quã fecit dominus exultem⁹ ⁊ letemur in ea. ℣. Lapidem quem reprobauerunt edificãtes hic fact⁹ eſt in caput anguli. A domino factũ eſt iſtud: ⁊ eſt mirabile in oculis noſtris.

Alleluya. ℣. Gauiſi ſũt diſcipuli gaudio magno viſo domino. Alleluya. ℣. Mulier quid ploras? quẽ queris nõ eſt hic ſed reſurrexit. ℄ Scdm Johannẽ. xx

In illo tempore: Maria ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret/inclinauit ſe ⁊ proſpexit in monumẽtum.

Et vidit duos angelos in albis ſedẽtes: vnum ad caput / ⁊ vnum ad pedes: vbi poſitum fuerat corpus ieſu. Dicũt ei illi. Mulier quid ploras? Dixit eis. Quia tulerunt dominum meum: et neſcio vbi poſuerunt eum. Hec cum dixiſſet: cõuerſa eſt retrorſum et vidit ieſum ſtãtem: ⁊ neſciebat quia ieſus eſt. Dixit ei ieſus. Mulier quid ploras? Quem queris? Illa autem exiſtimans quia ortolanus eſſet dixit ei. Domine / ſi tu ſuſtuliſti eum dicito michi vbi poſuiſti eum: et ego eum tollã. Dixit ei ieſus. Maria. Conuerſa illa: dixit ei. Raboni qđ dicitur magiſter. Dixit ei ieſus. Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad patrem meum. Uade autem ad fratres meos: et dic eis Aſcendo ad patrem meum et patrem veſtrum: deum meum et deũ veſtrũ. Uenit maria magdalene annuncians diſcipulis / quia vidi dominum: ⁊ hec dixit michi. Credo dicitur. Offertorium. In die ſolennitatis veſtre dicit dominus inducam vos in terrã fluẽtẽ lac ⁊ mel alla. Secre.

Suſcipe queſumus domine munera populorum tuorũ propicius: vt cõfeſſione tui nominis ⁊ baptiſmate renouati ſempiternam beatitudinem conſequantur. Per dominum noſtrum. Prefatio. Te quidem omni tempore. Communicantes. et Hanc igitur oblationem. quere ante canonem Cõio. Populus acq̄ſitiõis annũciate virtutes eius alla: q̄ vos de tenebris vocauit in admirabile lumẽ ſuũ alla. Poſtcõio.

Exaudi dñe preces noſtras: vt redẽptionis noſtre ſacroſancta cõmercia ⁊ vite nobis conferant preſentis auxilium / ⁊ gaudia ſempiterna concilient. Per.

Feria ſexta Ad miſſam Offm.

Eduxit eos dominus in ſpe alleluya / et inimicos eorũ operuit mare alleluya alleluya. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Gloria patri ⁊ filio. Orõ.

Omnipotens ſempiterne deus qui paſchale ſacramentum in reconciliationis humane federe contuliſti / da mentibus noſtris vt qđ profeſſione celebramus imitemur effectu. Per dominũ nr̃m.

Lectio ep̃le beati petri apl̃i. j. iij.

Chariſſimi. Chriſtus ſemel pro petis noſtris mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis / vt nos offerret deo mortificatos quidem carne: viuificatos autem ſpiritu. In quo ⁊ his qui in carcere erãt ſpiritu veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquando / quãdo expectabant dei patientiam in diebus noe / cum fabricaretur archa / in qua pauci: id eſt octo anime ſalue facte ſunt per aquã. Quod ⁊ nunc nos ſimilis forme ſaluos fecit baptiſma. Non carnis depoſitio ſordium: ſed conſcientie bone interrogatio in deum. Per reſurrectionẽ ieſu chriſti: qui eſt in dextera dei. Rn. Hec dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. Vs. Benedictus qui venit in nomine domini: deus dominus et illuxit nobis. Alleluya. Vs. Eduxit dñs populũ ſuũ in exultatiõe / ⁊ electos ſuos in letitia.

Secundum Mattheum. xxviij.

Antiſ.



IN illo tempoꝛe: Unde ci diſcipuli abierunt in galileam in montem vbi cõſtituerat illis ieſus. Et videntes eũ adoꝛauerunt: quidam autẽ dubitauerunt. Et accedens ieſus: locutus eſt eis dicens. Data eſt michi omnis poteſtas: in celo ⁊ in terra. Euntes ergo docete omnes gẽtes: baptizãtes eos in nomine patris ⁊ filij et ſpiritus ſancti. docentes eos ſeruare omnia queciiq mandaui vobis. Et ecce vobiſcum ſum: omnibus diebus vſq ad conſũmationẽ ſeculi. ℂ Credo. Offertoꝛium. Erit vobis hic dies memoꝛialis alleluya/ ⁊ diem feſtum celebꝛabitis ſolennem domino in pꝛogenies veſtras legitimum ſempiternũ diem alleluya alleluya alleluya. Secreta.

HOſtias queſumus domine placatus aſſume: quas et pꝛo renatoꝛum expiatione peccati deferimus/ et pꝛo acceleratione celeſtis auxilij. Per dominũ noſtrũ. Pꝛefatio. Te quidem omni tempoꝛe. Communicantes. et Hãc igitur oblationem. quere ante canonẽ. Communio. Data eſt michi omnis poteſtas in celo et in terra alleluya/ eũtes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filij/ ⁊ ſpiritus ſancti alleluya alleluya. Poſtcommunio.

REſpice queſum⁹ domine populum tuum: et quem eternis dignatus es renouare myſterys/ a tẽpoꝛalib⁹ culpis dignãter abſolue. P. ℂ Sabbato Officium

EDuxit dominus populum ſuũ in exultatione alleluya: et electos ſuos ĩ letitia alleluya alleluya. Ps. Cõfitemini domino ⁊ inuocate nomen eius: annũciate inter gentes opera eius. Gloꝛia. Oꝛatio

COncede q̃s omp̃s de⁹ vt qui feſta paſchalia venerando egim⁹ per hec cõtingere ad eterna gaudia mereamur. Per. Lectõ epiſtole beati petri apl̃i. j. petri. ij. ca.

CHariſſimi. Deponẽtes omnem maliciam ⁊ omnẽ dolum: ⁊ ſimulationes/ ⁊ inuidias/ ⁊ oẽs detractiones ſicut modo geniti infantes: rationabiles ſine dolo lac concupiſcite/ vt in eo creſcatis ĩ ſalutẽ. Si tamẽ guſtatis quoniã dulcis eſt dñs. Ad quẽ accedẽtes lapidẽ viuũ hominibus quidẽ repꝛobatũ/ a deo aũt electũ ⁊ honorificatũ. Et ipſi tanq̃ lapides viui ſuperedificamini domos ſpiritales: ſacerdotiũ ſanctũ offerre ſpiritales hoſtias acceptabiles deo per ieſum chꝛiſtum. Pꝛopter quod continet ſcriptura. Ecce ponam in ſyon lapidem ſummum angularem/ electum pꝛecioſum/ ⁊ omnis qui credit in eum non cõfundetur. Uobis igitur honoꝛ credentibus. Non credentibus autẽ: lapis quẽ repꝛobauerunt edificantes hic factus eſt in caput anguli/ ⁊ lapis offenſionis ⁊ petra ſcãdali: his qui offendunt verbo: nec credunt in quo et poſiti ſunt. Uos autem eſtis genus electum: regale ſacerdotium/ gens ſancta/ populus acquiſitionis/ vt virtutes annunctietis eius qui de tenebꝛis vos

vocauit in admirabile lumē suum Qui aliquādo nō populus: nūc au tē popul⁹ dei. Qui nō cōsecuti mise ricordiam: nūc autē misericordiā ɔsecuti. Alla. ℣. Hec dies quam fecit dn̄s exultemus ꝛ letemur i ea. Alla. ℣. Laudate pueri dominū: laudate nomē dn̄i

Secundum Johannem. xx. ca.



In illo tem pore. Una sabbati maria magdalene venit mane cuꝫ adhuc tenebre essent ad monumentū: ꝛ vi dit sublatum la pidē a monumen to. Cucurrit ergo ꝛ venit ad symo nem petrum: ꝛ ad aliū discipulum quē diligebat iesus ꝛ dixit eis. Tu lerunt dominum meum de monu mento: ꝛ nescio vbi posuerūt eum. Exiuit ergo petrus ꝛ ille alius di scipulus: et venerunt ad monumē tum. Currebāt autem duo simul ad monumētum: ꝛ ille alius disci pulus precucurrit citius petro: et venit primus ad monumentum. Et cū se inclinasset/ vidit linthea mina posita/ non tamen introiuit Uenit ergo symon petrus sequēs eum: ꝛ introiuit in monumentum Et vidit lintheamina posita ꝛ su darium quod fuerat super caput eius non cum lintheaminibus po situm: sed separatim inuolutū in vno loco. Tunc ergo introiuit ꝛ il le discipulus qui venerat primus ad monumentum: et vidit ꝛ credi dit. Nondum enim sciebāt scriptu ras: quia oporteret eū a mortuis resurgere. Credo. Offertorium. Antiſ.

Benedictus qui venit in nomine domi ni benediximus vos de domo domini deus dn̄s ꝛ illuxit nobis alla alla. Secreta.

Concede quesumus domine semper nos p hec mysteria paschalia gratulari: vt continua nostre reparationis operatio per petue fiat nobis causa leticie. Per dominū. Prefatio. Te quidē oī tē pore. Communicātes. Hāc igitur oblationem. quere ante canonem Cōio. Omnes qui in christo baptizati estis: christū induistis alleluya. Postcōio.

Redēptionis nostre munere vegetati quesum⁹ domine: vt hoc perpetue salutis auxiliū fi des semper vera proficiat. Per dn̄ꝫ.

Dn̄ica in octa. pasche Introit⁹ Oratio/ Epistola/ Primum Alla. vt supra in die pasche. Secundum Alleluya. ℣. Christ⁹ resurgēs ex mor tuis/ iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Prosa.

Uictime paschali laudes i molāt christiani. Agnus redemit oues christus innocēs pa tri recōciliauit peccatores. Mors et vita duello ɔflixere mirādo/ dux vite mortu⁹ regnat viu⁹. Dic no bis maria quid vidisti in via. Se pulchrū christi viuētis et gloriam vidi resurgētis. Angelicos testes sudarium ꝛ vestes. Surrexit chri stus spes nostra precedet suos in ga lileā. Credēdū est magis soli ma rie veraci/ q̄ iudeorum turbe falla ci. Scimus christum surrexisse a mortuis vere tu nobis victor rex miserere. Alleluya. Communicā tes/ Hanc igitur/ Cōmunio/ Ora tio/ ꝛ Postcommunio. vt supra in die pasche Notabis ꝛ videbis p

fabulam ad quas ferias ebdoma de / misse dominicales seu officia dierū dominicaliū trāsferant sin gulis ānis: ꝛ quādo hoc fiat ꝓpter festa. ꝛc. ¶ Feria secūda post octa uas pasche Ad missam Introit⁹.

Quasi modo geniti in fantes alleluya ratio nabiles sine dolo lac ꝯcupiscite alleluya al leluya alleluya. ps. Ex ultate deo adiutori nostro: iubilate deo ia cob. Gloria patri et filio. Oratio.

Presta quesum⁹ omps deus vt qui festa paschalia pere gimus / hec te largiēte moribus et vita teneamus. Per dñm. Lectio epistole beati Johānis apl'i. j. xv.

Charissimi. Omne quod na tū est ex deo vincit mundū: ꝛ hec est victoria que vincit mūdum fides nostra. Quis est autem qui vincit mūdum: nisi qui credit quo niam iesus est christus filius dei? Hic est qui venit per aquam et san guinem iesus christus. Non in a qua solum: sed in aqua et sangui ne. Et spiritus est qui testificatur: quoniā christus est veritas. Quo niā tres sūt qui testimoniū dāt in terra: spirit⁹ / aqua / ꝛ sanguis. Et hij tres vnū sunt. Et tres sunt q̄ te stimoniū dāt in celo: pater / ꝛ fili⁹ / ꝛ spiritus sanctus. Et hij tres vnū sunt. Si testimonium hominum accipimus: testimoniū dei maius est. Quoniam hoc est testimoniū dei qd̄ maius est: quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filiū dei: habet testimonium dei in se. R. Alla. V. Post dies octo ianuis clau sis stetit iesus in medio discipulorū suorū et dixit: pax vobis. Sequentia sancti euangelij secundū Johannem. xx.



In illo tem pore: Cum esset sero die illo vna sabbatorū / ꝛ fores essent clau se vbi erant disci puli congregati propter metū iu deorum: venit ie sus ꝛ stetit in medio eorum ꝛ dixit eis. Pax vobis. Et cū hoc dixisset: ostendit eis manus ꝛ latus. Gaui si sunt ergo discipuli viso domino Dixit ergo eis iterum. Pax vobis Sicut misit me pater: et ego mit to vos. Et cum hoc dixisset: insuf flauit et dixit eis. Accipite spiri tum sanctum. Quorum remiseri tis peccata remittuntur eis: ꝛ quo rum retinueritis retenta sunt. Thomas autem vnus de duode cim qui dicitur didim⁹ nō erat cū eis quando venit iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus do minū. Ille autē dixit eis. Nisi vide ro in manib⁹ eius fixurā clauorū / ꝛ mittā digitū meū in locū clauorū et mittā manū meā in latus eius nō credā. Et post dies octo iterum erāt discipuli ei⁹ intus: et thomas cū eis. Venit iesus ianuis clausis: ꝛ stetit in medio ꝛ dixit. Pax vobis Deinde dixit thome. Infer digitū tuū huc ꝛ vide manus meas: et af fer manum tuam ꝛ mitte in latus meum: ꝛ noli esse incredulus sed fi delis. Respondit thomas: et dixit ei. Dominus meus et deus me us. Dixit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui

non viderũt & crediderunt. Multa quidẽ & alia signa fecit iesus in cõspectu discipulorum suorum: que nõ sũt scripta in libro hoc. Hec autẽ scripta sunt: vt credatis quia iesus est christus filius dei. Et vt credẽtes vitã habeatis: in nomine ei⁹

Offer. Angelus domini descendit de celo & dixit mulieribus: quẽ queritis; surrexit sicut dixit alleluya. **Secreta.**

Suscipe munera q̃s domine exultãtis ecclesie: vt cui causam tanti gaudij prestitisti/ perpetuum fructum cõcede letitie. Per dñm. **Cõmunio.** Mitte manum tuã & cognosce loca clauorũ allũa: & noli esse incredulus sed fidelis allũa allũa. **Postcõio.**

Quesumus dñe deus noster/ vt sacrosãcta mysteria que pro reparationis nostre munimine cõtulisti: & presens nobis remedium esse facias et futurũ. Per d.

¶ Nota q̃ si officiũ p̃dictũ nõ possit dici hac feria secũda pp̃ter aliquod festũ qd̃ impediat/ dicit̃ alia die vacua dicte septimane put in tabula cõtinetur. et etiam per omnes dies vacuos dicte septimane dicitur Introit⁹. Quasi modo ge.

¶ Fer. quarta. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Hebreos. xiij.

Fratres: Obsecro vos obedite p̃positis vestris: & subiacete eis. Ipsi eni puigilãt quasi rationẽ pro animab⁹ vestris reddituri: vt cũ gaudio hoc faciãt & non gemẽtes. Hoc enim non expedit vobis orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiã habemus in omnibus bene volentes cõuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus aũt pacis qui eduxit de mortuis pastorẽ magnũ ouiũ in sanguine testamẽti eterni dñm nostrũ iesũ christũ aptet vos in omni bono vt faciatis ei⁹ voluntatẽ: faciẽs in vobis qd̃ placeat corã se. Per iesum christũ cui est honor & gloria i secula seculorũ amẽ.

¶ Secundum Marcum. xvj. cap.

In illo tempore: Surgẽs iesus mane prima sabbati apparuit primo marie magdalene: de qua eiecerat septẽ demonia. Illa aũt precurrẽs nũciauit hijs qui cũ illo fuerant lugentibus & flentibus. Illi audientes quia viueret & visus esset ab ea: non crediderunt Post hec autẽ duob⁹ ex hijs ambulãtib⁹ apparuit in alia effigie eũtib⁹ in villã. Et illi eũtes nunciauerũt ceteris.

¶ Feria. vj. Lectio epl'e bti Pauli apli ad Romanos. v.

Fratres. Cum essemus adhuc infirmi: christus secundũ tẽpus mortuus est pro impijs. Vix enim pro iusto quis moritur. Nã pro bono forsitã quis audeat mori. Cõmẽdat autẽ suã charitatem deus in nobis: quoniã cũ adhuc peccatores essemus: christus pro nobis mortuus est. Multo magis igitur iustificati nunc in sanguine ipsius: salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cũ inimici essemus: reconciliati sumus deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autẽ sed & gloriamur in deo. Per dominũ nostrũ iesum xp̃m.

¶ Scd̃m Lucam. xxiiij.

In illo tẽpore: Una sabbati valde diluculo venerũt mu-

lieres ad monumentum: portan-
tes que parauerant aromata. Et
inuenerunt lapidem reuolutum
a monumēto: et ingresse non inue
nerunt corpus domini iesu. Et fa-
ctum est dum mente cōsternate es-
sent de isto: ecce duo viri steterunt
iuxta illas i veste fulgēti. Cū time
rēt autē & declinarēt vultū in terrā
dixerūt ad illas. Quid queritis vi
uentē cū mortuis: Non est hic: sed
surrexit. Recordamini qualiter lo
cutus sit vobis: cū adhuc in gali-
lea esset dicēs. Quia oportet filiū
hominis tradi in man⁹ hominū &
crucifigi: & die tertia resurgere. Et
rememorate sunt verborum eius/
& regresse nunciauerūt hec omnia
vndecim: & ceteris omnibus. Erat
autē maria magdalene / et iohan
na/ & maria iacobi/ & cetere que cū
ipsis erant: que dicebāt ad aposto
los hec. Et visa sunt āte illos sicut
deliramentū verba ista: & non cre-
debant illis. Petrus autē surgēs
cucurrit ad monumentum: & pro-
cumbens vidit lintheamina sola
posita. Et abijt secum mirans: qđ
factum fuerat.

Dñica.ij. post pascha Introit⁹.



Misericordia domi-
ni plena est terra
alleluya: verbo dei
celi firmati sūt al-
leluya alleluya. ℣.
Exultate iusti in dño:
rectos decet collaudatio. Gloria pri. Oro

Deus qui in filij tui humili
tate iacentem mūdum ere
xisti: fidelibus tuis perpetuam cō-
cede leticiā: vt quos perpetue mor-
tis eripuisti casibus: gaudijs faci
as sempiternis perfrui. Per eūdē.

Lectio epl'e beati petri apli. j. pe. ij.

Charissimi: Christus passus
est p nobis vobis relinquēs
exēpluū: vt sequamini vestigia eius.
Qui peccatum non fecit: nec inuē-
tus est dolus in ore eius. Qui cum
malediceretur: non maledicebat.
Cum pateretur: non comminaba
tur. Tradebat autem iudicanti se
iniuste: qui peccata nostra ipse per
tulit in corpore suo super lignū: vt
peccatis mortui iusticie viuamus
cuius liuore sanati estis. Eratis
enim aliquando sicut oues erran
tes. Sed conuersi estis ad pastorē
& episcopum: animarum vestrarū
℟. Alleluya. ℣. Ego sum pastor bo-
nus/ et cognosco oues meas & cognoscunt
me mee. Alleluya. ℣. Surrexit domi-
nus et occurrens mulierib⁹ ait auete/ tunc
accesserunt et adorauerunt eum.

Secundum Mattheum. x. cap.



In illo tem
pore Dixit
iesus discipulis su
is. Ego sum pa-
stor bonus. Bo-
nus pastor ani-
mā suā dat pro
ouib⁹ suis. Mer-
cennarius autē &
qui non est pastor cuius non sunt
oues proprie videt lupum venien-
tem: & dimittit oues & fugit. Et lu-
pus rapit: & dispergit oues. Mercē
narius autē fugit quia mercenna
rius est: et non pertinet ad eum de
ouibus. Ego sum pastor bonus.
Et cognosco oues meas: et cogno
scunt me mee. Sicut nouit me
pater: et ego cognosco patrem:

et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere et vocem meã audient. Et fiet unum ovile: et unus pastor. Offertoriũ. Deus deus meus ad te de luce vigilo: et in nomine tuo levabo manus meas alleluya. Secreta. Benedictionem tuam domine nobis conferat salutarẽ sacra semp oblatio: ut quod agit mysterio virtute pficiat. Per dñz. ¶ Diebus dominicis post pascha et festis duplicibus usq ad ascẽsionem domini dicitur Prefatio Te quidem omni tẽpore. nisi festa duplicia talia sint que habeant proprias pfationes. Cõmunio. Ego sum pastor bonus alla: et cognosco oves meas et cognoscunt me mee alleluya alleluya. Postcommunio. Presta nobis oipotẽs deus: ut vivificationis tue gratiam consequentes: in tuo semp mu nere gloriemur. Per dominum.

¶ Feria .iiij. Lectio epistole beati pauli apli Ad Corinthios .j. xv.

Fratres. Si autem christus predicatur quod resurrexit a mortuis: quomodo quidã dicũt in vobis quoniã resurrectio mortuorum nõ est? Si autem resurrectio mortuorum nõ est: neq christus resurrexit a mortuis. Si autem christus nõ resurrexit: inanis est ergo predicatio nostra: inanis est fides vestra. Invenimur autẽ et falsi testes dei: quoniã testimonium diximus adversus deum qd suscitaverit christum/quem nõ suscitavit si mortui non resurgunt. Nã si mortui non resurgunt: neq christus resurrexit. Quod si christus non resurrexit: vana est fides vestra. Adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo et qui dormierunt in christo perierũt. Si in hac vita tãtum in christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nũc autem christus surrexit a mortuis primitie dormientium: quoniam quidem per hominem mors: et per hominem resurrectio mortuorũ. Et sicut in adam omnes moriuntur: ita et in christo omnes vivificabuntur. Unusquisq autem in suo ordine/ Per iesum christũ dominũ nostrũ.

¶ Secundum Mattheũ. ultimo.

In illo tẽpore: Exierunt mulieres de monumẽto cum timore et gaudio magno: currentes nũciare discipulis eius. Et ecce iesus occurrit illis dicẽs. Avete. Ille autem accesserunt et tenuerunt pedes eius: et adoraverunt eum. Tũc ait illis iesus. Nolite timere Ite nũciate fratribus meis ut eãt in galileam: ibi me videbũt. Que cũ abiissent/ecce quidã de custodibus venerunt in civitatem: et nunciaverũt principibus sacerdotum oia que facta fuerãt. Et cõgregati cum senioribus: cõsilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte venerunt: et furati sunt eum vobis dormientibus. Et si hoc auditũ fuerit a preside: nos suadebimus ei et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia: fecerunt sicut erant docti. Et divulgatum est verbũ istud apud iudeos: usq in hodiernum diem.

¶ Sabbato. Lectio epistole beati petri apostoli. j.capitulo.

Charissimi: Scientes qd nō corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra cōuersatione paterne traditionis: sed precioso sanguie quasi agni incontaminati & immaculati iesu christi. Precogniti quidem ante mundi constitutionem: manifestati autem in nouissimis temporibus propter vos qui per ipsum fideles estis in deo qui suscitauit eū a mortuis & dedit ei gloriā: ita vt fides vestra & spes esset in deo. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis: in fraternitatis amore. Simplici ex corde inuicem diligite attentius: renati non ex semine corruptibili sed incorruptibili per verbū dei viui & permanentis in eternū. Quia omnis caro fenum: & omnis gloria eius tāq̄ flos feni. Exaruit enim fenum: et flos eius decidit. Verbum autē domini: manet in eternum.

¶ Secundum Mattheum. ix.ca.

In illo tempore: Accesserūt ad iesum discipuli iohānis: dicentes. Quare nos & pharisei ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis iesus. Nunquid possunt filij sponsi lugere q̄diu cū illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab illis sponsus: et tūc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimētum vetus. Tollit enim pulchritudinē eius a vestimento: & peior scissura fit. Neq; mittunt vinum nouū in vtres veteres: alioquin rūpētur vtres & vinū effundet: et vtres peribunt. Sed vinū nouū in vtres nouos mittūt: & ambo cōseruant.

¶ Dominica tercia post pascha Ad missam Introitus.

Iubilate deo omnis terra alleluya: psalmū dicite nomini eius alleluya / date gloriā laudi ei⁹ alleluya alleluya alleluya. Ps. Dicite deo q̄ terribilia sunt opera tua domine / in multitudie virtutis tue mentientur tibi inimici tui. Oratio.

Deus qui errātibus vt in viam possint redire iustitie veritatis tue lumen ostendis: da cunctis qui christiana professione cēsent & illa respuere que huic inimica sunt nomini: et ea que sunt apta sectari. Per dominū nostrū.

Lectio epistole beati petri apl'i ij.

Charissimi: Obsecro vos tāq̄ aduenas & peregrinos abstinere vos a carnalib⁹ desiderijs que militant aduersus animam. Conuersationem vestrā inter gentes habētes bonam: vt in eo quod detractant de vobis tanq̄ de malefactoribus / ex bonis operibus vos cōsiderantes glorificent deum in die visitatiōis. Subiecti estote omni humane creature: propter deū. Siue regi quasi precellenti. Siue ducibus tanq̄ ab eo missis: ad vindictā malefactorū / laudē vero bonorum. Quia sic est voluntas dei: vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Quasi liberi & non quasi velamen habentes malicie libertatem: sed sicut serui dei. Om

nes honorate: fraternitatem dili-
gite: deum timete/regem honorifi
cate. Serui subditi estote om̄i ti-
more dominis. Non tantū bonis
& modestis: sed etiam discolis. Hec
est enī gratia: In christo iesu dn̄o
nostro. ℟. Alla. ℣. Iterū videbo vos
& gaudebit cor vestrum/ & gaudium vestrū
nemo tollet a vobis. Allelupa. ℣. Nō-
ne cor nostrum ardēs erat in nobis de iesu
dū loqueretur nobis in via. Allelupa.
℣. Modicum et non videbitis me/iterum
modicum & videbitis me.

¶ Secundum Johannem xvj. ca.



In illo tem-
pore Dixit
iesus discipulis su-
is. Modicum & iā
nō videbitis me:
& iterū modicum
& videbitis me: q2
vado ad patrem.
Dixerūt ergo ex
discipulis eius adinuicem. Quid
est hoc quod dicit nobis modicum
et non videbitis me: et iterum mo
dicum et videbitis me: quia va-
do ad patrē? Dicebāt ergo. Quid
est hoc quod dicit nobis modicū?
Nescimus quid loquitur. Cogno-
uit ergo iesus quia volebant eum
interrogare: & dixit eis. De hoc que-
ritis inter vos quia dixi modicum
& non videbitis me: & iterū modicū
& videbitis me? Amen amen dico
vobis: q2 plorabitis & flebitis vos
mūdus autem gaudebit. Uos au-
tem contristabimini: sed tristitia
vestra vertetur in gaudium. Mu-
lier cum parit tristitiam habet: q2
benit hora eius. Cum autem pepe
rerit puerum: iā nō meminit press-
sure propter gaudiū: quia natus
est homo in mundū. Et vos igitur
nunc quidem tristitiam habetis.
Iterum autem videbo vos: & gau
debit cor vestrum. Et gaudium ve
strū: nemo tollet a vobis. ¶ Credo.
Offer. Lauda anima mea dominū lau-
dabo dominum in vita mea: psallam deo
meo quādiu fuero allelupa. Secreta.

His nobis dn̄e mysterijs cō-
feratur quo terrena deside
ria mitigātes discam9 amare cele
stia. Per dominum. Communio.
Modicum & non videbitis me: quia vado
ad patrem allelupa. Postcommunio.

Sacramenta que sumpsim9
domine quesum9 & spirituali
bus nos instruant alimētis: & cor
poralibus tueantur auxilijs. Per
dn̄m. ¶ Feria.iiij. Lectio epistole
beati Johannis apostoli. ij. capitulo

Filioli mei Hec scribo vobis
vt non peccetis. Sed & si qs
peccauerit aduocatum habemus
apud patrem iesum christū iustū:
et ipse est propiciatio pro peccatis
nostris. Non pro nostris autē tan
tum: sed etiam pro totius mundi.
Et in hoc scimus quoniam cogno
uimus eū: si mandata eius obser
uamus. Qui dicit se nosse deum. &
mandata eius non custodit: men-
dax est & veritas in eo non est. Qui
autē seruat verbum eius: vere in
hoc charitas dei perfecta est. Qui
dicit se in christo manere / debet si
cut ille ambulauit & ipse ambula-
re. Charissimi non mādatum no-
uum scribo vobis: sed mandatum
vetus qd̄ habuistis ab initio. Mā-
datum vetus est verbum quod au
distis. Iterum mandatū nouū

scribo vobis quod est verũ & in ipso & in vobis. Quoniã tenebre trãsierunt & lumen verum iam lucet. Per iesum christũ dominũ nostrũ.

¶ Secundum Johannem. iij.ca.

In illo tẽpore. Facta est questio ex discipulis iohannis cum iudeis: de purificatiõe. Et venerunt ad iohannem: & dixerũt ei. Rabbi qui erat tecum trãs iordanem cui tu testimonium perhibuisti / ecce hic baptizat: & omnes veniunt ad eum. Respõdit iohannes: & dixit. Non potest homo accipere quicq̃: nisi fuerit ei datum de celo. Ipsi vos michi testimonium perhibetis quod dixerim vobis / quia non sum ego christus: sed quia missus sũ ante illũ. Qui habet sponsam: sponsus est. Amicus autem spõsi qui stat & audit eum: gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere: me autem minui. Qui de sursum venit: super omnes est. Qui autem est de terra: de terra est & de terra loquitur. Qui de celo venit super omnes est: & quod vidit & audiuit hoc testatur / & testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium: signauit quia deus verax est. Quem enim misit deus: verba dei loquitur. Non enim ad mẽsuram dat deus spiritum. Pater diligit filium: & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium: habet vitam eternam. Qui autem incredulus est filio: non videbit vitam / sed ira dei: manet super eum.

¶ Feria sexta. Lectio actuum apostolorum. iij. capitulo

In diebus illis: Dixerunt apostoli. Charissimi cum venerint tempora refrigerij vobis ãte cõspectum domini / & miserit eum qui predicatus est vobis Jesum christum quem oportet quidem de celo suscipere vsq̃ ad tempus restitutionis omnium que locutus est deus per os sanctorum suorũ a seculo prophetarum. Moyses quidẽ dixit. Quia prophetã vobis suscitabit dominus deus vester de fratribus vestris: tanq̃ meipsum audietis iuxta omnia que locutus fuerit vobis. Erit autem omnis anima que non audierit prophetam illũ: exterminabitur de plebe. Et omnes prophete a samuele & deinceps qui locuti sunt annunciauerunt dies istos. Vos estis filij prophetarum & testamẽti: quod disposuit deus ad patres vestros dicẽs ad abraham. In semine tuo: benedicentur omnes familie terre. Vobis primum deus suscitauit filiũ suum / & misit eum benedicentem vobis vt conuertat se vnusquisq̃: a nequicia sua.

¶ Scd̃z Johãnẽ. xij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Ego lux in hunc mundum veni: vt omnis qui credit in me in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea & non custodierit ea: ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicẽ mundum: sed vt saluificem mundum. Qui spernit me & non audit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eũ in nouissimo die. Quia ego ex meipso nõ sum locutus: sed qui misit me pater ipse mandatũ

dedit michi quid dicã aut quid loquar. Et scio quia mandatũ eius vita eterna est. Que ergo ego loquor sicut dixit michi pater: sic loquor. ¶ Dominica quarta post pascha Ad missam Introitus.



Cantate domino cãticum nouum alleluya/quia mirabilia fecit domin⁹ alleluya ante conspectum gẽtium reuelauit iusticiam suam allelupa alleluya. ps. Saluauit sibi dextera eius & brachium sanctum eius. Gloria. Oratio

Deus qui fidelium mentes vni⁹ efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod precipis: id desiderare quod promittis: vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda: vbi vera sũt gaudia Per dominum nostrum.

Lectio epistole bti Jacobi apli. j.

Charissimi. Omne datũ optimũ & omne donũ perfectum desursum est descendẽs a patre luminum. Apud quem non est transmutatio: nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis: vt simus initiũ aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autẽ omnis homo velox ad audiendũ: tardus autem ad loquendum: et tardus ad iram. Ira enim viri iusticiam dei non operatur. Propter quod abijcientes omnem immundiciam/& abũdantiam malicie: in mansuetudine suscipite insitũ verbũ. Quod potest saluare animas vestras. Alleluya. y⁹. Vado ad eum qui me misit: et nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Alleluya. V. Surrexit christus qui creauit omnia: & misertus est humano generi. Alleluya. V. Oportebat pati christum & resurgere a mortuis: & ita intrare in gloriam suam alleluya. y⁹. Surrexit altissimus de sepulchro: qui pro nobis pependit in ligno.

¶ Secundum Johannem. xvj. ca.



In illo tempore Dixit ie⁹ discipulis suis. Vado ad eum qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me quo vadis Sed q2 hec locutus sum vobis tristitia impleuit cor vestrũ. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam. Si enim nõ abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si autem abiero: mittam eũ ad vos. Et cum venerit ille arguet mundũ de peccato: & de iusticia/et de iudicio. De peccato quidem: q2 non crediderũt in me. De iusticia vero: quia ad patrem vado & iam nõ videbitis me. De iudicio autẽ: quia princeps mundi huius iã iudicat⁹ est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso: sed queciq3 audiet loquetur: & que vẽtura sunt annunci abit vobis. Ille me clarificabit/quia de meo accipiet: & annunciabit vobis. Credo. Offertoriũ.

Iubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra. psalmum dicite nomini eius/ venite et audite & narrabo vobis

omnes qui timetis deum quanta fecit dominus anime mee alleluya. **Oratio.**

DEus qui nos per huius sacrificij veneranda commercia vnius summe⁊ diuinitatis participes effecisti: presta quesumus / vt sicut tuam cognoscimus veritatem: sic eam dignis moribus assequamur. Per dominum. **Communio.** Cum venerit paraclitus spiritus veritatis: ille arguet mundum de peccato et de iusticia et de iudicio alleluya alleluya. **Postcommunio.**

ADesto nobis domine deus noster vt per hec que fideliter sumpsimus: ⁊ purgemur a vicijs / et a periculis omnibus eruamur. Per dominum. ¶ **Feria quarta. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Thessalonicenses.** v. cap.

FRatres: Omnes vos filij lucis estis: ⁊ filij dei. Non sumus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut ⁊ ceteri: sed vigilemus ⁊ sobrij simus. Qui enim dormiunt nocte dormiunt. Et qui ebrij sunt: nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus sobrij simus. Induti lorica fidei ⁊ charitatis ⁊ galeam spem salutis. Quoniam non posuit nos deus in iram: sed in acquisitionem salutis per dominum nostrum iesum christum qui mortuus est pro nobis. Ut siue vigilemus / siue dormiamus: simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem: ⁊ edificate alterutrum In christo iesu domino nostro.

¶ **Secundum Johannem.** xvij. c.

IN illo tempore. Respiciens iesus in discipulos suos dixit. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti michi: vt sint vnum sicut ⁊ nos vnum sumus. Cum essem cum eis: ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti michi custodiui: ⁊ nemo ex eis perijt / nisi filius perditionis vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio / ⁊ hec loquor in mundo: vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: ⁊ mundus eos odio habuit / quia non sunt de mundo sicut ⁊ ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. De mundo non sunt: sicut ⁊ ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum / et ego misi eos in mundum: ⁊ pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum: sed pro eis qui credituri sunt in me per verbum ipsorum. Ut omnes vnum sint sicut tu pater in me ⁊ ego in te vt et ipsi in nobis vnum sint: vt mundus credat quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti michi dedi eis vt sint vnum sicut ⁊ nos vnum sumus. Ego in eis / ⁊ tu in me vt sint consummati in vnum: et cognoscat mundus quia tu me misisti: ⁊ dilexisti eos sicut ⁊ me dilexisti. Pater quos dedisti michi volo vt vbi sum ego: ⁊ illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti michi: quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Pater iuste hic mundus te non cognouit: ego autem te cognoui. Et hij cognouerunt quia tu me misisti: ⁊ notum feci eis nomen tuum / ⁊ notum faciam / vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit: ⁊ ego in ipsis

¶Fer.vj.Lectio actuū apłoꝝ.xv.

In diebus illis: Respōdit iacob⁹ dicēs. Viri fratres audite me. Symon narrauit quēadmodum primo deus visitauit sumere ex gentibus populum nomini suo:ꝛ huic concordāt verba prophetarum sicut scriptum est. Post hec reuertar ꝛ reedificabo tabernaculum dauid quod decidit:ꝛ diruta eius reedificabo. Et erigā illud: vt requirent ceteri hominum dominum deum et omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum. Dixit dominus faciēs hec. Notum a seculo est domino/opus suum. Propter qđ ego iudico non inquietare eos qui ex gentibus cōuertūtur ad deum: sed scribere ad eos/vt abstineant se a contaminationibus simulachrorum/ꝛ fornicatione/ꝛ suffocatis et sanguine. Moyses enim a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatib⁹ qui eum predicent in synagogis: vbi per omne sabbatum legitur. Tunc placuit apostolis ꝛ senioribus cum omni ecclesia eligere viros ex eis/ꝛ mittere anthiochiā cū paulo ꝛ barnaba iudā qui cognominatus est barsabas/ꝛ syllam vi ros primos in fratribus: scribentes per manus eorum.

¶Secundum iohannem. xiiij.ca.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Filioli adhuc modicum vobiscū sum. Queretis me: ꝛ sicut dixi iudeis quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis/vt diligatis inuicē: sicut et ego dilexi vos/ vt ꝛ vos inuicem diligatis. In hoc cognoscent omnes qꝛ discipuli mei estis si dilectionē habueritis adinuicē. Dixit ei symō petr⁹. Domine quo vadis: Respondit iesus. Quo ego vado nō potes me sequi modo: sequeris autem postea. Dominica quinta post pascha Introitus.



Ocem iocūditatis annūciate ꝛ audiatur alleluya/nūciate vsqꝫ ad extremū terre liberauit dominus populū suū alleluya alła. Ps. Iubilate deo omnis terra/psalmū dicite nomini eius date gloriam laudi eius. Gloria patri. Oratio.

Deus a quo bona cūcta procedūt/ largire supplicibus vt cogitemus te inspirante que recta sunt:ꝛ te gubernāte eadem faciamus. Per dominū. Lectio epistole beati iacobi apostoli.j.capło

Charissimi. Estote factores verbi ꝛ non auditores tantum: fallētes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi ꝛ non factor: hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se et abijt: et statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis/ꝛ permanserit in ea non auditor obliuiosus factus/sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Si quis autē putat se religiosum esse non refrenans linguā suam/sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio mūda ꝛ imaculata apud deum ꝛ patrem hec est: visitare pupillos ꝛ viduas in tribulatiōe eo-

rū: et immaculatum se custodire ab hoc seculo. Alla. ꝟ. Usq̧ modo nō petistis q̄cq̄ petite ⁊ accipietis vt gaudium vestrum sit plenū. Alleluya. ꝟ. Benedictus es dn̄e deus qui resurrexisti a mortuis miserere nobis. Alleluya. ꝟ. Redemptionē misit dominus populo suo.

Secundum Johannem. xvj. ca.



In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: si quid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Usq̧ modo nō petistis quicq̄ in nomine meo. Petite ⁊ accipietis: vt gaudium vestrū sit plenū. Hec in prouerbijs locutus sum vobis. Uenit hora cū iā nō in prouerbijs loquar vobis: sed palā de patre meo annunciabo vobis. In illa die in nomine meo petetis. Et non dico vobis: quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos: quia vos me amastis/ ⁊ credidistis quia a deo exiui. Exiui a patre: ⁊ veni in mundum. Iterum relinquo mūdum: ⁊ vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loqueris: ⁊ prouerbium nullum dicis. Nunc scimus q2 scis omnia: ⁊ non est opus tibi vt q̄s te interroget. In hoc credimus: quia a deo existi. Credo.

Offr. Benedicite gentes dominum deum nostrum/ ⁊ obaudite voci laudis eius/ qui posuit animam meam ad vitam ⁊ non dedit commoueri pedes meos benedictus dominus qui non amouit deprecationē meā ⁊ misericordiam suā a me alla. Secreta

Suscipe domine fideliū preces cum oblationibus hostiarum: vt per hec pie deuotionis officia ad celestem gloriam transeamus. Per dominnm. Communio

Cantate domino alleluya/ cantate dn̄o ⁊ benedicite nomini eius bene nūciate de die in diē salutare eius alla alla. Postcō.

Tribue nobis domine celestis mēse satiatis ⁊ desiderare que recta sunt: ⁊ desiderata percipere. Per dominum nostrū.

Feria.ij. in rogationibus Offiū.

Exaudiuit dominus de templo sancto suo vocem meam allelluya. ⁊ clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius alleluya alleluya. Ps. Diligam te domine fortitudo mea/ dominus firmamentum meum / et refugiū meū ⁊ liberator meus. Gloria patri. Oratio.

Presta quesumus omnipotēs deus: vt qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus/ cōtra aduersa omnia tua semp protectiōe muniamur. Per dominū.

Lectio epistole bti Jacobi apli. v.

Charissimi: Confitemini alterutrum peccata vestra: et orate p inuicē vt saluemini. Multū enim valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis: ⁊ oratiōe orauit vt non plueret super terrā/ ⁊ nō pluit annos tres: ⁊ mēses sex. Et rursuz orauit: ⁊ celum dedit pluuiā / ⁊ terra dedit fructum suū. Si quis autem ex vobis errauerit a veritate ⁊ conuerterit quis eum: scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue / saluabit

animam eius a morte. Et operit multitudinem peccatorum. Alle luya. V. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius

Secundum Lucam. xj. capitulo.



In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Quis vestrum habebit amicum et ibit ad illum media nocte: et dicet illi. Amice commoda michi tres panes/ quoniam amicus meus venit de via ad me: et non habeo quod ponam ante illum/ et ille deintus respondens dicat. Noli michi molestus esse iam ostium clausum est: et pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere et dare tibi. Et ille si perseueraverit pulsans: dico vobis / et si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit: propter improbitatem tamen eius surget et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico. Petite et dabitur vobis. Querite/ et inuenietis. Pulsate: et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: et qui querit inuenit: et pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem: nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali/ nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester de celo dabit spiritum bonum: petentibus se. Offertorium. Confitebor domino nimis in ore meo et in medio multorum laudabo eum qui astitit ad dexteram pauperis vt saluam faceret a persequentibus animam meam alleluya. Secreta

Hec munera quesumus domine et vincula nostre prauitatis absoluant: et tue nobis misericordie dona concilient. Per dominum. Communio. Petite et accipietis/ querite et inuenietis/ pulsate et aperietur vobis: omnis enim qui petit accipit/ et qui querit inuenit et pulsanti aperietur alleluya. Postcommunio.

Vota nostra quesumus domine pio fauore prosequere: vt dum dona tua in tribulatione percipimus: de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dominum.

In vigilia ascensionis Officium



Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis alleluya. Ps. Subiecit populos nobis et gentes sub pedibus nostris. Gloria patri. Oratio.

Presta nobis omnipotens pater: vt nostre mentis intentio quo solennitatis venture gloriosus auctor ingressus est semper intendat: et quo fide pergit conuersatione perueniat. Per eundem.

Lectio actuum apostolorum. iiij.

In diebus illis: Multitudinis autem credentium erat cor vnum: et anima vna. Nec quisquam eorum que possidebat aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis iesu christi domini nostri: et gratia magna erat in omnibus illis. Nec enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim pos-

ſeſſores domorum aut agrorum erant/ vendentes afferebãt precia eorum que vendebant: ⁊ ponebant ante pedes apoſtolorum. Diuidebantur autem ſingulis: prout cui opus erat. Alleluya. V. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Scdʒ iohãnẽ. xvij.

In illo tempore: Sub leuatis ieſus oculis in celũ: dixit. Pater venit hora/ clarifica filium tuũ: vt filius tuus clarificet te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis: vt omne quod dediſti ei det eis vitã eternam. Hec eſt enim vita eterna: vt cognoſcãt te ſolum deum verum/ ⁊ quem miſiſti ieſum chriſtũ. Ego te clarificaui ſuper terram: opus cõſummaui quod dediſti michi vt faciam. Et nũc clarifica me tu pater apud temetipſũ claritate quã habui: priuſq̃ mundus eſſet apud te. Manifeſtaui nomen tuum hominib⁹ quos dediſti michi de mundo. Tui erant/ ⁊ michi eos dediſti: ⁊ ſermonẽ tuũ ſeruauerunt. Nũc cognouerũt quia omnia que dediſti michi abs te ſunt: quia verba que dediſti michi dedi eis. Et ipſi acceperunt et cognouerunt vere: quia a te exiui/ ⁊ crediderunt quia tu me miſiſti. Ego pro eis rogo nõ pro mũdo rogo: ſed pro hijs quos dediſti michi quia tui ſunt. Et omnia mea tua ſunt/ ⁊ tua mea ſunt: et ego clarificat⁹ ſum in eis. Et iã non ſum in mundo: ⁊ hij in mũdo ſunt/ ⁊ ego ad te venio. Credo nõ dicitur. Offer. Aſcẽdit deus in iubilatione: ⁊ dñs in voce tube alła. Secreta.

Sacrificium domine pro filij tui venerabili ſupplices quam preuenimus aſcenſione deferimus: preſta queſum⁹/ vt ⁊ nos p ipm hijs cõmercijs ſacroſanctis ad celeſtia conſurgamus. Per eũdem. Cõio. Pater cũ eſſem cũ eis ego ſeruabã eos quos dediſti michi alła/ nunc autẽ ad te venio nõ rogo vt tollas eos de mundo/ ſed vt ſerues eos a malo alleluya alleluya. Poſtcommunio.

Tribue q̃s dñe vt per hec ſacra que ſumpſim⁹: illuc tẽdat noſtre deuotionis affect⁹/ quo tecum eſt noſtra ſubſtantia ieſus chriſtus filius tuus dominus noſter. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus: Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

In die aſcenſionis domini Ad miſſam Introitus.


Viri galilei quid admiramini aspicientes in celum alleluya: quemadmodum vidistis eum ascendentem in celum ita veniet alleluya alla alleluya. Ps. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Gloria. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos ascendisse credimus: ipsi quoque mente in celestibus habitemus. Per eundem dominum

Lectio actuum apostolorum. j.

Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile/que cepit iesus facere et docere vsque in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta/apparens eis et loquens de regno dei. Et conuescens precepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris: quam audistis inquit per os meum. Quia iohannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto: non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant: interrogabant eum dicentes. Domine: si in tempore hoc restitues regnum israel? Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta / que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos: et eritis mihi testes in hierusalem/ et in omni iudea/et samaria/et vsque ad vltimum terre. Et cum hoc dixisset: videntibus illis eleuatus est/et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in celum? Hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Alleluya. V. Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube. Alleluya. V. Ascendens christus in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. Alleluya. V. Dominus in syna in sancto ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem. Prosa

Rex omnipotens die hodierna alleluya. Mundo triumphali redempto potentia. Victor ascendit celos vnde descenderat. Nam quadraginta postquam surrexerat. Diebus sacris confirmans pectora. Apostolorum pacis cara relinquens oscula. Quibus et dedit potestatem laxandi crimina. Et misit eos in mundum baptizare cunctas animas. In patris et filij et sancti spiritus clementia. Et conuescens precepit eis ab hierosolymis. Ne abirent sed expectarent promissa munera Non post multos enim dies mittam vobis spiritum paraclitum in terra. Et eritis michi testes in hierusalem iudea siue samaria. Et cum hoc dixisset videntibus illis eleuatus est et nubes clara. Suscepit eum ab eorum oculis intuentibus illis ethera. Ecce stetere amicti duo viri in veste alba.

Iuxta dicentes quid admiramini polorū alta. Iesus eñ hic qui assumptꝯ est a vobis ad patris dexterā. Ut ascendit ita veniet querens talenti cōmissi lucra. O deꝯ maris poli arui hominem quem creasti quem fraude subdola. Hostis expulit paradiso et captiuatū secum traxit ad tartara. Sanguine proprio quem redemisti deus. Illuc et prehis vnde priꝯ corruit paradisi gaudia. Iudex cum veneris iudicare seculū. Da nobis petimꝯ sempiterna gaudia/in sanctorū patria. In qua tibi cātemꝯ alleluya. ¶ Scdm Marcum. xvj.



In illo tempore. Recūbentibꝯ vndecim discipulis apparuit illis iesus: et exprobrauit incredulitatē illorū et duriciam cordis: quia hijs qui vide rant eum resurrexisse non crediderant. Et dixit eis. Euntes in mundū vniuersum: predicate euangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: salvꝯ erit. Qui vero non crediderit: condemnabitur. Signa autē eos qui crediderint: hec sequentur. In nomine meo demonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: non eis nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt. Et dominus quidem iesus postꝗ̄ locutus est eis assumptus est in celum: et sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerunt vbiq; domino cooperante et sermonem confirmante: sequentibus signis. ¶ Credo dicitur et ꝑ octa. et in octauis. Offertoriū. Uiri galilei quid admiramini aspicientes in celum/ hic iesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodū vidistis eum ascendentē in celum alleluya. Secreta.

Suscipe domine munera que pro filij tui gloriosa ascensione deferimus: et cōcede propicius vt a presentibꝯ periculis liberemur: & ad vitā perueniamꝯ eternam. Per eūdem. Prefa. Qui post resurrectionē. Cōmunicantes. ꝗre ante canonē. et sic dicitur per octauas et in octa. Cōio. Psallite domino qui ascendit super celos celorum ad orientem alleluya. Postcōio.

Presta nobis quesumꝯ ops & misericors deus: vt que visibilibus mysterijs sumēda percepimus: inuisibili consequamur effectu. Per. ¶ Feria sexta. Lectio epistole beati pauli apli Ad ephe. iiij.

Fratres: Unicuiq; nostrum data est gratia secundū mēsuram donatiōis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altū captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autē ascēdit: quid est/ nisi quia et descendit primū in inferiores partes terre. Qui descendit ipse est: et qui ascendit super omnes celos: vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos/ quosdam aūt prophetas. Alios vero euangelistas/alios autem pastores et doctores: ad consummationem sanctorum in opus ministerij in edificationem corporis christi: donec

occurramus omnes in unitatem fidei: et agnitiōis filij dei / in virū perfectum: in mensuram etatis plenitudinis christi.

¶Secundum Lucam. ultimo.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego mittā promissū patris mei in vos. Uos aūt sedete in ciuitate / donec induamini virtute ex alto. Eduxit aūt eos foras in bethaniā: et eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factū est dū benediceret eis: recessit ab eis et ferebatur in celum. Et ipsi adorantes / regressi sunt in hierusalem cum gaudio magno: et erant semper in templo laudantes et benedicētes deum. ¶Sabbato. Lectio actuum apostolorum. j.

In diebus illis. Regressi sūt apostoli hierosolimis a mōte qui vocatur oliueti / qui est iuxta hierusalem: sabbati habens iter. Et cum introissent in cenaculum: ascēderunt vbi manebāt / petrus / et iohānes / iacobus / et andreas / philippus / et thomas / bartholomeus / et mathias / iacobus alphei / et symon zelotes / et iudas iacobi. Hij omnes erāt perseuerātes vnanimiter in orōne cū mulieribus et maria matre iesu: et fratribus eius. ¶Scdʒ Marcū. ij

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nūquid possunt filij nuptiarū ieiunare quādiu cum illis est sponsus? Quanto tēpore habent secum sponsum: non possunt ieiunare. Uenient autem dies cū auferetur ab eis spōsus: et tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimēto veteri. Alioquin aufert supplemētum nouum a veteri: et maior scissura fit. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin disrumpet vinum vtres / et vinum effundetur et vtres peribunt. Sed vinū nouū in vtres nouos mitti debet. Et factū est iterum cum dūs sabbatis ambularet per sata: et discipuli eius cepe rūt pregredi et vellere spicas. Pharisei aūt dicebāt ei. Ecce qd faciūt discipli tui sabbatis: qd nō licet. Et ait illis. Nūqd legistis qd fecerit dauid quādo necessitatem habuit et esuriit ipse et qui cum eo erāt? Et dicebat eis. Sabbatū propter hominem factum est: et non homo propter sabbatum. Itaqʒ dominus est filius hominis etiam sabbati.

¶Dominica infra octauas. Ad missam Introitus.

Exaudi domine vocē meam qua clamaui ad te alleluya: tibi dixit cor meū quesiui vultū tuū / vultū tuū domine requiram / ne auertas faciē tuā a me alleluya alleluya. Ps. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo. Gloria. Oro

Omnipotēs sempiterne deus fac nos tibi semper et deuotam gerere voluntatē: et maiestati tue sincero corde seruire. Per.

¶Lectio ep̄le btī petri apli. j. pe. iiij.

Charissimi. Estote prudentes: et vigilate in orationibus. Ante omnia autē mutuam in vobismetipsis cōtinuā charitatem habētes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicē: sine murmuratione.

Unusquisque sicut accepit gratiã/ in alterutrum illam administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Si quis loquitur: quasi sermones dei. Si quis ministrat: tanquam ex virtute quã administrat deus: vt in omnibus honorificetur deus. Per iesum christũ dñm nostrũ. Alla. ỽ. Ascendit deus in iubilatione et dominus in voce tube. Alla. ỽ. Non vos relinquam orphanos vado ⁊ venio ad vos et gaudebit cor vestrũ

Secundum Johannem. xv.



In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cum venerit paraclit⁹ quẽ ego mittã vobis a patre spiritum veritatis q̃ a patre procedit: ille testimoniũ perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis/quia ab initio mecũ estis. Hec locutus sum vobis: vt nõ scãdalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora: vt oĩs qui interficit vos arbitretur obsequiũ se prestare deo. Et hec faciẽt vobis: q2 non nouerunt patrem neque me. Sed hec locutus sum vobis: vt cũ venerit hora eorũ reminiscamini: q2 ego dixi vobis. Offer. Lauda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea/psallam deo meo quãdiu ero alleluya. Secreta.

Sacrificia nos dñe immaculata purificẽt: ⁊ mentibus nostris superne gratie dent vigorem Per dominũ nostrũ iesum christũ Cõmunio. Pater cum essem cum eis ego seruabam eos quos dedisti michi alleluya / nunc autem ad te venio non rogo vt tollas eos de mũdo / sed vt serues eos a malo alleluya alleluya. Postcõmunio.

Repleti domine muneribus sacris: da quesumus vt semper in gratiarum actione maneamus. Per dñm. Feria quarta. Lectio epistole beati Pauli apostoli. Ad hebreos. ij. capitulo.

Fratres. Uidimus iesũ christum propter passionẽ mortis gloria ⁊ honore coronatum: vt gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eũ propter quem omnia / et per quem omnia qui multos filios in gloriã adduxerat: auctorẽ salutis eorum per passionẽ consummare. Qui enim sanctificat et qui sanctificantur: ex vno omnes. Propter quã causã non cõfunditur fratres eos vocare dicens. Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterũ. Ego ero fidens in eum. Et iterũ. Ecce ego et pueri mei quos dedit michi deus. Quia ergo pueri cõmunicauerunt carni et sanguini: et ipse similiter participauit eisdem/ vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium id est diabolum: et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti. Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehendit Unde debuit per oĩa fratrib⁹ similari vt misericors fieret: et fidelis pontifex ad deum vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse et tentatus: potens est et eis qui tentantur auxiliari. Unde fratres sãcti vocationis ce-

lestis pricipes considerate apostolum ꝛ pōtificē confessionis nostre iesum christum dominum nostrū.
¶ Secundum Johannem. xv.
In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si mãseritis in me/ꝛ verba mea in vobis manserint:qḋcunq; volueritis petetis/et fiet vobis. In hoc clarificatus est pater me⁹/vt fructū plurimū afferatis ꝛ efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater ꝛ ego dilexi vos:manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea/sicut ꝛ ego patris mei precepta seruaui ꝛ maneo in e⁹ dilectiōe. Hec locut⁹ sū vobis vt gaudium meū in vobis sit: et gaudium vestrum impleatur.
¶ Fer. v. in octauis ascensio. dñt totū officiū misse vt in die ascēsio. hoc excepto q̄ prosa non dr. q̄re s.
¶ Fe. vi. post oc. asce. dñi totū offm misse vt s. dñica preced. ꝓter epistam ꝛ euange. que sequūt hoc excepto q̄ Gloria in excel. Credo ꝛ Prefa. nō dr. Lectio actuū aplorum. ij.
In dieb⁹ illis. Dixit petrus. Uiri fratres liceat audacter dicere ad vos de patriarcha dauid quoniam defunctus est ꝛ sepultus et sepulchrū eius est apud nos vsq; in hodiernū diē. Propheta igitur cum esset et sciret q2 iureiurando iurasset illi deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: prouidens locutus est de resurrectione christi/quia neq; derelictus est in inferno: neq; caro eius vidit corruptionem. Hunc iesum resuscitauit deus: cuius nos omnes testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus: et promissione spiritussancti accepta a patre effudit hoc quod vos videtis et auditis. Non enim dauid ascendit in celum. Dixit autem ipse. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū. Certissime ergo sciat omnis domus israel: quia et dñm meum ꝛ christum/deus fecit hunc iesum quem vos crucifixistis. His autem auditis compūcti sunt corde: et dixerunt ad petrum ꝛ ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? Ostendite nobis. Petrus vero dixit ad illos. Penitentiam inquit agite: et baptizet vnus quisq; vestrum in nomine domini nostri iesu christi: in remissionem peccatorū vestrorū. Et accipietis donum spiritus sancti. ¶ Sequentia sctī euāgelij Scd̄m Johānē xv
In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Ego sum vitis vera: ꝛ pater meus agricola est. Omnē palmitem in me non ferētem fructum: tollet eum. Et omnē q̄ fert fructū purgabit eū vt fructū plus afferat. Jam vos mūdi estis: propter sermonē quē locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest fructū ferre a semetipso nisi mãserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis/et vos palmites. Qui manet in me et ego in eum: hic fert fructum multum: q2 sine me nichil potestis facere. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes/ꝛ arescet ꝛ colligent eum/et in ignem mittent et ardet. Si manseritis in me/et

verba mea in vobis mãserint: qđ cũqꝫ volueritis petetis: ⁊ fiet vobis

¶ Sabbato in vigi. penthecosto. oẽs lectiones debent legi cum titulis.

Lectio libri Genesis. xxij.

Tentauit deus abraham: et dixit ad eum. Abraham abrahã. At ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filiũ tuũ vnigenitũ quẽ diligis isaac: ⁊ vade in terrã visionis / atqꝫ offeres illũ ibi in holocaustũ super vnũ mõtiũ quẽ monstrauero tibi. Igitur abraham de nocte consurgẽs strauit asinũ suũ ducens secũ duos iuuenes et isaac filiũ suum. Cumqꝫ cõcidisset ligna in holocaustũ: abiit ad locũ quẽ preceperat ei deus. Die aũt tertio eleuatis oculis vidit locũ procul: dixitqꝫ ad pueros suos. Expectate hic cũ asino / ego et puer illuc vsqꝫ properãtes postq̃ adorauerim⁹ reuertemur ad vos. Tulit quoqꝫ ligna holocausti: ⁊ imposuit sup isaac filiũ suũ. Ipse vero portabat in manibus ignẽ ⁊ gladiũ. Cũqꝫ duo pergerent simul: dixit isaac patri suo Pater mi. At ille respõdit. Quid vis fili. Ecce inquit ignis ⁊ ligna. Ubi est victima holocausti. Dixit abrahã. Deus prouidebit sibi victimã holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter / veneruntqꝫ ad locũ quem ostenderat ei deus. In quo edificauit altare: ⁊ desuper ligna composuit. Cumqꝫ colligasset isaac filium suum: posuit eum in altare super struẽ lignorum. Extẽditqꝫ manum ⁊ arripuit gladiũ: vt immolaret filiũ suum. Et ecce angelus domini de celo clamauit dicens. Abraham abraham. Qui respondit. Adsum. Dixitqꝫ ei. Non extẽdas manũ tuã super puerum / neqꝫ facias illi q̃cq̃. Nũc cognoui quod timeas dominũ / et nõ pepercisti vnigenito filio tuo ꝓpter me. Leuauit abrahã oculos suos: viditqꝫ post tergum arietem inter vepres herẽtem cornibus. Quẽ assumens: obtulit holocaustum pro filio. Appellauitqꝫ nomen loci illi⁹: dñs videt. Unde vsqꝫ hodie dicitur in mõte dñs videbit. Uocauit autẽ angelus domini abrahã secundo: de celo dicẽs. Per memetipsum iuraui dicit dñs / quia fecisti rem hãc et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me: benedicã tibi et multiplicabo semẽ tuum sicut stellas celi et velut arenã que est in littore maris. Possidebit semen tuũ portas inimicorũ suorum / et benedicẽtur in semine tuo omnes gẽtes terre q2 obedisti voci mee. Reuersusqꝫ est abraham ad pueros suos abieruntqꝫ versabee simul: ⁊ habitauit ibi. Sine Dñs vo. Oratio.

Deus qui in abrahe famuli tui opere humano generi obediẽtie exẽpla prebuisti: cõcede nobis et nostre voluntatis prauitatem frangere / et tuorũ preceptorum rectitudinem in omnibus adimplere. Per. Lectio libri Deuteronomij. xxxi. tamen legitur cũ titulo sub tono nocturnali.

Scripsit moyses canticũ / et docuit filios israel: p̃cepitqꝫ iosue filio num ⁊ ait. Cõfortare ⁊ esto robustus: tu eni introduces filios israel ĩ terra quã pollici⁹ sũ: ⁊ ego ero tecũ. Postq̃ ergo scripsit moyses verba legis huius in volu

mine/atq3 compleuit/precepit leuitis qui portabant archam federis domini dicens. Tollite librū istū/ & ponite illum in latere arche federis domini dei nostri: ut sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionē tuam & ceruicem tuam durissimam. Adhuc uiuente me et ingrediente vobiscū semper cōtentiose egistis contra dominū: quanto magis cum mortuus fuero? Cōgregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras atq3 doctores: et loquar audientib9 eis sermones istos et inuocabo cōtra eos celū et terrā. Noui enim quod post mortē meā inique agetis: & declinabitis cito de via quā precepi vobis. Et occurrēt vobis mala in extremo tempore/ quādo feceritis malum in conspectu dñi/ ut irritetis eum per opera manuū vestrarū. Locutus est ergo moyses audiēte vniuerso cetu israel vba carminis huius: & ad finē vsq3 cōpleuit. Tr.

Attende celum et loquar et audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetur sicut pluuia eloquiū meū/ et descēdant sicut ros verba mea sicut ymber super gramina/ et sicut nix super fenum quia nomen domini inuocabo. ℣. Date magnificētiam deo nostro/ deus vera opera eius & omnes vie ei9 iudicia. ℣. Deus fidelis in quo non est iniquitas/ iustus & sāctus domin9. Oratio sine Dominus vobiscum.

Deus qui nobis per prophetarū ora precepisti temporalia relinquere atq3 ad eterna festinare: da famulis tuis ut q̄ a te iussa cognouim9: implere celesti inspiratiōe valeam9. P. Lec. Esaie pphete. iiij. Cū legit sine titulo sub tono noc. Antis.

Apprehēdēt septē mulieres virū vnū in die illa: dicentes. Panē nostrum comedemus et vestimētis nostris operiemur/ tm̄ modo inuocetur nomen tuū super nos: aufer opprobriū nostrum. In die illa erit germen dñi in magnificētia & gloria: & fructus terre sublimis/ & exultatio his qui saluati fuerint de israel. Et erit oīs qui relictus fuerit in syon et residuus in hierusalē sctūs vocabitur: oīs qui scriptus est in vita in hierusalem. Si abluerit dñs sordem filiarum syon: & sanguinē hierusalē lauerit de medio ei9 in spū iudicij et in spiritu ardoris. Et creabit dominus super omnē locū mōtis syon/ & vbi inuocatus est nubem per diem/ et fumū et splendorē ignis flāmātis in nocte. Super omnē enim gloriā protectio et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab estu/ & in securitatem et in abscōsionem a turbine et a pluuia. Tractus.

Uinea facta est dilecto in cornu: in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedi et circunfodi et plantaui vineam soreth, et edificaui turrim in medio ei9. ℣. Et torcular fodi in ea/ vinea enim sabaoth domus israel est. Sine Dñs vo. Oro.

Deus qui nos ad celebrandum festiuitatē sancti spiritus vtriusq3 testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuam: vt ex perceptione presentiū munerū/ firma sit expectatio futurorū. Per dñm. eiusdē.

Lectio Baruch prophete. iiij.

Audi israel mandata vite: auribꝰ percipe vt scias prudētiā. Quid est israel q̄ in terra ini

mitorum es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatꝰ es cũ mortuus deputatus es cũ his qui in inferno sũt: dereliquisti fõtẽ sapientie. Nã si in viã dei ambulasses: habitasses vtiq; in pace super terrã. Disce vbi sit sapientia / vbi sit virtus / vbi sit prudentia: vt scias simul vbi sit lõgiturnitas vite ⁊ virtus / vbi sit lumen oculorũ et pax. Quis inuenit locum eius / ⁊ quis introiuit in thesauros eius? Ubi sunt principes gentium et qui dominãtur super bestias que sunt in terra? Qui in auibus celi ludunt: qui argentũ thesaurisant et aurum in quo confidunt homines / et non est finis acquisitionis eorum. Qui argẽtum fabricant ⁊ solliciti sunt: nec est inuentio operum illorũ. Et tamẽ exterminati sunt et ad inferos descẽderunt: ⁊ alij in locum illorum surrexerunt. Iuuenes viderunt lumẽ: et habitauerunt super terram. Uiam autem discipline nescierũt / neq; intellexerunt semitas eius / neq; susceperunt eam filij eorum. A facie eorum longe facta est. Non est audita i terra chanaã / neq; visa est in themam. Filij quoq; agar qui exquisierunt prudentiam que de terra est: negotiatores terre et themã et fabulatores et exquisitores prudentie et intelligentie. Uiã autem sapientie nescierunt / neq; meminerunt semitarũ eius. O israel q̃ magna est domus dei et ingens locus possessionis eius: magnus est et non habet consummationem / excelsus ⁊ immensus. Ibi fuerunt gygantes nominati: illi qui ab initio fuerunt statura magna / scientes bellũ. Nõ hos elegit dominus neq; viã discipline inuenerũt: propterea perierunt. Et q̃m non habuerunt sapientiã: interierunt propter isipientiã suã. Quis ascẽdit in celos et accepit eã: ⁊ eduxit eam de nubibꝰ. Quis transfretauit mare: et inuenit eam et attulit eam super aurũ electũ? Non est qui sciat viã eiꝰ: neq; qui excogitet semitas eiꝰ. Sed qui scit vniuersa nouit illã: ⁊ adinuenit eã prudẽtia sua. Qui preparauit terrã in tpe sempiterno: ⁊ ipleuit eã pecudibus et quadrupedibus. Qui emittit lumẽ ⁊ vadit. Et vocauit illud: ⁊ obedit illi in tremore. Stelle autẽ dederunt lumen in custodijs suis: et letate sunt. Uocate sũt: et dixerũt. Adsumus. Et luxerũt ei cũ iocunditate qui fecit illas. Hic est deus noster: ⁊ nõ estimabit alius aduersus illum. Hic adinuenit oẽm viã discipline: et dedit illã iacob puero suo / et israel dilecto suo. Post hec in terris visus est: et cum hoibus cõuersatꝰ est. Sine Dñs vo. Orõ.

DEus incõmutabilis virtus et lumen eternum / respice propicius ad totius ecclesie mirabile sacramentũ / et da famulis tuis vt hoc quod deuote agimus: etiam rectitudine vite teneamus. Per dominum nostrũ. Tractus.

SIcut ceruus desiderat ad fontes aquarum / ita desiderat anima mea ad te deus. ℣. Sitiuit anima mea ad deũ viuũ quando veniam et apparebo ante faciẽ dei mei. ℣. Fuerũt michi lachrime mee panes die ac nocte dum dicitur michi per singulos dies vbi est deus tuus.

Sine Dominus vobiscũ. Oratio.

Cum venite nobis ops deus: ut qui solemnitatem doni spūs sancti colimus celestibus desiderijs accensi fontem vite sitiamus dñm nostrū ie sū christū filiū tuum. Qui tecum.

Deinde fit processio ad fontes ad ipsos bñdicendos. Require bñdictionem in vigi. pasche. et facta bñdictione fontiū. Sic incipitur missa.

Kyrie eleyson. Christe eley-
son. Kyrie eleyson.

Gloria in excelsis deo. Et in.
Cum Dominus vobiscū. Oratio.

Presta qs ops deus ut claritatis tue sup nos splēdor effulgeat: & lux tue lucis corda eorū qui per gratiā tuā sunt renati spiritus sancti illustratione cōfirmet Per. Lectio actuū apostolorum. xix.

In diebus illis. Factū est cū apollo esset corinthi/et pau lus peragratis superioribus par tibus veniret ephesum / et inueniret quosdam discipulos: dixit ad eos. Si spiritū sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eū. Sed neqꝫ si spiritus sctūs est audi uimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerūt. In io hānis baptismate. Dixit autē pau lus. Johannes baptizauit baptismo penitētie populū dicēs in eum qui uēturus esset post ipsum ut cre derent: hoc est in iesum. His auditis baptizati sūt in nomine domini iesu. Et cū īposuisset illis manus paulus: venit spiritussanctus sup eos / & loquebantur linguis et prophetabāt. Erant autē oēs viri: fere duodecim. Introgressus autē synagogā paulus / cum fiducia lo quebatur per tres menses disputans & suadēs de regno dei. Alla

℣. Cōfitemini domino quoniā bonus quo niam in seculum misericordia eius. Tr.

Laudate dominum omnes gentes et collaudate eum omnes populi.
℣. Quoniam cōfirmata est super nos mia eius et veritas domini manet ineternum.

Secundum Johannem. xiiij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si diligitis me: mādata mea seruate. Et ego rogabo patrem/et alium paraclitū dabit vobis ut maneat vobiscū ineternum: spiritum veritatis quē mundus non potest accipere: quia nō videt eum nec scit eum. Vos aūt cognoscetis eū: quia apud vos ma nebit & in vobis erit. Nō relinquā vos orphanos: veniā ad vos. Adhuc modicū: & mundus me iam nō videt. Vos autē videtis me: quia ego viuo & vos viuetis. In illa die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo / et vos in me / et ego in vobis. Qui habet mādata mea et seruat ea/ille est qui diligit me. Qui autē diligit me: diligetur a patre meo. Et ego diligam eum: & manifesta bo ei meipsum. Offer. Emitte spiritum tuum et creabūtur / et renouabis faciē terre sit gloria dñi in secula alla. Secre.

Munera qs dñe oblata sancti fica & corda nostra sctī spūs

illustratione emunda. Per dominum nostrũ iesum christum filiũ. In vnitate eiusdẽ. Prefatio. Qui ascendens. Cõicantes et Hanc igitur. vt i canone. Et sic dr per octa. ꝛ nõ in octauis qꝛ fit festũ de trini. Cõio. Ultimo die festiuitatis dicebat iesus qui in me credit flumina de vẽtre eiꝰ fluẽt aque viue/hoc autem dixit de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum alleluya alleluya alleluya. Postcõmunio. Sancti spiritus corda nostra dñe mundet infusio ꝛ sui roris intima aspersiõe fecũdet. Per. In vnitate eiusdẽ. ¶ Nulla fit memoria de sctis vsqꝫ post octauas.



¶ In die penthecostes. Introitus



Piritus domini repleuit orbẽ terrarum alleluya/ ꝛ hoc quod continet omnia scientiã habet vocis alla alla alla. Ps. Exurgat deus ꝛ dissipẽtur inimici eiꝰ: et fugiant qui oderũt eũ a facie eiꝰ. Orõ.

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritꝰ illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spũ recta sapere/ꝛ de eiꝰ semp cõsolatione gaudere. Per. eiusdẽ. ¶ Lectio actuũ apostolorum. ij.

In diebus illis. Dum cõplerẽtur dies pẽthecostes: erãt oẽs discipuli pariter/in eodem loco Et factus est repente de celo sonus tanqꝫ aduenientis spiritus vehemẽtis: et repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanqꝫ ignis: seditqꝫ supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: ꝛ ceperũt loqui varijs linguis: prout spiritussanctus dabat eloqui illis Erãt autem in hierusalem habitãtes iudei viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autẽ hac voce cõuenit multitudo ꝛ mẽte cõfusa est: qm̃ audiebat vnusqsqꝫ lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes: ꝛ mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquũt galilei sũt: Et quomodo nos audiuimus vnusquisqꝫ linguam nostram in q̃ua nati sumus: Parthi et medi/ꝛ elamite/ꝛ qui habitant mesopotamiam/iudeam ꝛ capadociam/põtum ꝛ asyam/frigyam et pamphiliam egiptum ꝛ partes libie que est circa syrenẽ/ꝛ aduene romani. Iudei quoqꝫ et proseliti: cretes et arabes. Audiuimus eos loquẽtes nostris linguis: magnalia dei. Alleluya. v. Ueni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accẽde.

Alla. V. Paraclitus spūs sāctus quem mittet pater in noie meo ille vos docebit omnem veritatem alleluya. Prosa.

Sancti spiritus adsit nobis grā alla. Que corda nr̄a sibi faciat habitacula. Expulsis inde cunctis vitijs spiritalibus. Spiritus alme illustrator cordium. Horridas nostre mētis purga tenebras. Amator sancte sensatorũ semper cogitatuum. Jnfunde vnctionem tuam clemens nostris sēsibus. Tu purificator omnium flagitiorum spiritus. Purifica nostri oculũ interioris hominis. Ut videri supremus genitor possit a nobis. Mundi cordis quem soli cernere possunt oculi. Prophetas tu inspirasti vt preconia christi precinuissent inclita. Apostolos cōfortasti vti tropheum christi per totum mundum veherent. Quando machinam per verbum suum fecit deus celi terre marisq;. Tu super aquas foturus eas numen tuum expandisti spiritus. Tu animabus viuificandis aquas fecūdas. Tu aspirādo das spiritales esse homines. Tu diuisum per linguas mundum & ritus adunasti domine. Jdolatras ad cultum dei reuocas magistrorum optime. Ergo nos supplicantes tibi exaudi propicius sācte spiritus. Sine quo preces oēs cassae creduntur & indigne dei auribus. Tu qui oīm seculorum sanctos. Tu numinis docuisti instinctu amplectēdo spiritus. Jpse hodie apostolos xp̄i. Donās munere insolito & cunctis inaudito seculis. Hunc diē gloriosum fecisti alleluya.

Secundum Johannẽ xiiij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonẽ meũ seruabit. Et pater meus diliget eũ: et ad eũ veniemus / & mãsionẽ apud eũ faciemus Qui nō diligit me: sermones meos nō seruat. Et sermonẽ quem audistis nō est meus: sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens. Paraclitus autem spūssanctus quẽ mittet pater in nomine meo / ille vos docebit oīa / et suggeret vobis oīa quecunq; dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Nō quomodo mũdus dat: ego do vobis. Nō turbet cor vestrũ: neq; formidet. Audistis q₂ ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiq; q₂ vado ad patrẽ: q₂ pr̄ maior me est. Et nunc dixi vobis priusq̄ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis. Jam nō multa loquar vobiscũ. Uenit enī princeps mundi huius: et in me non habet quicq̄. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrẽ: et sicut mãdatũ dedit michi pater: sic facio. Credo dicitur & sic per octauas. Offr.

Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo quod est in hierusalem tibi offerẽt reges munera alla. Secreta.

Munera nostra quesumus domine oblata sanctifica / et corda nostra sancti spūs illustratiōe emũda. Per. Jn vnitate eiusd. Prefatio. Qui ascendens. Cōican tes. et Hāc igitur q̄re ante canonẽ. Cōio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis vbi erāt sedẽtes alleluya. et repleti sunt omnes spi=

ritu sancto loquentes magnalia dei alleluya alleluya. **Postcommunio.**

Sancti spiritus corda nostra domine mundet infusio: et sui roris intima aspersione fecundet. Per dñm. Inbnitate eiusdem.

Fer.ij. Ad missam. Introitus.



Cibauit eos ex adipe frumẽti alleluya et de petra melle saturauit eos alla alleluya alleluya. **Ps.** Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. **Oratio.**

Deus qui apostolis tuis sanctũ dedisti spiritum: cõcede plebi tue pie petitionis effectum: vt quibus dedisti fidem largiaris & pacẽ. Per dñm. In vnitate eiusdẽ.

Lectio actuũ apostolorum. x.

In diebus illis. Aperiens petrus os suum: dixit. Uiri fratres et patres: nobis precepit dñs predicare populo / et testificari quia ipse est qui cõstitutus est a deo iudex viuorũ & mortuorũ. Huic omnes prophete testimonium perhibent remissionẽ peccatorũ accipere per nomẽ eius: omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente petro verba hec: cecidit spiritussãct9 super oẽs qui audiebant verbũ. Et obstupuerũt ex circũcisione fideles qui venerãt cũ petro: q2 et in natiões grã spũs sãcti effusa est. Audiebãt enim illos loquẽtes liguis: & magnificantes deũ. Tunc respõdit petrus. Nunquid aquam quis prohibere potest vt non baptizentur hij qui spiritum sanctum acceperunt sicut et nos? Et iussit eos baptizari in nomine domini nostri iesu christi. **Alleluya. V.** Emitte spiritum tuum et creabuntur et renouabis faciem terre. **Alla. V.** Spiritus sãctus procedẽs a throno apłorũ pectora inuisibili hodie pluslrauit potẽtia. **Prosa.**

Ueni sancte spiritus et emitte celitus lucis tue radium. Ueni pater pauperũ veni dator munerum veni lumen cordiũ. Cõsolator optime dulcis hospes anime dulce refrigerium. In labore requies in estu temperies in fletu solatium. O lux beatissima reple cordis intima tuorum fidelium. Sine tuo numine nichil est in lumine nichil est innoxium. Laua quod est sordidũ riga quod est aridum sana quod saucium. Flecte quod est rigidum foue quod est frigidum rege quod est deuiũ. Da tuis fidelibus in te confidentibus sacrũ septenariũ. Da vtutis meritũ da salutis exitũ da perẽne gaudiũ. amẽ. **Seqũ. sci Iohãnem. iij.**



In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Sic deus dilexit mundum: vt filiũ suũ vnigenitũ daret / vt omnis qui credit in eum nõ pereat sed habeat vitam eternam. Nõ enim misit deus filium suũ in mundum vt iudicet mundum: sed vt saluetur mũdus per ipsũ. Qui credit in eum nõ iudicatur. Qui autẽ non credit iã iudicatus est: quia nõ credit in nomine vnigeniti filij dei. Hoc est autem iudiciũ quia lux venit in hunc mundum: et dilexerunt homines

magis tenebras q̄ lucē. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit: odit lucem. Et nō venit ad lucē: vt non arguātur opera ei⁹ Qui autem facit veritatem venit ad lucem: vt manifestentur opera eius: q2 in deo sunt facta. Credo. Offer. Intonuit de celo domin⁹ et altissimus dedit vocem suam et apparuerunt fontes aquarum alleluya. Secreta. Propicius quesum⁹ domine hec dona sanctifica: et hostie spiritalis oblatione suscepta/nosmetipsos tibi pfice munus eternū Per dn̄m. Cōio. Spiritus sanctus docebit vos alleluya: quecunqȝ dixero vobis alleluya alleluya. Postcommunio. Adesto domine quesumus populo tuo: vt quem mysteriis celestibus imbuisti / ab hostiū furore defende. Per dn̄m nostrum

Fer. iiij. Ad missam. Introitus. Accipite iocūditatē glorie vestre alleluya gratias agentes deo alleluya qui vos ad celestia regna vocauit alleluya alleluya. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Gloria patri. Oro. Adsit nobis quesum⁹ domine virtus spiritussācti que et corda nostra clemēter expurget: et ab omnibus tueatur aduersis. Per dominum. in vnitate eiusdē. Lectio actuū apostolorum. viij. In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erāt hierosolimis quia recepisset samaria verbum dei: miserunt ad eos petrum et iohannem. Qui cum venissent: orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum. Nōdum enim in quemq̄ illorum venerat: sed baptizati tantum erāt in nomine dn̄i iesu. Tunc imponebant manus super illos: et accipiebant spiritum sanctum. Alleluya. Vers. Emitte spiritum tuum et creabuntur/et renouabis faciem terre. Alleluya. Vers. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Prosa. Veni sācte spiritus nos perfūde celitus rore noue gratie. Culpas nostras dilue/et nos manna comple vere sapientie. Sis nobis paraclitus emundās medullitus lima cōsciētie. Igne nos exanima luce nos illumina diligne penitētie. Mūda mentis aream lateres et paleā: et lutū elimina. Pietate solita nos afflictos visita nostra delens crimina plantamo2 germina. Sere semē gratie semen indulgentie semen patiētie/semē vere glorie. Supplicem⁹ et oremus / vt te duce fortes stem⁹ in agro martyrij. Occidamus et vincam⁹ moriamur vt viuam⁹ tā q̄ strenuissimi. Per te christi passioni cōformemur et agoni instantis milicie. Per te christo militemus et cum christo festinemus ad palmam victorie. Cum sis ardor charitatis et largitor pietatis tue nobis largitatis confer participium. Flue nobis aquas mūdas aquas viuas et fecūdas/forma nobis mētes mundas doctrinis celestium. Sequentia sancti Johannē. x. In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amē amen dico vobis: qui non intrat per ostiū in ouile ouiū/sed ascēdit aliunde: ille

fur est et latro. Qui autem intrat per ostiũ: pastor est ouiũ. Huic ostiarius aperit: et oues vocẽ eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim: et educit eas. Et cũ proprias oues emiserit: ante eas vadit. Et oues illũ sequũtur: q2 sciũt vocẽ eius. Alienũ autẽ nõ sequuntur sed fugiunt ab eo: q2 nõ nouerunt vocẽ alienorũ. Hoc prouerbiũ dixit eis iesus. Illi autẽ nõ cognouerunt: quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum iesus. Amen amẽ dico vobis: q2 ego sum ostiũ ouiũ. Oẽs quotquot venerunt fures sũt et latrones: sed nõ audierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me si quis introierit saluabitur: et ingredietur et egredietur et pascua inueniet. Fur nõ venit nisi vt furet: et mactet et pdat. Ego veni vt vitã habeãt: et habũdãti9 habeãt. Credo.

Offer. Portas celi apuit dñs et pluit illis mãna vt ederẽt/ panẽ celi dedit illis: panẽ angelorũ mãducauit homo allã. Secret.

Purificet nos dñe qs munẽris presentis oblatio: et sacra participatiõe dignos efficiat. Per. Cõio. Spũs qui a patre procedit allã ille me clarificabit allã allã. Postcõ.

Mentes nostras qs domine spirit9 sanctus diuinis reparet sacramẽtis: q2 ipse est remissio oim peccatorũ. Per do. eiusdem.

Feria.iiij.in ieiuniis quatuor tẽporum que semp sũt et incipiũt feria.iiij.post pẽthe. Ad intr. Offm.

Deus dum egredereris corã pplõ tuo alleluya iter faciẽs eis allã habitãs in illis allã allã ps. Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie ei9. Gloria patri. Sine Dominus vobiscum. Oratio.

Mentes nostras quesumus domine spirit9 paraclitus qui a te procedit illuminet et inducat in oẽm sicut tu9 promisit filius veritatẽ. Qui tecũ. In vni. eiusdẽ.

Lectio libri Sapientie. j.

In diebus illis. Dixit salomõ filiis israel. Diligite iusticiam: qui iudicatis terram. Sẽtite de dño in bonitate/et in simplicitate cordis querite illũ. Quoniã inuenitur ab his qui nõ tentãt illum: apparet autẽ eis qui fidẽ habẽt in illum. Peruerse enĩ cogitationes separãt a deo: pbata autẽ virt9 corripit insipientes. Quoniã in maliuolã animã non introibit sapiẽtia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sãct9 enim spiritus discipline effugiet fictum: et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu: et corripietur a superueniẽte iniquitate. Benign9 est enim spirit9 sapiẽtie: et nõ liberabit maledictum a labiis suis. Quoniã renum illi9 testis est de9: et cordis ei9 scrutator est verus/ et lingue illius auditor. Quoniã spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ: et hoc quod cõtinet oĩa scientiam habet vocis. Allã. v. Emitte spũ tuũ et creabuntur et renouabis faciem terre.

Oratio cum Dominus vobiscũ.

Presta quesumus omnipotens et misericors deus: vt spiritus sanctus adueniens templum nos glorie sue dignanter habitãdo perficiat. Per dñm. In vnita. eiusdẽ. Lectio actuũ aplorũ. ij.

In diebus illis: Stans petrus cum undecim levavit vocem suam: et loquutus est eis. Viri iudei et qui habitatis hierusalem universi: hoc vobis notum sit et auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos estimatis hii ebrii sunt cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per prophetam iohel. Et erit in novissimis diebus dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filii vestri et filie vestre. Iuvenes vestri visiones videbunt: et senes vestri somnia somniabunt. Et quidem super servos meos et ancillas meas in diebus illis dicit dominus: effundam de spiritu meo et prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursum / et signa in terra deorsum: sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras / et luna in sanguinem: anteque veniat dies domini magnus et manifestus. Et erit omnis quicunque invocaverit nomen domini: salvus erit. Alleluya. Versus. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia dei. Prosa.

Laus iocunda lux insignis qua de throno missus ignis in christi discipulos. Corda replet linguas ditat ad concordes nos invitat cordis lingue modulos. Christus misit quem promisit pignus sponse quam revisit die quinquagesima. Post dulcorem melleum petra fudit oleum petra iam firmissima. In tabulis saxeis non in linguis igneis lex de monte populo. Paucis cordis unitas et linguarum novitas datur in cenaculo. O quam felix quam festiva dies in qua primitiva fundatur ecclesia. Vive sunt primitie nascentis ecclesie tria primum milia. Panes legis primitivi sub una sunt adoptivi fide duo populi. Se duobus interiectit sicque duos unum fecit lapis caput anguli. Utres novi non vetusti sunt capaces novi musti vasa parat vidua. Liquorem dat heliseus nobis rorem sacrum deus si corda sint congrua. Non hoc musto vel liquore non hoc digni sumus rore si discordes moribus. In obscuris vel divisis non potest hic paraclitus habitare cordibus. Consolator alme veni linguas rege corda leni nichil fellis aut veneni sub tua presentia. Nil iocundum nil amenum nil salubre nil serenum nichil dulce nichil plenum sine tua gratia. Tu lumen es et unguentum tu celeste condimentum aque ditans elementum virtute mysterii. Nova facti creatura te laudamus mente pura gratie nunc sed natura prius ire filii. Tu qui dator es et donum nostri cordis omne bonum cor ad laudem redde pronum nostre lingue formans sonum in tua preconia. Tu purga nos a peccatis auctor ipse puritatis et in christo renovatis da perfecte novitatis / plena nobis gaudia. Amen. Secundum Iohannem. vi. capitulo.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Et ego resuscitabo eum in novissimo die. Est scriptum in prophetis. Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui audivit a patre et didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quisque nisi is qui est a deo. hic vidit patrem Amen amen dico vobis: qui credit in me habet vitam eternam.

Ego ſum panis vite. Patres ve-ſtri manducauerunt manna in deſerto: et mortui ſunt. Hic eſt panis de celo deſcendens: vt ſi quis ex eo manducauerit nõ moriatur. Ego ſum panis viuus qui de celo deſcẽdi. Si quis mãducauerit ex hoc pane: viuet in eternũ. Et panis quem ego dabo caro mea eſt: p mũdi vita. Offer. Meditabor in mãdatis tuis que dilexi valde. et leuabo manꝰ meas ad mãdata tua que dilexi alleluya. Secre.

Accipe dñe munꝰ oblatũ: et dignãter operare vt quod myſterijs agimus / pijs affectibꝰ celebremus. Per dominum. Cõio.

Pacẽ meam do vobis alleluya: pacem relinquo vobis alleluya. Poſtcõmunio.

Sumẽtes domine celeſtia ſacramenta queſumus clemẽtiam tuam: vt quod temporaliter gerimꝰ/ eternis gaudijs cõſequamur. Per. ℭ Fer. v. Introitus.



Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluya. ⁊ hoc quod continet omnia ſcientiã habet vocis. alleluya. Ps. Exurgat deꝰ et diſſipẽtur inimici eiꝰ: et fugiãt q̃ oderũt eũ a facie eiꝰ. Glia pa. Oro

Illo nos igne queſumus domine ſpiritꝰ ſãctꝰ inflãmet quem dominus noſter ieſus chriſtus miſit in terram: et voluit vehemẽter accẽdi. Qui tecũ. eiuſdẽ.

ℭ Lectio actuũ apoſtolorũ. viij.

In diebus illis: Philippus deſcendens in ciuitatem ſamarie: predicabat illis ieſum. Intendebãt autẽ turbe hijs que a philippo dicebãtur vnanimiter audiẽtes: et videntes ſigna et prodigia que faciebat. Multi enim eorum qui habebant ſpiritus immũdos/ clamantes voce magna exibant. Multi autem paralitici et claudi curati ſunt. Factum eſt ergo gaudiũ magnũ in illa ciuitate. Alleluya. V. Emitte ſpiritum tuum et creabũtur: et renouabis faciẽ terre. Alleluya V. Paraclitus ſpiritus ſanctꝰ quẽ mittet pater in nomine meo ille vos docebit oẽm veritatẽ. ℭ Secundum Lucã. ix.



In illo tempore Cõuocatis ieſus duodecim diſcipulis ſuis dedit illꝭ virtutẽ et poteſtatẽ ſuper omnia demonia: et vt languores curarent Et miſit illos predicare regnũ dei ⁊ ſanare infirmos. Et ait ad illos Nichil tuleritis in via / neqꝫ virgã neqꝫ perã/ neqꝫ panẽ/ neqꝫ pecuniã/ neqꝫ duas tunicas habeatis. Et in quãcunqꝫ domum intraueritis ibi manete: ⁊ inde ne exeatis. Et quicunqꝫ non receperint vos: exeũtes de ciuitate illa: etiã puluerem pedum veſtrorũ excutite in teſtimonium ſuper illos. Egreſſi autem circuibãt per caſtella euangelizãtes: et curantes vbiqꝫ. Offertoriũ.

Cõfirma hoc deus quod operatꝰ es in nobis a templo tuo quod eſt in hieruſalẽ tibi offerent reges munera alleluya. Secre.

Virtute ſancti ſpiritus dñe munera nr̃a contingãt qꝰ ſolẽnitate preſẽti tuo noĩe dedicarunt et intelligibile nos faciant et eternũ. Per dñm. In vni. eiuſdem.

Communio. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehemētis vbi erant sedentes alleluya/ et repleti sunt omnes spiritu sancto loquētes magnalia dei alleluya alleluya. Postcommunio

Sacris celestib⁹ domine sacramentis operante spiritu sancto vicia nostra purgentur: vt munerib⁹ tuis possimus aptari Per dominum nostrū iesum christum filiū tuū. Qui tec. vi. et reg. in vnita. eiusdē. ¶ Feria. vj. Officiū.

Repleatur os meū laude tua alleluya vt possim cantare alleluya: gaudebūt labia mea dum cantauero tibi alleluya alleluya. V⁹. In te domine speraui non cōfundar in eternum: in iusticia tua libera me et eripe me. Gloria. Oratio

Da quesum⁹ ecclesie tue misericors deus/ vt sancto spiritu congregata hostili nullaten⁹ incursione turbetur. Per dñm nostrum iesum. In vnitate eiusdem. Lectio actuum apostolorum. ij. c.

In diebus illis: Aperiens petrus os suum: dixit. Uiri israelite audite verba hec. Iesu3 nazarenum virum approbatū a deo in vobis virtutibus et prodigijs et signis que fecit per illum deus in medio vestri sicut vos scitis: hunc definito consilio et presciencia dei traditum per manus iniquorum affligentes interemistis. Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta qd impossibile erat teneri illum ab eo. Dauid autem dixit in eum. Prouidebā dominū coram me semper quoniam a dextris est michi vt non commouear. Propter hoc dilatatum est cor meum/ et exultauit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in iferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionē Notas michi fecisti vias vite: replebis me iocunditate: a facie tua Alleluya. V⁹. Emitte spiritum tuum et creabuntur/ et renouabis faciem terre. Alleluya. V⁹. Spiritus domini repleuit orbem terrarū/ et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis.

¶ Secundum Lucam. v. capitulo



In illo tempore: Factū est in vna dierum/ et iesus sedebat docēs eos dicēs. Et erāt pharisei sedentes et legis doctores qui venerant ex omni castello galilee et iudee et hierusalem: et virtus domini erat ad sanandū eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus/ et querebāt eum inferre et ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent pre turba: ascenderūt supra tectum et per tegulas submiserunt illum cum lecto in medium ante iesum. Quorum fidem vt vidit: dixit. Homo: remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribe et pharisei dicētes. Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus de⁹? Ut cognouit autem iesus cogitationes eorum: respōdēs dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris?

Quid est facilius dicere dimittun tur tibi peccata/an dicere surge et ambula? Ut sciatis autē quia filius hominis potestatē habet in terra dimittere peccata: ait paralytico. Tibi dico surge/tolle lectū tuum: et vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis tulit grabatum in quo iacebat: et abijt in domum suā magnificās deum. Et stupor apprehendit omnes: et magnificabant deum. Videntes autem turbe timuerunt et glorificauerunt deum. Et repleti sunt omnes timore dicētes. Quia vidimus mirabilia hodie. Offer. Lau da aīa mea dñm laudabo dñm in vita mea psallam deo meo quādiu ero. Secreta.

Sacrificia dñe tuis oblata conspectibus ignis ille diuinus assumat/qui discipulorū christi tuis per spiritum sanctū corda succēdit. Qui tec. In vnita. eiusdē. Cōio. Spiritus vbi vult spirat/et vocē eius audis alleluya: et nescis vnde veniat aut quo vadat alleluya alla. Postcōio.

Sumpsimus dñe sacri dona mysterij humiliter deprecātes: vt que in tui commemoratione nos facere precepisti: in nostre proficiāt īfirmitatis auxiliū. Pd.

Sabbato.iiij.tpm. Introitus.



Charitas dei diffusa est in cordibus vestris alla: per inhabitantē spiritū eius in vobis alla alla. Ps. Dñe deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te. Gloria patri. Sine Dñs vobiscū. Orō.

Mentibus nostris qs dñe spiritum sanctū benignus in funde: cuius et sapiētia cōditi sumus/et prouidētia gubernamur. Pd. In vnita. eiusd. Lctō Johel pphete.ij.

Hec dicit dominus deus. Effundā de spiritu meo super omnē carnē: et prophetabunt filij vestri et filie vestre. Senes vestri sō nia somniabunt: et iuuenes vestri visiones videbūt. Sed et super seruos meos et ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo et dabo prodigia in celo sursum/et in terra deorsum/sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras et luna in sanguinem anteq̄ veniat dies domini magnus et horribilis. Et erit omnis quicunq̄ inuocauerit nomen dñi: saluus erit. R. Alleluya. V. Emitte spiritū tuū et creabuntur et renouabis faciē terre. Sine Dñs vobi. Orō.

Illo nos igne qs domine spiritus sanctus inflammet/ quē dñs noster iesus christus misit in terram et voluit vehementer accendi. Qui tecū. In vnitate eiusdem spiritus sancti de. Per oīa.

Lectio libri Leuitici. xxiij.capl̄o

In diebus illis: Locutus est dñs ad moysē dicēs. Loquere filijs israel: et dices ad eos. Cū ingressi fueritis terrā quā ego dabo vobis: et messueritis segetem: feretis manipulos spicarum primitias messis vestre ad sacerdotē Qui eleuabit fasciculum corā domino/vt acceptabilis sit p vobis: altero die sabbati et sanctificabit illum. Numerabitis ergo ab ipso die in quo obtulistis sacrificium: id est manipulos primitiarum septem ebdomadas plenas vsq̄ ad

alterã diem expletionis ebdomade septime: et sic offeretis sacrificiũ nouũ domino ex omnibus habitaculis vestris panes primitiarũ duos: de duab⁹ decimis simile. Quos eleuabit sacerdos corã domino: et vocabitis hũc diẽ celeberrimũ atq sanctissimũ. Omne opus seruile nõ facietis in eo: legitimũ sempiternũ erit in cunctis habitaculis et generationib⁹ vestris. Dicit dñs omps. Alla. V. Spirit⁹ sanctus procedens a throno apostolorum pectora inuisibili hodie perlustrauit potẽtia. Sine Dominus vobiscum. Orõ.

Deus q ad animarũ medelã ieiunij deuotiõe castigari corpora precepisti: cõcede nobis propicius et mente et corpore semper tibi esse deuotos. Per dñm.

Lectio libri Deuteronomij. xxvi.

In diebus illis. Dixit moyses filijs israel. Audi israel que ego precipio tibi hodie. Cum intraueris terram quam domin⁹ deus tuus datur⁹ est tibi possidendam: et obtinueris eam/atq habitaueris in ea: tolles de cunctis frugib⁹ tuis primitias: et ponesin car tallo. Pergensq ad locum quẽ dominus deus tu⁹ elegerit/vt ibi inuocetur nomen eius: acce des ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis et dices ad eum. Profiteor hodie corã domino deo tuo qui erat diuit nos: et respexit humilitatem nostram et laborem atq angustiã: et eduxit nos de egypto i manu forti et brachio extento/in ingenti pauore in signis atq portentis: et introduxit ad locum istum: et tradidit nobis terram lacte et melle ma nantem. Et idcirco nũc offero primicias frugum terre quam dominus deus dedit michi: et dimittes eas in cõspectu domini dei tui. Et adorato domino deo tuo epulaberis in omnibus bonis: que dominus deus tuus dederit tibi. Alleluya. V. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis. Sine Dominus vobiscum. Oratio.

Presta q̃s omnipotẽs deus: vt ieiunijs salutaribus eruditi/a noxijs quoq vicijs abstinentes propiciationem tuam facili⁹ impetremus. Per dominũ nostrũ.

Lectio libri Leuitici. xxvi. capl'o.

In diebus illis: Dixit dominus ad moysen. Loquere filijs israel: et dices ad eos. Si in preceptis meis ambulaueritis: et mãdata mea custodieritis et feceritis ea: dabo vobis pluuias tẽporibus suis et terra gignet germen suum et pomis arbores replebũtur. Apprehendet messium tritura vindemiam: et vindemia occupabit sementem. Et comedetis panem vestrum in saturitate: et absq pauore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis et nõ erit qui exterreat. Auferam malas bestias: et gladius nõ trãsibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros: et corruent corã vobis. Persequẽtur quinq ex vestris centum alienos: et centum de vobis decem milia. Cadẽt inimici vestri in conspectu vestro gladio. Respiciam vos: et crescere faciã. Multiplicabimini: et firmabo pactũ meũ vobiscũ. Et comedetis vetustissima veterum: et vetera

novis supuenientibus projeietis. Ponã tabernaculũ meũ in medio vestri: ⁊ non abijciet vos aïa mea. Ambulabo inter vos/ et ero vester deꝰ: vosq̄ eritis populꝰ meꝰ. Dicit dñs omps. Alla. V. Loquebãtur variis linguis apostoli magnalia dei. Oratio sine Dominus vobiscum.

Presta q̃s ops deꝰ sic nos ab epulis carnalibꝰ abstinere: ut a vicijs irruẽtibꝰ pariter ieiunemus. Per d. Lectõ danielis pphete. iij.

Angelus dñi descẽdit cũ azaria ⁊ socijs eiꝰ in fornacẽ: ⁊ excussit flãmã ignis de fornace/ et fecit mediũ fornacis quasi vẽtũ roris flãtẽ: flãma autẽ diffusa est sup fornacẽ cubitis quadraginta novẽ: ⁊ incẽdit quos reperit iuxta fornacẽ de chaldeis ministros regis qui eã incẽdebant. Illos autẽ nõ tetigit oïno ignis neq̄ cõtristauit: nec quicq̃ molestie itulit. Tũc hij tres quasi ex uno ore hymnũ dicebãt ⁊ benedicebãt deũ in fornace dicentes. Alleluya. V. Benedictus es deus patrum nostrorũ: ⁊ laudabilis in secula. dicit Dñs vobiscũ. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniũ: cõcede propicius ut nos famulos tuos nõ exurat flãma viciorũ. Per d. Lectio actuum apostolorum. xiij.

In diebus illis. Cõuenit universa ciuitas audire verbũ dñi. Videntes autẽ turbas iudei repleti sunt zelo: ⁊ cõtradicebãt hijs que a paulo dicebant unanimiter

blasphemantes. tunc constanter paulus et barnabas dixerunt vobis oportebat primũ loqui verbũ dei sed quoniam repulistis illud et indi

gnos vos iudicastis eterne vite: ecce cõuertimur ad gẽtes. Sic enim nobis precepit dominus. Posui te in lucem gentibus: ut sis in salutẽ usq̄ ad extremum terre. Audientes autem gentes gauise sunt: et glorificabant verbum domini: et crediderunt quotquot erant preordinati ad vitam eternã. Disseminabatur autem verbũ dei per universam regionem. Iudei autẽ concitauerunt religiosas mulieres ⁊ honestas et primos ciuitatis: ⁊ excitauerunt persecutionem in paulum ⁊ barnabam: ⁊ eiecerũt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos: venerunt iconiũ. Discipuli autem replebãtur gaudio: ⁊ spiritu sãcto. Alla. V. Laudate dñm omnes gẽtes: ⁊ collaudate eum oẽs populi. ¶ Secundũ Lucam. iiij.

In illo tempore: Surgens iesus de synagoga introiuit in domũ symonis. Socrus autem symonis tenebatur magnis febribus. Et rogauerũt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri: et dimisit illam. Et continuo surgens: ministrabat illis. Cum sol autem occidisset: omnes qui habebãt infirmos varijs languoribꝰ ducebãt illos ad eũ. At ille singulis manꝰ iponẽs: curabat eos. Exibãt etiã demonia a multis clamantia et dicentia: quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quoniam sciebant ipsum esse christum. Facta autẽ die egressus ibat in desertum locum: ⁊ turbe requirebant eum. Et venerunt usq̄ ad ipsum: et detinebant eũ ne discederet ab eis. Qui-

bus ille ait. Quia et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo missus sum. Et erat predicans in synagogis galilee. Offertorium. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te: intret oro mea in conspectu tuo dne. Secr.

Tacceptа tibi sint domine nostra ieiunia: que nobis quesumus huiusmuneris sacramenti purificatum tibi pectus offerre. Per d. Com. Non vos relinquam orphanos veniam ad vos iterum alle/et gaudebit cor vestrum alleluya alleluya. Postcom

Prebeant nobis domine diuinum tua sancta feruorem/ quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per dominum nostrum.

¶ Nota quod in prima dominica post penthecosten/ et in dominica ante aduentum semper fit de trinitate.



¶ In octauis penthecostes de sancta trinitate Ad missam Introitus.

Benedicta sit sancta trinitas atque indiuisa vnitas confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Ps. Benedicamus patrem et filium cum sancto spu. Gloria. Oro

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti nobis famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere / et in potentia maiestatis adorare vnitatem: quesumus vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Per dominum. Lectio libri apocalypsis beati iohannis apostoli. iiij

In diebus illis: Uidi ostium apertum in celo: et vox prima quam audiui tanquam tube loquentis mecum dicens. Ascende huc: et ostendam tibi que oportet fieri cito: post hec statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: et supra sedem sedens. Et qui sedebat: similis erat aspectui lapidis iaspidis / et sardini. Et iris erat in circuitu sedis: similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis: sedilia viginti quattuor / et supra thronos viginti quattuor seniores sedentes circumamicti vestimentis albis: et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedebant fulgura et voces et tonitrua. Et septem lampades ardentes ante thronum: que sunt septem spiritus dei. Et in conspectu sedis: tanquam mare vitreum simile cristallo. Et in medio sedis et in circuitu sedis: quattuor animalia plena oculis ante et retro. Et animal primum simile leoni. Et secundum animal

simile vitulo. Et tertiū animal habēs faciē quasi hominis. Et quartū animal simile aquille volanti. Et quattuor aīalia singula eorū habebāt alas senas. Et in circuitu et intus: plena sunt oculis. Et requiē nō habebāt die ac nocte dicentia. Sanct⁹/sanct⁹/sanct⁹/ dn̄s deus om̄ps: qui est ꝛ q̄ erat ꝛ qui venturus est. Et cū darēt illa animalia gloriā ꝛ honorē ꝛ bn̄dictionē sedenti super thronū vivēti in secula seculorū: procidebant viginti quattuor seniores ante sedentē in throno. Et adorabant viventem in secula seculorum. ℟. Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubin. ℣ Benedicite deum celi: et coram omnibus viventibus confitemini illi Alleluya. ℣ Benedict⁹ es dn̄e deus patrū nostrorū ꝛ laudabilis in secula. Prosa

Benedicta sit sācta trinitas deitas eterna pariter coequalis gloria. Deus genitor de⁹ genitus cum sacro neumate permanens super omne quod extat. Quibus est vna semper volūtas ꝛ a se discrepat haud nunq̄ triplicata psona. Iam constat deitas vna non in tres deos divisa que fides fatetur a christo orthodoxe dedita. Hec nāq̄ pellit delicta patriam reddit serenā quam dulci iubilāt agmina symphonia celica. Illi thronū vestigia imitātur stolis candidata. Operiunturq̄ binis quas captāt post seculi discrimina. Et nos quos illustrat grā dei sup demus nostra debita. Quatinus caterva celica nobis maneat post funera socia. Vltimaq̄ peracta discrimina possimus alta perfrui mor gloria. Quo perspicua lux flagrat accensa constanti flāma que de⁹ est visio nostra ꝛ salus eterna. Angelorū que illustrat fortiter pectora. Vt in christo sole sua defigāt lumina. Hec nāq̄ est illa sitis flagrans qua tunc sitient aīe sanctorū ꝛ corpora. Cū fuerit data perpetua bonis pro eis a iudice pmia. Amē. ¶ Scdm Iohānē. iij.



In illo tempore: Erat homo ex phariseis nichodem⁹ nomine: princeps iudeorū. Hic venit ad iesum nocte: ꝛ dixit ei. Rabi: scimus q2 a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cū eo. Respōdit iesus: ꝛ dixit ei. Amē amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: nō potest videre regnū dei. Dixit ad eū nichodemus. Quomodo potest homo nasci cū sit senex? Nūquid potest in vētrē matris sue iterato introire ꝛ renasci? Respondit iesus. Amē amē dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non potest introire in regnum dei. Quod natū est ex carne: caro est. Et qđ natū est ex spiritu: spiritus est. Nō mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo. Spirit⁹ vbi vult spirat: ꝛ vocem ei⁹ audis: et non scis vnde veniat aut quo vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit nichodemus: et dixit ei. Quomodo possunt hec fieri. Respondit iesus:

⁊ dixit ei. Tu es magister in israel ⁊ hec ignoras? Amen amē dico tibi: quia quod scimus loquimur: et quod vidimus testamur/ ⁊ testimonium nostrū non accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊ nō creditis: quomodo si dixero vobis celestia credetis? Et nemo ascendit in celum nisi qui de celo descēdit: filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpētem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Ut omnis qui credit in ipsum non pereat: sed habeat vitā eternam. Credo dicitur. Offertoriū. Benedictus sit deus pater vnigenitusq3 dei filius: sanctus quoq3 spiritus quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

Sanctifica quesum⁹ dñe de⁹ per tui sancti nominis inuocationē huius oblatiōis hostiam: et per eam nosmetipsos tibi perfice munus eternum. Per dominū. Prefatio. Qui cū vnigenito. quere ante canonē. Cōio. Benedicim⁹ deū celi ⁊ corā oībus viuētibus cōfitebimur ei quia fecit nobiscū miam suā. Post cōio.

Proficiat nobis ad salutē corporis ⁊ anime dñe deus huius sacramēti susceptio/ ⁊ sempiterne sancte trinitatis atq3 eiusdē indiuidue vnitatis ɔfessio. Per dominum nostrū. ¶ Feria secunda celebratur sequens officium quod intitulatur antiquitus dominica prima post octa. pēthecо. Uidebis per tabulā quot sūt dies dñice singulis annis ab octabis penthecostes vsq3 ad dñicā ante aduētū. Et q̄n officia trāsferant/ ⁊ ad quas ferias ebdomadarū/ ⁊ i quib⁹ dieb⁹ histori̇e incipiāt. Ad missā Offiī.

Domine in tua mīa speraui/ exultauit cor meum in salutari tuo: cātabo domino q̄ bona tribuit michi. ps Usq3quo dñe obliuisceris me in finem: vsq3quo auertis faciem tuam a me. Gloria. Oro.

Deus in te sperātiū fortitudo/ adesto propici⁹ inuocationibus nostris: ⁊ quia sine te nichil potest mortalis ifirmitas: presta auxilium gratie tue/ vt in exequendis mandatis tuis et volūtate tibi ⁊ actione placeam⁹. Per d. Lctō epistole bti Johānis apli .iiij

Charissimi. Deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis: quoniā filiū suū vnigenitum misit deus in mūdū: vt viuamus per eū. In hoc est charitas/ non quasi nos dilexerimus deum: sed quoniā ipse prior dilexit nos: ⁊ misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris. Charissimi si deus dilexit nos: et nos debem⁹ inuicem diligere. Deum nemo vidit vnq̄. Si diligamus inuicem: de⁹ in nobis manet/ ⁊ charitas ei⁹ in nobis perfecta est. In hoc intelligimus quoniam in eo manemus ⁊ ipse in nobis: quoniā de spiritu sancto dedit nobis. Et nos vidimus et testificamur: quoniam pater misit filium suum saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam iesus est filius dei: deus in eo manet: ⁊ ipse in deo. Et nos cognouimus et credimus charitati: quā habet deus in nobis. Deus charitas est/ ⁊ q̄ manet in charitate: i deo manet ⁊ de⁹ i eo. In hoc pfecta est charitas dei

nobiscū: vt fiduciā habeamus in die iudicij: q2 sicut ille est: ⁊ nos sumus in hoc mūdo. Timor nō est in charitate: sed pfecta charitas foras mittit timorē. Quoniā timor penā habet. Qui autē timet: nō est perfect⁹ in charitate. Nos autē diligam⁹ deū: quoniā de⁹ prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniā diligo deū: ⁊ fratrē suū oderit: mendax est. Qui enim nō diligit fratrē suū quē videt: deū quē nō videt quo modo potest diligere? Et hoc mandatū habem⁹ a deo: vt qui diligit deū: diligat ⁊ fratrē suū. R. Ego dixi dñe miserere mei: sana animā meam quoniā peccaui tibi. V. Beat⁹ q̄ itelligit super egenū ⁊ pauperē: in die mala liberabit eū dñs. Alla. V. Deus iudex iustus fortis ⁊ patiēs: nūquid irascetur p singulos dies. Secundum Lucam. xvj. ca.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Homo quidā erat diues: ⁊ induebatur purpura ⁊ bysso: et epulabat quotidie splēdide. Et erat quidā mēdicus nomine lazarus: qui iacebat ad ianuā eius vlcerib⁹ plenus: cupiēs saturari de micis que cadebāt de mēsa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. Sed et canes veniebāt: ⁊ lingebant vlcera eius. Factū est autē vt morerek mēdicus: ⁊ portaretur ab angelis in sinu abrahe. Mortuus est autē ⁊ diues: ⁊ sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis: vidit abraham

miserere mei et mitte lazarum vt intingat extremū digiti sui in aquam vt refrigeret linguam meam quia crucior in hac flāma. Et dixit illi abrahā. Fili recordare q2 recepisti bona in vita tua: ⁊ lazarus similiter mala. Nunc autē hic consolatur: tu vero cruciaris. Et in hijs oībus inter nos ⁊ vos chaos magnū firmatū est: vt hij qui volūt hinc trāsire ad vos: nō possint neq3 inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eū i domū patris mei. Habeo enim quinq3 fratres: vt testet illis ne ⁊ ipsi veniāt in hūc locū tormētorū. Et ait illi abrahā. Habēt moysen ⁊ prophetas: audiant illos. Et ille dixit. Nō pater abrahā: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiā agēt. Ait autē ei abrahā. Si moysen ⁊ pphetas nō audiūt: neq3 si quis ex mortuis resurrexerit: credēt. Offer. Intende voci orationis mee rex meus ⁊ deus meus: quoniam ad te orabo domine. Secreta.

Hostias nostras q̄s dñe tibi dicatas placat⁹ assume: et ad perpetuū nobis tribue puenire subsidiū. Per d. Cōio. Narrabo oia mirabilia tua: letabor ⁊ exultabo in te psallā nomini tuo altissime. Postcōmunio

Tantis dñe repleti muneribus: pſta q̄s: vt salutaria dona capiam⁹: ⁊ nūq3 a tua laude cessem⁹. Per. Feria.iiij. Lectio epistole beati Pauli apostoli. j.c.

Charissimi. Satagite colortes effici diuine nature: fugiētes eius que in mūdo est cōcupiscētie corruptionē. Uos autē curā omnē subinferētes: ministrate in fide vestra virtutē. In virtute autē sciētiā: in sciētia autē abstinentiā. In abstinētia vero patiētiā: in patiētia autē pietatē. In pietate au-

tem fraternitatis amorē. In amore autem fraternitatis: charitatē. Hec autē oia si vobiscū adsunt & superēt: non sine fructu vos constituent: in die dñi nostri iesu christi.

¶ Secundum Mattheum. v. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Nolite putare quia veni soluere legē aut prophetas: nō enim veni soluere legē: sed adiplere. Amē quippe dico vobis: donec transeat celū & terra: iota vnum / aut vnus apex nō preteribit a lege: donec omnia fiāt. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis / & docuerit sic homines / minimus vocabitur in regno celorum. Qui autē fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno celorum.



¶ Feria quinta celebratur officiū solennitatis corporis domini nostri iesu christi cū octa. Introitus.

Cibauit eos ex adipe frumēti alleluya & de petra melle saturauit eos alleluya alleluya alleluya. Ps. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Gloria. Oro

Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tue memoriā reliquisti: tribue que sumus ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redēptionis tue fructum in nobis iugiter sentiam⁹. Qui vi. Lectio epl'e btī pauli apl'i Ad Corinth. xj.

Fratres. Ego enim accepi a dño: qđ et trādidi vobis. Quoniam dominus iesus in qua nocte tradebatur accepit panem: & gratias agens fregit & dixit. Accipite & manducate: hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur. hoc facite in meā cōmemorātionem. Similiter & calicē: postq̄ cenauit dicens. Hic calix nouū testamentū est in meo sanguie. Hoc facite quotiēscūq̄ bibetis in meam cōmemorationē. Quotienscūq̄ enim manducabitis panē hunc / & calicē bibetis mortem domini annūciabitis donec veniat. Itaq̄ quicūq̄ manducauerit panem vel biberit calicē dñi indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat: & de calice bibat. Qui enī mā[illegible] ducat & bibit indigne: iudiciū sibi manducat & bibit: non diiudicans corpus dñi. R. Oculi omniu[illegible] rant dñe & tu das illis escā in tēpo[illegible] oportuno. V. Aperis tu manum tuam[illegible]

omne animal benedictione. Alleluya. ℣s. Caro mea vere est cibus/ et sanguis meus vere est potus/ qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in eo. Prosa.

Lauda syon saluatorem lauda ducem et pastorem in hymnis et canticis. Quantum potes tantum gaude quia maior omni laude nec laudare sufficis. Laudis thema specialis panis viuus et vitalis hodie proponitur. Quem in sacre mensa cene turbe fratrum duodene datum non ambigitur. Sit laus plena sit sonora sit iocunda sit decora mentis iubilatio. Dies enim solennis agitur in qua mense prima recolitur huius institutio. In hac mensa noui regis nouum pascha noue legis phase vetus terminat. Vetustatem nouitas umbram fugat veritas noctem lux eliminat. Quod in cena christus gessit faciendum hoc expressit in sui memoriam. Docti sacris institutis panem vinum in salutis consecramus hostiam. Diuisio pro oct. Dogma datur christianis quod in carnem transit panis et vinum in sanguinem. Quod non capis quod non vides animosa firmat fides preter rerum ordinem. Sub diuersis speciebus signis tantum non rebus latent res eximie. Caro cibus sanguis potus manet tamen christus totus sub vtraque specie. A sumente non concisus non confractus non diuisus integer accipitur. Sumit vnus sumunt mille quantum isti tantum ille nec sumptus consumitur. Sumunt boni sumunt mali sorte tamen inequali vite vel interitus. Mors est malis vita bonis vide paris sumptionis quam sit dispar exitus. Fracto demum sacramento ne vacilles sed memento tantum esse sub fragmento quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura signi tantum fit fractura qua nec status nec statura signati minuitur. Ecce panis angelorum factus cibus viatorum vere panis filiorum non mittendus canibus. In figuris presignatur cum isaac immolatur agnus pasche deputatur datur manna patribus. Bone pastor panis vere iesu nostri miserere tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac videre in terra viuentium. Tu qui cuncta scis et vales qui nos pascis hic mortales tuos ibi commensales coheredes et sodales fac sanctorum ciuium. Amen.

Secundum Johannem. vi. ca.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis et turbis iudeorum. Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet et ego in illo. Sicut misit me pater viuens: et ego viuo propter patrem. Et qui manducat me: ipse viuet propter me. Hic est panis qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna et mortui sunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum. Offer. Sacerdotes domini incensum et panes offerunt deo/ et ideo sancti erunt deo suo: et non polluent nomen eius all'a. Secre.

Ecclesie tue quesumus domine vnitatis et pacis propicius dona concede/ que sub oblatis muneribus mystice designantur. Per.

Prefatio. Eterne deus. Quia per incarnati. **quere ante canonem.**

Cõmunio. Quotiescũq; manducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat: itaq; quicũq; mãducauerit panem vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis domini alleluya. **Postcõio.**

Hac nos quesumus domine diuinitatis tue sẽpiterna fruitione repleri: quã preciosi corporis ⁊ sanguinis tui temporalis perceptio prefigurat. Qui viuis.

¶ **Feria .vi. Lectio actuũ apl'or. j.**

In diebus illis. Exurgẽs petrus in medio fratrũ dixit. Erat autem turba hominũ simul fere cẽtũ viginti. Viri fratres oportet impleri scripturã quam predixit spiritus sanctus per os dauid de iuda / qui fuit dux eorũ qui comprehenderunt iesum: qui cõnumeratus erat in nobis ⁊ sortit⁹ est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agrũ de mercede iniquitatis / ⁊ suspensus crepuit medius: ⁊ diffusa sunt oĩa viscera ei⁹. Et notũ factũ est oĩbus habitãtibus in hierusalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorum alcheldemach / hoc est ager sanguinis. Scriptũ est enim in libro psalmorum. Fiat cõmoratio eorũ deserta ⁊ non sit qui habitet in ea: et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt cõgregati in omni tẽpore quo intrauit ⁊ exiuit iter nos dñs iesus: incipiẽs a baptismate iohãnis vsq; in diẽ qua assumpt⁹ est a nobis: testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis Et statuerunt duos ioseph qui vocabat' barsabas qui cognominatus est iustus / ⁊ mathiam. Et orãtes dixerũt. Tu domine qui corda omniũ nosti: ostende quem elegeris ex his duobus vnũ accipere locum ministerij huius / ⁊ apostolatus de quo preuaricat⁹ est iudas / vt abiret in locũ suũ. Et dederunt sortes eis: ⁊ cecidit sors super mathiam / et annumeratus est cum vndecim apostolis.

¶ **Secundum Lucam.** xvij. cap'lo

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Impossibile est vt non veniant scandala. Ve autem illi: per quem veniunt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collũ ei⁹ / ⁊ proijciatur in mare: q̃ vt scãdalizet vnum de pusillis istis. Attendite vobis / si peccauerit in te frater tuus: increpa illũ. Et si penitentiam egerit dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te: ⁊ septies in die cõuersus fuerit ad te dicens: penitet me / dimitte illi. Dixerunt apostoli domino. Auge nobis fidem. Et dixit illis. Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis / ⁊ diceretis huic arbori moro eradicare ⁊ trãsplantare in mare: obediret vobis. Quis autem vestrum habens seruum arantem / aut oues pascentẽ / qui regresso de agro dicat illi statim transi ⁊ recũbe: et nõ dicat ei para quod cenẽ: et precinge te ⁊ ministra michi donec manducẽ ⁊ bibam: ⁊ post hec manducabis ⁊ bibes? Nunquid gratiã habet seruo illi: q2 fecit que ei imperauerat. Nõ puto. Sic ⁊ vos cũ feceritis omnia que precepta sũt

vobis: dicite. Servi inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus.

¶ Dominica secunda post penthecosten Ad missam Introitus.



Factus est dominus protector meus & eduxit me in latitudinem: saluum me fecit quoniam voluit me. Ps. Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum et refugium meum & liberator meus. Oro.

Sancti nominis tui domine timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tua gubernatione destituis: quos in soliditate tue dilectionis instituis. Per. Lectio epistole beati Johannis apostoli. iij. capitulo.

Charissimi: Nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus quia translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scimus quia omnis homicida non habet vitam eternam in semetipso manentem. In hoc cognouimus charitatem dei: quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam mundi huius, & viderit fratrem suum necessitatem habere: & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei non diligamus verbo neque lingua: sed opere et veritate. R. Ad dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me. V. Domine libera animam meam a labijs iniquis: & a lingua dolosa. Alleluya. V. Diligam te domine virtus mea: dominus firmamentum meum et refugium meum. ¶ Secundum Lucam. xiiij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis similitudinem hanc. Homo quidam fecit cenam magnam: et vocauit multos. Et misit seruum suum hora cene dicere inuitatis vt venirent: quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul excusare. Primus dixit ei. Villam emi: & necesse habeo exire et videre illam. Rogo te habe me excusatum. Et alter dixit. Juga boum emi quinque: & eo probare illa. Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorem duxi: & ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciauit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias: dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles cecos & claudos introduc huc. Et ait seruus. Domine factum est vt imperasti: et adhuc locus est. Et ait dominus seruo. Exi in vias & sepes: et compelle intrare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt: gustabit cenam meam. ¶ Credo. Offertorium. Domine conuertere et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Secreta

Oblatio tua nos domine tuo nomini dicanda purificet: & de die in diem ad celestis vite transferat actionem. Per. Cōio. ¶ Cantabo domino qui bona tribuit michi: & psallam nomini domini altissimi. Postcōmunio

Sumptis muneribus quesumus domine, vt cum frequentatione mysterij crescat nostre salutis effectus. Per do. ¶ Feria quarta. Lectio epistole beati iohannis apostoli. j. iij.

Charissimi. Nemo vos seducat. Qui facit iusticiam iustus est: sicut ille iustus est. Qui autē facit peccatū ex diabolo est: quoniā ab initio diabolus peccat. Et in hoc apparuit filius dei: vt dissolvat opera diaboli. Omnis qui natus est ex deo nō peccat: quoniam semen ipsius in eo manet. Et non potest peccare: quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij dei / & filij diaboli. Omnis qui nō est iustus non est ex deo: & qui nō diligit fratrem suū. Quoniā hec est annūciatio quam audistis ab initio: vt diligatis alterutrum. Et nō sicut cayn qui ex maligno erat: et occidit fratrem suum abel. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erāt: fratris autē eius iusta. ¶ Scdm Lucā. xv.

In illo tempore: Accedētes discipuli ad iesum: dixerunt ei. Dimitte turbas vt euntes in castella villasq; que circa sunt diuertant & inueniāt escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos. Date illis vos manducare. At illi dixerunt. Non sunt nobis plusq; quinq; panes et duo pisces: nisi nos forte eamus et emamus in omnē hanc turbā escas. Erant enim viri fere qnq; milia. Ait autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discubuerunt omnes. Acceptis autē iesus quinq; panibus & duobus piscibus: respexit in celum & benedixit eos & fregit / & distribuit discipulis suis vt ponerent ante turbas. Et manducauerunt omnes & saturati sunt. ¶ Feria. vi. Lectio epistole beati iude apostoli. ca. vnico.

Charissimi. Memores estote verborū que predicta sunt ab apostolis dñi nostri iesu christi quia dicebant vobis / quoniam in nouissimo tēpore venięt illusores secundum sua desideria ambulātes in impietatibus. Hi sunt qui segregāt semetipsos. animales spiritum non habentes. Vos autem charissimi superedificantes vosmetipsos sanctissime nostre fidei: in spiritu sancto orantes / ipsi vos in dilectione dei conseruantes: expectantes misericordiam domini nostri iesu christi in vitam eternā. Et hos quidem arguite diiudicātes: illos vero saluate de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore dei: odientes eā que carnalis est maculatā tunicā. Ei autem qui potens est vos cōseruare sine peccato / & constituere ante cōspectum glorie sue immaculatos in exultatione soli deo saluatori nostro: per iesum christum dominū nostrum gloria & magnificentia imperiū & potestas ante omne seculū: & nūc & in omnia secula seculorum amē. ¶ Scdm Lucam. viij.

In illo tempore: Venit ad iesum vir cui nomen erat iayrus *et ipse* princeps synagoge erat *Et cecidit* ad pedes iesu: rogās eū vt *intraret* in domum eius / quia filia *vnica* erat illi fere annorum duodecim, & hec moriebat. Et contigit*dum* iret: a turbis comprimebatur *Et* mulier quedā que erat in *fluxu sa*nguinis ab annis duodecim*que* in medicos erogauerat

omnem ſubſtātiam ſuam nec potuit ab vllo curari: acceſſit retro ⁊ tetigit fimbꝛiam veſtimenti eius. Et confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis eius: ⁊ ait ieſus. Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autē omnibus: dixit petrus / et qui cum illo erant. Pꝛeceptoꝛ / turbe te compꝛimunt et affligunt: ⁊ tu dicis quis me tetigit? Et dixit ieſus. Tetigit me aliquis. Nam ⁊ ego noui virtutem de me exiſſe. Uidens autem mulier quia non latuit eum: venit tremēs ⁊ pꝛocidit ante pedes eius Et ob quam cauſam tetigerit eū iudicauit coꝛam omni populo / et quemadmodum confeſtim ſanata ſit. At ipſe dixit illi. Filia fides tua te ſaluam fecit: vade in pace. Adhuc illo loquente venit quidam ad pꝛincipem ſynagoge dicens ei. Quia moꝛtua eſt filia tua: noli vexare illum. Jeſus aūt audito hoc verbo: ait patri puelle. Noli timere. Crede tantum: ⁊ ſalua erit. Et cum veniſſet ad domum / non permiſit introire ſecum quenꝙ: niſi petrum ⁊ iohannem et iacobum ⁊ patrem ⁊ matrem puelle. Flebant autem omnes: ⁊ plangebant eam At ille dixit. Nolite flere. Non eſt enim moꝛtua puella: ſed doꝛmit. Et deridebant eum: ſcientes quia moꝛtua eſſet. Jpſe autem tenens manū eius: clamauit dicens. Puella dico tibi: ſurge. Et reuerſ⁹ eſt ſpiritus eius: ⁊ ſurrerit continuo. Et iuſſit illi dare manducare. Et ſtupuerunt parētes eius. Quibus pꝛecepit ne alicui dicerēt: quod factum fuerat.

¶ Dñica.iiij.poſt pēthecoſtē Offm̄

Reſpice in me ⁊ miſerere mei domine quoniā vnic⁹ ⁊ pauper ſum ego / vide humilitatem meā et laboꝛē meū / ⁊ dimitte omnia peccata mea de⁹ meus. Ps. Ad te dñe leuaui animā meā: de⁹ me⁹ in te cōfido non erubeſcam. Gloꝛia pri. Oꝛatio

Depꝛecationem noſtrā queſumus domine benignus exaudi: et quibus ſupplicandi pꝛeſtas affectum: tribue defenſionis auxiliū. Per dominū. Lectio epſe beati petri apoſtoli. j. Petri. v. ca.

Chariſſimi. Hūiliamini ſub potenti manu dei: vt vos exaltet in tempoꝛe viſitationis. Omnem ſollicitudinem veſtram pꝛoijcientes in eum: quoniam ipſi cura eſt de vobis. Sobꝛij eſtote et vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tanꝙ leo rugiēs circuit querens quē deuoꝛet. Cui reſiſtite foꝛtes in fide. Scientes eandem paſſionem ei que in mundo eſt: veſtre fraternitati fieri. Deus autē omnis gratie qui vocauit vos in eternā ſuā gloꝛiā: in chꝛiſto ieſu modicū paſſos ipſe pficiet cōfirmabit ſolidabitꝙ. Jpi gloꝛia ⁊ impeꝛiū: in ſecula ſeculoꝛū amen. ℟. Iacta cogitatum tuū in domino: ⁊ ipſe te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meā ab hijs qui appꝛopinquant michi. Alleluya. ℣. Omnes gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Sequentia ſancti euāgelij ſecundum Lucam. xv. caplo.

In illo tēpoꝛe: Erant appꝛopinquātes publicani ⁊ peccatoꝛes: vt audirēt illum. Et mur

murabant pharisei & scribe dicentes: quia hic peccatores recipit / et manducat cũ illis. Et ait ad illos parabolam istam dicẽs. Quis ex vobis homo qui habet cẽtũ oues/ et si perdiderit vnam ex illis/ nonne dimittit nonagintanouẽ in deserto/ & vadit ad illã que perierat donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam imponit in humeros suos gaudẽs: & veniẽs domũ conuocat amicos & vicinos dicens illis. Cõgratulamini michi: quia inueni ouem meã que perierat. Dico autem vobis: quod ita gaudium erit in celo super vno peccatore penitẽtiã agẽte: quam super nonagintanouẽ iustis qui nõ indigẽt penitẽtia. Aut que mulier habẽs dragmas decẽ: si perdiderit dragmam vnam/ nõne accẽdit lucernã & euertit domũ & querit diligẽter donec inueniat? Et cum inuenerit: conuocat amicas & vicinas dicẽs. Congratulamini michi: quia inueni dragmã quam perdiderã. Ita dico vobis: gaudium erit coram angelis dei su[per] vno peccatore penitentiam agente. Credo. Offertoriũ. Sperent in te omnes qui nouerũt nomẽ tuum domine quoniam non derelinquis querentes te/ psallite domino qui habitat in syon quõ nõ est oblitus orationẽ pauperũ. Secr.

Munera domine oblata sanctifica/ vt tui nobis vnigeniti corpus & sanguis fiant. Per eundẽ. Cõio. Ego clamaui quoniam exaudisti me deus: inclina aurem tuam et exaudi verba mea. Postcommunio.

Plebis tue quesumus domine ad te semper corda auerte: vt quã tantis facis patrociniis adiuuari perpetuis non desinas presidiis. Per dominũ. Fer.iiij. Lectõ epistole bti iohãnis apli. ij.f.

Charissimi. Hoc est mãdatũ vt quemadmodũ audistis ab initio: in eo ãbuletis. Quoniã multi seductores exierunt in mundum: & qui non confitentur iesum christum in carne venisse/ hij sunt seductores & ãtichristi. Uidete autem vosmetipsos/ ne perdatis que operati estis: sed vt plenam mercedem accipiatis. Sciẽtes qd omnis qui recedit et nõ permanet in doctrina christi: deum non habet. Qui permanet in doctrina: hic et filium & patrem habet. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eũ in domo nec aue ei dixeritis. Qui eni dixerit illi aue: communicat operibus eius malignis.

Secundum Mattheum. v.cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in via cũ eo: ne forte tradat te aduersarius iudici: & iudex tradat te ministro & in carcerem mittaris. Amen dico tibi: non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis. Non mechaberis. Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendã eam/ iam mechatus est eã in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te: erue eum & proiice abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua

scādalizat te: abscide eam ꝛ pꝛoiÿce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membꝛoꝝ tuoꝝum: ꝗ totū coꝛpus tuum eat in gehennā.

Feria sexta. Lectio epistole beati Petri apostoli. j. iiij. et. v.

Charissimi. Tēpus est vt incipiat iudicium a domo dei Si autem pꝛimū a nobis quis finis eoꝝum qui nō crediderunt dei euangelio? Et si iustus vix saluabitur: impius et peccatoꝛ vbi parebunt? Itaqꝫ et hÿ qui patiuntur secundum voluntatē dei: fideli creatoꝛi commendāt animas suas in benefactis. Senioꝛes ergo qui in vobis sunt obsecro ꝯsenioꝛ ꝛ testis passionum chꝛisti: qui et eius que et in futuro reuelāda est gloꝛie cōmunicatoꝛ. Pascite eꝗ in vobis est gregem dei: pꝛouidētes nō coacte sed spontanee secundū deum. Neqꝫ turpis lucri gratia: sed voluntarie: neqꝫ vt dominātes in clero: sed foꝛma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit pꝛinceps pastoꝛ: percipietis immarcessibilem glorie coꝛonā. Sequentia sancti euāgelij secundum Marcum. xj. cap.



In illo tempoꝛe: Cum introisset iesꝰ hierosolymam in tēplum/ ꝛ circūspectis omnibus cū iam vespera esset hoꝛa: exijt in bethaniā cum duodecim discipulis suis. Et alia die cū exirent a bethania esuriit. Cun ꝗ vidisset a longe ficum habentē folia/ venit si quid foꝛte inueniret in ea. Et cum venisset ad eā: nichil inuenit pter folia. Non enim erat tempus ficoꝝum. Qui dixit ei. Iā nō amplius in eternum quisꝗ fructum ex te manducet. Et audiebāt discipuli eius: ꝛ venit iterum hierosolymam. Et cum introisset in tēplum: cepit eÿcere vendētes ꝛ emētes in templo: ꝛ mensas nummulárioꝝum et cathedꝛas vendentiū columbas euertit. Et non sinebat vt quisꝗ transferret vas per templum: ꝛ docebat eos dicens. Nonne scriptum est/ quia domus mea domus oꝛationis vocabitur cunctis gētibus? Uos autem fecistis eam speluncam latronum? Quo audito sūmi sacerdotes et scribe: querebant quomodo eū perderent Timebant enim eum: quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et cum vespera facta esset: egrediebatur de ciuitate. Et mane cum transirent: viderunt ficum arefactam a radicibꝰ Et recoꝛdatus petrꝰ: ait illi. Rabbi. Ecce ficulnea cui maledixisti/ aruit. Et respondens iesus: ait illi. Habete fidem dei. Amen dico vobis: quia si quis dixerit huic monti tollere ꝛ mittere in mare / ꝛ non hesitauerit in coꝛde suo sed crediderit quia quodcunqꝫ dixerit fiat: fiet ei. Dominica quarta post penthecosten Ad missam Introit⁹



Dominus illumina tio mea/ ꝛ salꝰ mea quē timebo: dominus defensoꝛ vite mee a quo trepidabo. qui tribulāt me inimici mei/ infirmati sunt ꝛ ceci-

derunt. ps. Si cõsistãt aduersum me castra: nõ timebit cor meũ. Gloria pẽi. Orõ

PRotector in te sperantium deus sine quo nichil est validum nichil sanctũ: multiplica super nos misericordiam tuã: ut te rectore/te duce sic trãseamus per bona temporalia/ ut non amittamus eterna. Per dominũ nostrũ.

Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Romanos. viij. capl°.

FRatres: Existimo enĩ q̃ nõ sunt cõdigne passiones huius tẽporis / ad futurã gloriã que reuelabitur in nobis. Nã expectatio creature reuelationẽ filior dei expectat. Uanitati enim creatura subiecta est non volẽs: sed propter eum qui subiecit eã in spe. Quia ⁊ ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis: in libertatẽ glorie filior dei. Scimꝰ enĩ q̃ oĩs creatura igemiscit: ⁊ parturit usq̃ adhuc. Non solũ autẽ illa: sed ⁊ nos ipsi primitias spiritus habentes/ ⁊ ipsi intra nos gemimꝰ adoptionem filiorũ dei expectantes redẽptionẽ corporis nostri. In christo iesu dño nostro. ℟. Propiciꝰ esto dñe peccatis nostris nequando dicant gentes ubi est deus eorum. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: ⁊ propter honorem nominis tui domine libera nos. Alla. ℣. Te decet hymnus deus in syon: et tibi reddetur votum in hierusalem. Sequentia sctĩ euãgelij secundum Lucam. vj. ca.

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Estote misericordes: sicut ⁊ pater vester misericors est. Nolite iudicare: ⁊ nõ iudicabimini. Nolite cõdẽnare/ ⁊ nõ condemnabimini. Dimittite: ⁊ dimittemini. Date: ⁊ dabitur vobis Mensuram bonam et confertam et coagitatam / et supereffluẽtem dabunt in signum vestrum. Eadẽ quippe mensura qua mensi fueritis: remetietur vobis. Dicebat autem eis: et similitudinẽ. Nunquid potest cecus cecum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus supra magistrum. Perfectꝰ autem omnis erit: si sit sicut magister eius. Quid autem vides festucã in oculo fratris tui: trabẽ autẽ que in oculo tuo est nõ consideras? Aut quomodo dicere potes fratri tuo/ frater sine eijciã festucã de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita / eijce primum trabem de oculo tuo/ ⁊ tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. Credo. Offertorium. Illumina oculos meos ne unq̃ obdormiam in morte nequãdo dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Secreta.

REspice domine munera supplicãtis ecclesie: ⁊ saluti credẽtium perpetua sanctificatione sumenda concede. Per. Cõmunio. Dñs firmamẽtũ meũ ⁊ refugiũ meũ ⁊ liberator meꝰ: deꝰ meꝰ adiutor meꝰ. Postc.

SAncta tua nos dñe sumpta viuificẽt ⁊ misericordie sempiterne preparẽt expiatos. Per do.

Fer. quarta. Lectõ epistole beati Jacobi apostoli. j. Jac. iij. ⁊. iiij.

CHarissimi: Que de sursum est sapiẽtia: primũ quidẽ pudica est / deinde pacifica/ modesta suadibilis/ bonis consentiens: plena mĩa / ⁊ fructibꝰ bonis: iudicãs sine simulatione. Fructus autem

iusticie in pace seminantur: faciētib⁹ pacem. Unde bella et lites in vobis? Nonne ex concupiscentijs vestris que militant in membris vestris? Concupiscitis et non habetis: occiditis et zelatis: et nō potestis adipisci. Litigatis et belligeratis: et non habetis propter qd non postulatis. Petitis/ et nō accipitis: eo q male petatis: vt in concupiscentijs vestris insinuatis.

¶Secundum Marcum. x. capi°.

In illo tempore. Offerebāt iesu paruulos vt tāgeret illos. Discipuli autem comminabātur offerentibus. Quos cū videret iesus indigne tulit: et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: et ne prohibueritis eos. Taliū est enim regnum celorum. Amen dico vobis. Quisquis nō receperit regnū dei velut paruulus: nō intrabit in illud. Et complexans eos et imponens manus super illos: benedicebat eos. ¶Feria. vj. Lectō epistole beati Pauli apl'i Ad Colossen. iij.

Fratres: Omne quodcunq facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini iesu facite: gratias agentes deo et patri per ip̄m. Mulieres subdite estote viris: sicut oportet in domino. Uiri diligite vxores vestras: et nolite amari esse ad illas. Filij obedite parentibus per oīa: hoc enim placitum est in domino. Patres nolite ad indignationē prouocare filios vestros: vt nō pusillo animo fiāt. Serui obedite per omnia dominis carnalibus: non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes: sed in simplicitate cordis timentes dominum. Quodcūq facitis ex animo operamini sicut domino et non hominibus: scientes q a domino accipietis retributionem hereditatis. Per iesum christum dominum nostrum.

¶Secundum Mattheum. xxi. ca.

In illo tempore: Cum venisset iesus in templum: accesserunt ad eum docētem principes sacerdotum et seniores populi: dicentes. In qua potestate hec facis et quis dedit tibi hāc potestatem? Respondit iesus: et dixit illis. Interrogabo vos et ego vnum sermonem/ quem si dixeritis michi et ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismus iohānis vnde erat/ e celo an ex hominib⁹? At illi cogitabant intra se dicentes. Si dixerimus e celo: dicet nobis. Quare non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominib⁹/ timemus turbam. Omnes enim habebant iohannem: sicut prophetam Et respondentes iesu dixerūt. Nescimus. Ait illis et ipse. Nec ego dico vobis: i qua potestate hec facio

¶Dominica quinta post penthecosten Ad missam Introitus.



Exaudi domine vocem meā qua clamaui ad te: adiutor me⁹ esto ne derelinquas me/ neq despicias me deus salutaris meus. Psalmus. Dominus illuminatio mea: et salus mea quē timebo. Gloria patri et filio. Oratio.

Da nobis dñe qs vt et mūdi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigat: et ecclesia tua tran

quilla deuotione letetur. Per dominum nostrum iesum christum.

Lectō epistole beati petri apl'i. j. iij.

Charissimi. Omnes vnanimes in oratione estote: compatiētes fraternitatis amatores: misericordes humiles. Non reddētes malum pro malo: nec maledictū pro maledicto: sed econtrario benedicentes. Quia in hoc vocati estis: vt benedictionem hereditate possideatis. Qui enim vult vitam diligere ꝛ videre dies bonos: cohereat linguam suam a malo: et labia eius ne loquantur dolum. Declinet autem a malo et faciat bonum: inquirat pacem et persequatur eā. Quia oculi domini super iustos: et aures eius ad preces eorum. Uultus autē domini: super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat si boni emulatores fueritis? Sed et si quid patimini propter iusticiam beati. Timorē autem eorum ne timueritis: vt non conturbemini. Dominum autem christum sanctificate: in cordibus vestris. R. Protector noster aspice deus et respice super seruos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces seruorū tuorum. Alleluya. V. In te domine speraui non confundar in eternum: in tua iusticia libera me et eripe me: inclina ad me aurem tuam / accelera vt eripias me. Sequentia sancti euangelij secūdum Lucam. v. capitulo.

In illo tempore: Cum turbe irruerent ad iesum vt audirent verbum dei: et ipse stabat secus stagnum genesareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnū. Piscatores autem descenderant ꝛ lauabant retia. Ascēdens autem in vnam nauem que erat symonis rogauit eum vt a terra reduceret pusillum. Et sedēs docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autem loqui: dixit ad symonem. Duc in altum: et laxate retia vestra in capturam. Et respondens symon dixit illi. Preceptor per totam noctē laborantes nichil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent cōcluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum: et annuerunt socijs qui erāt in alia naui: vt venirent et adiuuarent eos. Et venerunt et impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerentur. Quod cum videret symon petrus: procidit ad genua iesu dicens. Exi a me: quia homo peccator sum domine. Stupor enim circūdederat eum et omnes qui cum illo erāt: in captura piscium / quā ceperant. Similiter autem iacobum et iohannem filios zebedei: qui erant socij symonis. Et ait ad symonē iesus. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiēs. Et subductis ad terram nauib9: relictis omnibus secuti sūt eum. Credo in vnum deum. Offertorium. Benedicam dominum qui tribuit michi intellectum prouidebā deum in conspectu meo semper quoniam a dextris est michi ne cōmouear.

Secreta.

Oblationibus domine placare susceptis: ꝛ ad te nostras etiam rebelles compelle propici9 volūtates. Per dominum nostrū iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnita. ꝛc.

Cōio. Unam petii a dño hanc requirā vt inhabitem in domo domini omnib⁹ diebus vite mee. Postcommunio.

Mysteria nos domine sancta purificēt: ⁊ tuo munere tueantur. Per dominum nostrum iesum. ¶ Feria quarta. Lectio epistole beati petri apostoli. ij.pet.iij.

Charissimi Adueniet dies domini vt fur in quo celi magno impetu transiēt: elemēta vero calore soluētur. Terra autē ⁊ que in ipsa sunt opera / exurētur. Cum igit̃ hec oīa dissoluēda sint: ꝯsiderate quales oportet vos esse i sāctis conuersationibus et pietatibus. Expectantes ⁊ properātes in aduentum diei domini. Per quem celi ardētes soluentur / ⁊ elementa ignis ardore tabescent. Nouos vero celos et terram nouam / et promissa ipsius expectamus: in quibus iusticia habitat. Propter qđ charissimi hec expectantes: satagite immaculati et inuiolati ei inueniri in pace. Et longanimitatē dñi nostri: salutem arbitramini.

¶ Secundum Mattheum. xxi. ca.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hāc. Homo quidam habuit duos filios: et accedens ad primum dixit. Fili vade operari in vineā meam. Ille autem dixit. Nolo. Postea autem penitētia motus: abijt. Accedens autē ad alterū: dixit similiter. At ille respōdens: ait. Eo domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatē patris? Dicūt ei. Primus. Dixit illis iesus. Amē dico vobis: quia publicani ⁊ meretrices precedent vos in regnū dei. Venit enim ad vos iohānes in viā iusticie: ⁊ non credidistis ei. Publicani autē ⁊ meretrices: crediderūt ei. Vos autem videntes / nec penitentiam habuistis postea vt crederetis ei. Qui habet aures audiēdi audiat. ¶ Feria. vj. Lectō epl'e bti Petri apostoli. ij. Petri. iij.

Hanc ecce charissimi secundā vobis scribo epistolam / in quibus excito vestram in commonitione sinceram mentem / vt memores sitis eorum que predixi verborum a sanctis prophetis / et apostolorum vestrorū preceptorū domini saluatoris. Hoc primū scientes quod venient dies in nouissimis dieb⁹ in deceptione illusores iuxta proprias ꝯcupiscentias ambulantes: et dicentes. Ubi est promissio: aut aduētus eius? Ex quo enim patres dormierunt: omnia sic perseuerant ab initio creature. Latet enim eos hoc volētes: quod celi erant prius ⁊ terra de aqua / et per aquam consistens dei verbo. Per que ille tunc mūdus aqua inundatus perijt. Celi autē qui nūc sunt et terra: eodem verbo repositi sunt igni seruati in diem iudicij et perditionis impiorum hominum. Unū vero hoc non lateat vos charissimi: quia vn⁹ dies apud dominum sicut mille anni: et mille anni sicut dies vnus. Non tardat dominus promissum suum sicut quidam existimant / sed patiēter agit propter vos nolens aliquos perire: sed omnes ad penitentiam reuerti. ¶ Scdm Mattheum. xviij. c.

In illo tēpore. Interrogauerūt iesum discipuli dicentes

Quid ergo scribe dicūt q helyam oportet primum venire? At ille respondēs: ait illis. Helyas quidem venturus est: et restituet omnia. Dico autem vobis: quia helyas iam venit: et non cognouerunt eum. Sed fecerunt in eo quecūq voluerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli: quia de iohanne baptista dixit eis. Et cum venisset ad turbam: accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens. Domine miserere mei: quia lunaticus est filius meus / et male patitur. Nam sepe cadit in ignem: et crebro in aquam. Et obtuli eū discipulis tuis: et non potuerunt curare eum. Respondens autem iesus: dixit eis. O generatio incredula et peruersa: quousq ero vobiscū quousq patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum iesus: et exijt ab eo demonium.

Dominica sexta Introitus.

Dominus fortitudo plebis sue et protector salutariū christi sui est: saluū fac populum tuum domine et benedic hereditati tue / et rege eos vsq in seculum. Psalm⁹. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me nequando taceas a me: et assimilabor descendētibus in lacum. Gloria patri et filio. Oratio.

Deus qui diligētibus te bona inuisibilia preparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus et super omnia diligētes / promissiones tuas que omne desiderium superāt cōsequamur. Per do. Lectō epl'e bti Pauli apli Ad Romanos. vj.

Fratres. Quicūq baptizati sumus in christo iesu: in morte ipsius baptizati sum⁹. Cōsepulti enim sumus cū illo per baptismū in mortē: vt quomodo surrexit christus a mortuis per gloriam patris: ita et nos in nouitate vite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ei⁹: simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est: vt destruatur corpus peccati: vt vltra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est: iustificat⁹ est a peccato. Si autem mortui sumus cū christo: credimus quia simul etiā viuemus cū eo. Scientes q christus resurgēs a mortuis / iā non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quod enim mortu⁹ est peccato: mortuus est semel. Quod autem viuit: viuit deo. Ita vos existimate vos mortuos quidem esse peccato: viuentes autem deo. In christo iesu dño nostro. R. Conuertere domine aliquantulū et deprecare super seruos tuos. V. Dñe refugium factus es nobis: a generatione et progenie. Alleluya. V. Attēdite popule me⁹ legē meā. Scdm Mattheum. v.c.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Amē dico vobis: nisi abundauerit iusticia vestra plusq scribarū et phariseorū: nō intrabitis in regnū celorū. Audistis: quia dictū est antiquis. Nō occides. Qui autē occiderit: reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: quia oīs qui irascitur fratri suo:

reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha: reus erit cōsilio. Qui autē dixerit fatue: reus erit gehēne ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare: et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare: et vade prius recōciliari fratri tuo. Et tunc veniens offeres munus tuū. Credo. Offe. Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea: inclina aurem tuam et exaudi verba mea mirifica misericordias tuas qui saluos facis sperantes in te domine. Secreta.

Propiciare dñe supplicationibus nostris/ et has oblationes famulorū famularūq tuarū benignus assume: vt qđ singuli obtulerūt ad honorē nominis tui: cūctis proficiat ad salutē. Per. Cōio

Circuibo et imolabo in tabernaculū eius hostiam iubilationis cantabo et psalmum dicam domino. Postcommunio.

Quos celesti dñe dono satiasti/ pſta qs: vt a nostris mūdemur occultis/ et ab hostiū liberemur insidijs. Per. Feria quarta. Lectio epistole beati pauli aposto li Ad Romanos. v. capitulo.

Fratres: Sicut per vnius delictum mors in omnes homines in condemnationē: sic et per vnius iusticiam resurrectio in omnes homines in iustificationē vite Sicut enim per vnius hominis inobedientiā peccatores cōstituti sūt multi: ita et per vnius obedientiam iusti constituuntur multi. Lex autē subintrauit: vt abundaret delictum. Ubi autem abundauit delictum: superabūdauit et gratia. Ut sicut regnauit peccatū in mortē: ita et gratia regnet per iusticiā in vitā eternā. Per iesum christū dominū nostrum. Scdm Marcum .x.

In illo tempore: Cum egressus esset iesus in via: procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eum dicēs. Magister bone quid faciam vt vitam eternam percipiā? Jesus aūt dixit ei. Quid me dicis bonū? Nemo bonus: nisi solus deus. Precepta nosti? Nō occidas. Non adulteres: nō fureris: ne falsum testimoniū dixeris: ne fraudem feceris: honora patrem tuum et matrē. At ille respondens ait illi. Magister: hec omnia custodiui a iuuentute mea. Jesus autē intuitus eum dilexit eum: et dixit ei. Unum tibi deest. Uade et quecūq habes vende et da pauperibus: et habebis thesaurum in celo. Et veni: sequere me. Feria .vj. Lectio epistole beati iohānis apostoli. iij.

Charissimi: Si cor nostrum non reprehēderit nos: fiduciam habemus ad deum: vt quicquid pecierimus accipiem⁹ ab eo. Quoniam mandata eius custodimus: et ea que sunt placita coram eo facimus. Et hoc est mādatum eius vt credamus in nomine filij eius iesu christi: et diligam⁹ alterutrum sicut dedit nobis mandatum. Et qui seruat mandata eius in illo manet et ipse in eo. Et in hoc scimus: quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. Charissimi/ nolite omni spiritui credere: sed probate spirit⁹ si ex deo sint: quoniam multi pseudo prophete exierunt in mundum. In hoc

cognoſcitur ſpiritus dei. Omnis ſpiritus qui confitetur ieſum chꝛiſtum in carne veniſſe: ex deo eſt. Et omnis ſpiritus qui ſoluit ieſum: ex deo non eſt. Et hic eſt antichꝛiſtus de quo audiſtis quoniam venit: et iam nunc in mūdo eſt. Vos ex deo eſtis filioli: ⁊ viciſtis eū quoniam maioꝛ eſt qui in vobis eſt q̄ qui in mūdo. Ipſi de mundo ſunt/ ideo de mundo loquuntur: ⁊ mundus eos audit. Nos ex deo ſumꝰ: qui nouit deū audit nos. Qui aūt nō eſt ex deo: nō audit nos. In hoc cognoſcimꝰ ſpiritū veritatis ⁊ ſpiritū erroꝛis. Chariſſimi diligamꝰ nos inuicē/ qm̄ charitas ex deo eſt. Et omnis qui diligit fratrē ſuū ex deo natus eſt: ⁊ cognoſcit deum.

¶ Secundum Marcum. v. ca.

In illo tempoꝛe: Venit ieſus trans fretum in regionē geraſenoꝛum. Et exeūte eo de naui: ſtatim occurrit ei de monumentis homo in ſpiritu immundo: qui domicilium habebat in monumētis Et neq̄ cathenis iam quiſq̄ eum poterat ligare: quoniam ſepe compedibus ⁊ cathenis vinctus diſrupiſſet cathenas: ⁊ cōpedes comminuiſſet. Et nemo poterat eum domare. Et ſemper nocte ⁊ die in monumentis ⁊ in montibus erat: clamans et concidens ſe lapidibus. Videns autem a longe ieſum: occurrit ⁊ adoꝛauit eum. Et clamās voce magna: dixit ei. Quid michi et tibi ieſu fili dei ſummi? Adiuro te per deum: ne me toꝛqueas. Dicebat enim illi ieſus. Exi ſpiritus immunde: ab homine. Et interrogabat eū. Quod tibi nomen eſt? Qui reſpondens dixit. Legio michi nomen eſt: quia multi ſumus. Et depꝛecabatur eum multum: ne ſe expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem/ grex poꝛcorum magnus paſcens. Et depꝛecabantur eum ſpiritus: dicētes. Mitte nos in poꝛcos: vt in eos introeamus. Et permiſit eos ſtatim ieſus Et exeuntes ſpiritus immundi: introierunt in poꝛcis. Et magno impetu grex pꝛecipitatus eſt in mari ad duo milia: et ſuffocati ſūt in mari. Qui autem paſcebant eos: fugerunt ⁊ nunciauerunt in ciuitatem ⁊ in agros. Et egreſſe ſunt turbe videre quid eſſet factum. Et veniunt ad ieſum/ et vidēt illum qui a demonio vexabatur ſedentem veſtitum et ſane mentis: ⁊ timuerūt valde. Et narrauerunt illis que viderāt: qualiter factum eſſet ei qui demonium habuerat et de poꝛcis. Et rogare eum ceperunt: vt diſcederet a finibus eoꝛum. Cumq̄ aſcēdiſſet nauem cepit illum depꝛecari qui a demonio fuerat vexatus: vt eſſet cum illo. Et dixit illi ieſus. Vade in domum tuam ad tuos: et annuncia illis quanta tibi dominus fecerit: ⁊ miſertus ſit tui. Ille vero egreſſus inde: cepit pꝛedicare populis: quanta ſibi feciſſet dominus ⁊ omnes mirabantur.

¶ Dominica ſeptima poſt penthecoſten Ad miſſam Introitus.



Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultatiōis. Pſalmꝰ. Subiecit populos nobis ⁊ gētes ſub pedibus

nostris. Gloria patri et filio. Oratio.

Deus virtutum cuius est to tum quod est optimum: in sere pectoribus nostris amorem tui nominis & presta in nobis religionis augmentum / vt que sunt bona nutrias / ac pietatis studio que sunt nutrita custodias. Per dñm.

Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Romanos. vj. capitulo.

Fratres: Humanũ dico propter infirmitatem carnis vestre. Sicut enim exhibuistis mẽbra vestra seruire immũdicie & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationẽ. Cũ enim serui essetis peccati: liberi fuistis iusticie. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis: in quibus nũc erubescitis. Nã finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato: serui autẽ facti deo. Habetis fructum vestrum in sanctificationẽ: finem vero vitam eternam. Stipẽdia autem peccati / mors. Gratia autem dei: vita eterna. In christo iesu domino nostro. R. Beata gẽs cuius est dominus deus eorum: populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. V. Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluya. V. Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob / sumite psalmum iocũdũ cũ cythara. ¶ Secundũ marcũ. viij.

In illo tempore. Cum multa turba esset cum iesu / nec haberent quod manducarent: cõuocatis discipulis suis / ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinẽt me / nec habẽt qđ manducent. Et si dimisero eos ieiunos in domũ suam: deficient in via. Quidam autẽ ex eis: de longe venerunt. Et responderũt ei discipuli sui. Unde poterit istos q̃s hic saturare panibus: in solitudine? Et interrogauit eos. Quot panes habetis? Qui dixerũt. Septẽ. Et precepit turbe: discumbere super terram. Et accipiens septẽ panes gratias agens: fregit & dabat discipulis suis vt apponerẽt. Et apposuerunt turbe. Et habebãt pisciculos paucos: et illos benedixit & iussit apponi. Et manducauerũt omnes: & saturati sunt. Et sustulerũt quod superauerat de fragmentis septem sportas. Erant autem qui mãducauerũt: quasi quattuor milia: & dimisit eos. ¶ Credo. Offertorium.

Sicut in holocaustũ arietum et taurorũ / et sicut in milibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in cõspectu tuo hodie vt placeat tibi quia nõ est cõfusio confidẽtibus in te dñe. Secreta.

Propitiare domine supplicationibus nostris: et has populi tui oblationes benignus assume / et vt nullius sit irritum votũ: nullius vacua supplicatio / presta quesumus: vt quod fideliter petimus efficaciter cõsequamur. Per dominũ. Cõio. Inclina aurem tuam accelera vt eruas nos. Postcõmunio.

Repleti domine muneribus sacris: tribue quesumus / vt et eorum mundemur effectu & muniamur auxilio. Per. ¶ Feria .iiij. Lectõ epl'e bti iohãnis apl'i. j. v. c.

Charissimi. Hec scribo vobis vt sciatis quoniã habetis vitam eternam: qui creditis in nomine vnigeniti filij dei. Et hec est

annunciatio fiducie quam habetis ad deum: quia quicquid petierimus secundum voluntatem eius audit nos. Et scimus quoniam audit nos / et scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem: petat et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem non pro illo dico ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est: et est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex deo non peccat: sed generatio dei conservat eum. Et malignus non tangit eum. ¶ Secundum Mattheum. xvj.

In illo tempore. Accesserunt ad iesum pharisei et saducei temptantes: et interrogaverunt eum ut signum de celo ostenderet eis. At ille respondens: ait illis. Facto vespere dicitis serenum erit: rubicundum est celum. Et mane. Hodie tempestas erit: rutilat enim triste celum. Faciem ergo celi diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire. Generatio mala et adultera signum querit: et signum non dabitur ei nisi signum ione prophete. Et relictis illis abijt. Et cum venissent discipuli eius trans fretum: obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemini et cavete a fermento pharisaeorum et saduceorum. At illi cogitabant inter se dicentes: quia panes non accepimus. Sciens autem iesus dixit. Quid cogitatis inter vos modice fidei / quia panes non habetis? Nondum intelligitis neque recordamini quinque panum et quinque milium hominum: et quot cophinos sumpsistis? Neque septem panum et quattuor milia hominum: et quot sportas sumpsistis. Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis: cavete a fermento pharisaeorum et saduceorum. Tunc intellexerunt quia non dixerit cavendum a fermento panum: sed a doctrina pharisaeorum et saduceorum. ¶ Feria. vj. Lectio epistole beati iohannis apostoli. v.

Charissimi. Omnis qui credit quoniam iesus est christus: ex deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit: diligit et eum qui natus est ex deo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei cum deum diligamus: et mandata eius faciamus. Hec est enim charitas dei ut mandata eius faciamus Hec est enim charitas dei ut mandata eius custodiamus: et mandata eius non sunt gravia. Quoniam omne quod natum est ex deo: vincit mundum. Et hec est victoria que vincit mundum: fides nostra. Quis est qui vincit mundum nisi qui credit / quoniam iesus est filius dei.

¶ Secundum Marcum. iiij. cap.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cui assimilabimus regnum dei / aut cui parabole comparabimus illud? Sicut granum sinapis quod cum seminatum fuerit in terra: minus est omnibus oleribus que sunt in terra. Et cum natum fuerit / ascendit et fit maius omnibus oleribus / et facit magnos ramos ita ut possint sub umbra eius aves celi habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum: prout poterant audire. Sine parabola autem non loquebatur eis. Seorsum autem

discipulis suis: disserebat omnia.
¶ Dominica octaua post penthecosten Ad missam Introitus.

Uscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui secundum nomen tuum deus ita et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. Ps. Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Gloria. Oro.

Deus cuius prouidentia in sui dispositione non fallit/ te supplices exoramus: vt noxia cuncta submoueas: et omnia nobis profutura concedas. Per do. Lectio epistole beati pauli apostoli Ad Romanos. viij.

Fratres: Debitores sumus non carni: vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunque enim spiritu dei aguntur: hij filij sunt dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro: quod sumus filij dei. Si autem filij: et heredes. Heredes quidem dei: coheredes autem christi. R. Esto michi in deum protectorem et in locum refugij vt saluum me facias. V. Deus in te speraui domine: non confundar in eternum. Alleluya. V. Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te.
¶ Secundum Mattheum. vij. ca.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere: neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur/ et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit michi domine domine: intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. Credo. Offertorium. Populum humilem saluum facies domine: et oculos superborum humiliabis quoniam quis deus preter te domine. Secreta

Hostias domine quesumus nostre deuotionis benignus assume: et per hec sacrificia gloriosa subditorum tibi corda purifica. Per d.
Communio. Gustate et videte quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo. Postcommunio.

Tua nos domine medicinalis operatio et a nostris peruersitatibus clementer expediat: et ad ea que sunt recta perducat. Per do. ¶ Feria. iiij. Lectio epistole beati pauli apostoli Ad Romanos. viij.

Fratres: Nichil nunc dampnationis est hijs qui sunt in christo iesu qui non secundum carnem ambulant: lex enim spiritus vite in christo iesu liberauit me a lege peccati et mortis. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem: deus filium suum

mittens in similitudinem carnis peccati: ꝛ de peccato dānauit peccatum in carne: vt iustificatio legis impleretur in nobis. Qui nō secundum carnem ambulamus/ sed secūdū spiritū. Qui enim secūdum carnē sunt: que carnis sūt sapiunt. Qui vero sunt secundum spiritum: que sunt spiritus sentiunt. Nam prudentia carnis: mors est. Prudentia autem spiritus: vita et pax. In christo iesu: dño nostro.

¶ Secundum Marcum. ix. capło.

In illo tēpore. Dixit iohannes ad iesum. Magister vidimus quēdam in nomine tuo demonia eiicientem: ꝛ prohibuimus eum/ quia nō sequitur nos. Jesus autem ait illis. Nolite prohibere eū. Nemo est enim qui faciat virtutem in nomīe meo: ꝛ possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersum vos: pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque frigide in nomine meo quia christi estis: amen dico vobis nō perdet mercedem suā. Et quicunq; scandalizauerit vnū de hijs pusillis credētibus in me: bonū est ei magis si circūdaretur mola asinaria circa collum eius/ et in mare mitteretur. Et si scādalizauerit te manus tua: abscinde illam. Bonum est tibi debilem introire ad vitam: q̄ duas man⁹ habentem ire in gehēnam: in ignem inextinguibilem/ vbi vermis eorū non moritur et ignis non extinguitur. Et si pes tuus scādalizat te: amputa illum. Bonum est tibi claudum introire ad vitam: quā duos pedes habentem mitti in gehēnam ignis inextinguibilis vbi vermis eorū non moritur ꝛ ignis non extinguitur. Et si oculus tu⁹ scandalizat te: erue eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum dei q̄ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis: vbi vermis eorum non moritur ꝛ ignis nō extinguitur.

¶ Feria sexta. Lectio libri Regum. j. j. capitulo.

In diebus illis: Ascendit vir helcana ꝛ domus ei⁹ vt immolaret domino hostiam solennē et votū suum: ꝛ anna non ascēdit. Dixit autem viro suo. Non vadā donec ablactetur infans / et ducā eum ꝛ appareat ante conspectum domini et maneat ibi iugiter. Et ait helcana vir suus. Fac quod bonū tibi videt: ꝛ mane donec ablactes eum: precorq; vt impleat dñs verbum suū. Mansit ergo mulier ꝛ lactauit filiū suum donec amoueret eum a lacte. Et adduxit eum secum postq̄ ablactauerat in vitulis tribus: ꝛ tribus modijs farine ꝛ āphora vini: ꝛ adduxit eū ad domum domini in sylo. Puer autem erat adhuc infantulus. Et immolauerūt vitulum: et obtulerūt puerū hely. Et ait anna. Obsecro mi dñe: viuit anima tua. Ego sum illa mulier que steti corā te hic: orās dominū pro puero isto. Oraui: ꝛ dedit michi dñs petitionem meā quā rogaui eum. Idcirco et ego cōmodaui eum domino: cūctis dieb⁹ qui bus fuerit accommodat⁹ domino Et adorauerūt ibi dominū Et orauit annaꝛ ait. Exultauit cor meū in dño: ꝛ exaltatum est cornu meū in deo meo. ¶ Scdz̄ mattheū. xxij

IN illo tempore: Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Ve autem vobis scribe et pharisei hypocrite: quia clauditis regnũ celorũ ante homines. Vos enim non intratis: nec introeũtes sinitis intrare. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite qui comeditis domos viduarũ orationes lõgas orantes propter hoc amplius accipietis iudicium. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite: q̃ circuitis mare et aridã vt faciatis vnum proselitum. Et cum fuerit factus: facitis eum filiũ gehẽne duplo q̃ vos Ve vobis duces ceci qui dicitis quicunq̃ iurauerit per templũ nichil est. Qui autem iurauerit in aurũ templi: debet. Stulti et ceci / quid enim maius est aurũ an templũ quod sanctificat aurum? Et quicũq̃ iurauerit in altari nichil est. Quicunq̃ autem iurauerit in dono quod est super illud: debet. Ceci quid enim maius est donũ: an altare quod sanctificat donũ? Qui ergo iurat in altari iurat in eo et in omnibus que super illud sunt. Et qui iurauerit in templo: iurat in illo et in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in celo: iurat in throno dei / et in eo qui sedet super eum. Ve vobis scribe et pharisei hypocrite / qui decimatis mentam et anetum et ciminum: et reliquistis que grauiora sunt legis: iudicium misericordiam et fidem. Hec oportuit facere: et illa non omittere.

¶ Dominica nona post pẽthecosten Ad missam Introitus.



ECce deus adiuuat me et dominus susceptor est aĩe mee: auerte mala ĩimicis meis: et in veritate tua disperde illos protector meus domine. Ps. Deus in nomine tuo saluum me fac: et in virtute tua iudica me. Gloria patri. Oratio.

PAtere nobis domine que sumus semper spiritum cogitandi que recta sunt propicius et agendi: vt qui sine te esse non possumus / secundũ te viuere valeamus Per dominum. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Corinthios .j.x.

FRatres: Non simus cõcupiscentes malorũ: sicut et illi concupierũt. Neq̃ ydolatre efficiamini sicut quidã ex ipsis: quẽ admodum scriptum est. Sedit populus manducare et bibere: et surrexerunt ludere. Neq̃ fornicemur sicut quidam eorũ fornicati sunt: et ceciderunt vna die viginti tria milia. Neq̃ tẽtemus christũ sicut quidam eorũ tentauerunt / et a serpentibus perierunt. Neq̃ murmuraueritis sicut quidã murmurauerunt: et perierunt ab exterminatore. Hec autem omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram: in quos fines seculorum deuenerũt. Itaq̃ qui se existimat stare videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Fidelis autem deus est qui non patiet vos tẽtari supra id quod potestis: sed faciet cũ tentatione etiam prouẽtũ: vt possitis sustinere. R. Domine dominus noster: q̃ admirabile est no

men tuum in vniuersa terra. V℟. Quoniã eleuata est magnificentia tua super celos. Alleluya. V. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie.

¶ Secundum Lucam. xvj. capl'o.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidã erat diues qui habebat villicum. Et hic diffamatus est apud illum: quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit eum: et ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tue. Iã enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se. Quid faciã? quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubesco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a villicatione: recipiãt me in domos suas. Conuocatis itaqȝ singulis debitoribus domini sui: dicebat primo. Quantũ debes domino meo? At ille dixit. Centum cados olei. Dixitqȝ illi. Accipe cautionẽ tuã: et sede cito: et scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et sede: et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicũ iniquitatis: quia prudẽter fecisset: quia filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. ¶ Credo in vnum. Offertorium. Iusticie domini recte letificantes corda et dulciora super mel et fauum: nam et seruus tuus custodiet ea. Secreta.

Suscipe munera quesumus domine que tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacrosancta mysteria gratie tue operante virtute presentis vite nos cõuersatione purificent: et ad gaudia sempiterna perducant. Per dominum. Cõmunio. Primũ querite regnum dei et oia adijciẽtur vobis: dicit dñs. Postcõio

Sit nobis dñe reparatio mẽtis et corporis celeste mysterium: vt cuius exequimur actionẽ sentiamus effectum. Per dñm.

¶ Feria. iiij. Lectõ epl'e btĩ pauli apostoli Ad Corinthios. j. viij. ca.

Fratres: Scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat: charitas vero edificat. Si quis autem se existimat scire aliquid: nõdũ cognouit quẽadmodũ oporteat eũ scire. Si quis autem diligit deum: hic cognitus est ab eo. De escis autem que idolis immolantur: scimus qȝ nichil est idolum in mundo: et quod nullus deus nisi vnus. Nam et si sunt qui dicantur dij siue in celo siue in terra: siquidem sunt dij multi et domini multi: nobis tamen vnus deus pater ex quo omnia et nos in illo. Et vnus dominus iesus christus: per quem omnia: et nos per illum.

¶ Secundum Lucam. xvj. capl'o.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis est in minimo: et in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est: et in maiore iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fuistis: quod verum est quis credet vobis? Et si in alieno fideles nõ fuistis: quod vestrũ est quis dabit vo-

bis. Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odiet et alterũ diliget: aut vni adherebit ⁊ alterum contemnet. Nõ potestis deo seruire ⁊ mammone. Audiebãt autem hec omnia pharisei qui erant auari: et deridebãt illum. Et ait illis. Uos estis qui iustificatis vos coram hominibus: deus autẽ nouit corda vestra. Qr quod hominibus altum est: abhominatio est ante deũ. ¶ Feria. vj. Lectio epistole beati pauli apostoli Ad Romanos. xv. capitulo.

Certus sum fratres mei: et ego ipse de vobis: quoniam ⁊ ipsi pleni estis dilectione. Repleti omni scientia: ita vt possitis alterutrum monere. Audacius autẽ scripsi vobis fratres ex parte / tanq̃ in memoriam vos reducens propter gratiam que data est michi a deo: vt sim minister christi iesu in gentibus sanctificãs euãgelium dei: vt fiat oblatio gentium accepta ⁊ sanctificata in spiritu sãcto. Habeo igitur gloriã in christo iesu ad deum. Nõ enim audeo aliquid loqui eorum que per me nõ efficit christus: in obedientiam gentium in verbo ⁊ factis. In virtute signorum et prodigiorum: in virtute spiritus sancti. ¶ Secũm Lucam. xj.

In illo tẽpore: Rogabat iesum quidam phariseus: vt cũ illo manducaret. Et ingressus in domũ pharisei: recubuit. Phariseus autem cepit intra se reputãs dicere: quare nõ baptizatus esset ante prãdium. Et ait dominus ad illum. Nunc vos pharisei quod de foris est calicis ⁊ catini mũdatis: quod autem intus est vestrum plenum est rapina ⁊ iniquitate. Stulti / nonne qui fecit quod deforis est: etiam id quod deintus est fecit? Ueruntamen qđ superest date elemosynã: ⁊ ecce omnia mũda sunt vobis. Sed ve vobis pharisei / qui decimatis mentam ⁊ rutam ⁊ omne olus: ⁊ preteritis iudiciũ ⁊ charitatẽ dei. Hec autem oportuit facere: ⁊ illa non omittere. Ue vobis pharisei qui diligitis primas cathedras in synagogis: ⁊ salutationes in foro. Ue vobis quia velut monumenta estis que nõ apparẽt: ⁊ homines ambulantes supra nesciunt. Respondens autem quidã ex legisperitis ait illi. Magister hec dicens: etiam nobis cõtumeliã facis. At ille ait. Et vobis legisperitis ve: qui oneratis homines oneribus que portare nõ possunt: ⁊ ipsi vno digito vestro: non tangitis sarcinas vestras.

¶ Dominica decima post penthecosten Ad missam Introitus.



Cum clamarem ad dominũ exaudiuit vocem meã ab his qui appropinquant michi ⁊ humiliauit eos qui est ãte secula ⁊ manet in eternũ / iacta cogitatum tuum in domino ⁊ ipse te enutriet. Ps. Exaudi deus orationem meam / ⁊ ne despexeris deprecationem meam intẽde michi ⁊ exaudi me. Gloria patri. Oro.

Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantiũ: ⁊ vt petentibus desiderata cõcedas / fac eos que tibi sunt placita postulare. Per dominũ nrm.

Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Corinthios. j. xij.ca.

Fratres: Scitis quoniam cum gētes essetis: ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio ꝙ nemo in spiritu dei loquēs: dicit anathēma iesu. Et nemo potest dicere dominus iesus: nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et diuisiōes ministrationū sunt: idem vero dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem vero spirit⁹ qui operatur omnia in omnibus. Unicuiqꝫ autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatē. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientie: Alij sermo scientie secundum eundem spiritum. Alteri fides: in eodem spiritu. Alij gratia sanitatū: in vno spiritu. Alij operatio virtutū. Alij prophetia / alij discretio spirituum / alij genera linguarum. Alij interpretatio sermonum. Hec autem omnia operatur vnus atqꝫ idem spiritus. Diuidens singulis: prout vult. R. Custodi domine vt pupillā oculi: sub vmbra alarum tuarum protege me. V⁹. De vultu tuo domine iudicium meum prodeat oculi tui videant equitates. Alleluya. V⁹. Venite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. ¶ Secūdū Lucā. xix.

In illo tēpore: Cum appropinquasset iesus hierosolymam: videns ciuitatem fleuit super illam dicēs. Quia si cognouisses et tu: Et quidē in hac die tua: que ad pacem tibi. Nunc autem abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: et circundabūt te inimici tui vallo et circundabunt te: et coangustabunt te vndiqꝫ: et ad terram prosternent te: et filios tuos q̄ in te sunt. Et non relinquēt in te lapidem super lapidem: eo ꝙ non cognoueris tempus visitationis tue. Et ingressus in templum cepit eijcere vēdentes in illo ⁊ emētes dicēs illis. Scriptum est: quia domus mea domus orationis vocabitur. Vos autē fecistis illā speluncam latronum. Et erat docēs quotidie in templo. Credo Offer.

Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta.

Concede nobis hec quesum⁹ domine digne frequentare mysteria: quia quotiens huius hostie cōmemoratio celebratur opus nostre redemptiōis exercetur. Per dominum. Communio. Acceptabis sacrificium iusticie oblationes ⁊ holocausta super altare tuum dñe. Postcōio

Tui nos domine cōmunio sacramenti ⁊ purificationem conferat / ⁊ tribuat vnitatem Per dominū nostrū. ¶ Feria.iiij. Lectio libri Sapientie. ij.capl̄o.

Fili mi: Si susceperis sermones meos ⁊ mandata mea abscōderis penes te: vt audiat sapientiā auris tua / inclinabis cor tuum ad agnoscēdam prudentiā. Si enim sapiētiam inuocaueris: et inclinaueris cor tuum prudentie: si quesieris eam quasi pecuniā et sicut thesauros effoderis illam tunc intelliges timorem domini: et sciētiam dei inuenies. Quia dominus dat sapientiā: et ex ore ei⁹ scientia ⁊ prudentia. Custodiet re

ctorum salutem: et proteget gradi entes simpliciter. Seruans semitas iusticie: et vias sanctorum custodiens. ¶ Secundum Lucã xxi.

In illo tempore. Respondẽs iesus: dixit discipulis suis. Cum videritis circundari ab exercitu hierusalem: tunc scitote quia appropinquauit eius desolatio. Tunc qui in iudea sunt fugiãt ad montes: et qui in medio eius erũt discedãt. Et qui in regionibus nõ intrẽt in eã quia dies vltionis hij sunt: vt impleãtur omnia que scripta sunt. Ue hijs que in vtero habent et que vbera dant/ in illis diebus. Erit enĩ pressura magna super terram: et ira populo huic. Et cadent in ore gladij: et captiui ducentur in omnes gentes. Et hierusalem calcabitur a nationib9: donec impleãtur tempora nationũ. Et erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gentiũ pre confusione sonit9 maris et fluctuũ Arescentibus hominib9 pre timore et expectatione que superueniẽt vniuerso orbi. ¶ Feria sexta.

Lectio libri Regum. vij. capl'o

In diebus illis: Ait samuel ad vniuersam domũ israel: dicẽs. Si in toto corde reuertimini ad dominum/ auferte deos alienos de medio vestri baalim et astaroth/ et preparate corda vestra domino et seruite ei soli: et eruet vos de manu philistijm. Abstulerũt ergo filij israel baalim et astaroth: et seruierũt domino soli. Dixit autem samuel. Congregate vniuersum israel in masphat: vt orẽ pro vobis dominũ. Et conuenerunt in masphat/ hauseruntqʒ aquam et effuderunt in conspectu domini. Et ieiunauerunt in die illa: et dixerunt. Tibi peccauimus domine.

¶ Secundum Lucam. xxi. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Attẽdite vobis ne forte grauent corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius seculi: et superueniat in vos repentina dies illa. Tanqʒ enim laqueus superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terre. Uigilate itaqʒ orantes omni tempore: vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sunt/ et stare ante filium hominis.

¶ Dominica vndecima post penthecosten Ad missam Introitus.



Deus in loco sancto suo deus qui inhabitare facit vnanimes in domo ipse dabit virtutẽ et fortitudinem plebi sue. Ps. Exurgat de9 et dissipẽt' inimici ei9: et fugiãt qui oderũt eum a facie eius. Gloria. Oro

Deus qui omnipotẽtiã tuã parcendo maxime et miserando manifestas: multiplica super nos misericordiam tuã: vt ad tua promissa currentes celestium bonorũ facias esse consortes. Per dominũ. Lectio epistole bti Pauli apostoli Ad Corinthios. i. xv. cap.

Fratres. Notum vobis facio euangelium quod predicaui vobis/ quod et accepistis in quo et statis per quod et saluemini. Qua ratione predicauerim vobis si tenetis: nisi frustra credidistis. Tradidi enim vobis in primis qđ

et accepi: quoniam christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. Et quia sepultus est: et quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Et quia visus est cephe & post hec vndecim / deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul ex quibus multi manent vsque adhuc: quidam autem dormierunt. Deinde visus est iacobo / deinde apostolis omnibus. Nouissime autem omnium tanquam abortiuo: visus est & michi. Ego enim sum minimus apostolorum / qui non sum dignus vocari apostolus: quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum: id quod sum. Et gratia eius in me vacua non fuit. Rsm. In deo sperauit cor meum et adiutus sum / & refloruit caro mea / et ex voluntate mea confitebor illi. V. Ad te domine clamabo deus meus ne sileas: ne discedas a me. Alleluya. V. Quoniam deus magnus dominus: & rex magnus super omnem terram. ¶ Secundum Lucam. xviij.

In illo tempore: Dicebat iesus ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti et aspernabantur ceteros: parabolam istam dicens. Duo homines ascendebant in templum: vt orarent. Unus phariseus: et alter publicanus. Phariseus stans hec apud se orabat: deus gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri hominum: raptores / iniusti / adulteri / velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium que possideo. Et publicanus a longe stans: nolebat nec oculos ad celum leuare / sed percutiebat pectus suum dicens Deus propicius esto michi pecca-

Antif.

tori. Amen dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Offertorium. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me / nec delectasti inimicos meos super me / domine clamaui ad te et sanasti me. Secreta

Tibi domine sacrificia dicata reddantur / que sic ad honorem nominis tui deferenda tribuisti / vt eadem remedia fieri nostra prestares. Per dominum no. Cōio. Honora dominum de tua substantia: & de primiciis frugum tuarum vt impleantur horrea tua saturitate et vino torcularia redundabunt. Postcommunio.

Quesumus domine deus noster / vt quos diuinis non desinis reparare mysteriis: tuis non destituas benignus auxiliis. Per dominum.

¶ Feria quarta. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Romanos. xv.

Fratres. Obsecro vos per dominum iesum christum et per charitatem spiritus eius: vt adiuuetis me in orationibus vestris ad deum vt liberet me ab infidelibus qui sunt in iudea: et ministerium meum quod hierosolymam defertur acceptabile fiat. Et veniam ad vos cum gaudio per voluntatem dei: vt refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis amen.

¶ Secundum Mattheum. xij. ca.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Qui non est mecum: aduersum me est. Et qui non congregat mecum: spargit. Ideo dico vobis. Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: spiritus autem blasphemie non remittetur. Et qui-

cunqȝ dixerit verbum contra filiū hominis remittet̄ ei. Qui autē dixerit verbū cōtra spiritum sanctū: non remittetur ei neqȝ in hoc seculo neqȝ in futuro. Aut facite arborem bonam ꝛ fructum eius bonū: aut facite arborem malam ꝛ fructum eius malum. Siquidē ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Ex abundātia enim cordis: os loquit̄. Bonus homo de bono thesauro profert bona. Et mal⁹ homo de malo thesauro profert mala. Dico autē vobis quoniā omne verbū ociosū qđ locuti fuerint homines: reddēt rationē de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis: ꝛ ex verbis tuis cōdēnaberis. ¶ Feria. vj.

Lectio libri Regum. j. xij. ca.

In dieb⁹ illis. Dixit samuel filijs israel. Si timueritis dñm/ꝛ serueritis ei et audieritis vocē ei⁹: ꝛ nō exasperaueritis sermonē dñi: eritis ꝛ vos ꝛ rex qui imperat vobis sequētes dñm deū vestrū. Si aūt nō audierit' vocē dñi: sed exasperaueritis sermonē eius erit man⁹ dñi super vos ꝛ super patres vestros. Sed nūc state et videte rem istā grandē: quā facturus est dñs in cōspectu vestro. Nūquid nō messis tritici est hodie? Inuocabo dñm ꝛ dabit voces ꝛ pluuias ꝛ scietis ꝛ videbitis qȝ grāde malū feceritis vobis in cōspectu dñi: petentes super vos regem. Et clamauit samuel ad dñm: ꝛ dedit dominus voces ꝛ pluuias in die illa. Et timuit omnis populus nimis dominū: ꝛ samuelē. Dixitqȝ vniuersus populus ad samuelē. Ora pro seruis tuis ad dominū deum tuū: ꝛ non moriamur. Addidim⁹ enim vniuersis peccatis nostris malū: vt peteremus nobis regem. Dixit autem samuel ad populum. Nolite timere. Uos fecistis vniuersum malum hoc: verūtamen nolite recedere a tergo domini: sed seruite dño in omni corde vestro. Et nolite declinare post vana que nō proderūt vobis: neqȝ eruent vos qȝ vana sunt. Et nō derelinquet dñs populum suum propter nomē suum magnum: quia iurauit dominus vos facere sibi populū. Absit autē a me hoc peccatū in deū: vt cessem orare pro vobis: et docebo vos viā bonam et rectam. Igitur timete dominum/et seruite ei in veritate: et ex toto corde vestro.

¶ Secundum Lucam. xvij. capl'o

In illo tempore. Interrogatus iesus a phariseis quando venit regnum dei: respōdit eis ꝛ dixit. Non veniet regnum dei cum obseruatione: neqȝ dicent ecce hic aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Uenient dies quando desiderabitis videre vnum diem filij hominis: et non videbitis. Et dicēt vobis. Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire neqȝ sectemini. Nam sicut fulgur choruscans de sub celo in ea que sub celo sūt fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primū autē oportet illū multa pati / ꝛ reprobari a generatiōe hac. Et sicut factū est in dieb⁹ noe: ita erit ꝛ in dieb⁹ filij hominis. Edebāt ꝛ bibebāt: vxores ducebant et nubebant

vsqȝ in diē qua intrauit noe in archam / et venit diluuiū ⁊ perdidit oēs. Similiter factū est in diebus loth. Edebant ⁊ bibebāt / emebant et vendebant plātabant ⁊ edificabāt. Qua die autem exijt loth a sodomis pluit ignē ⁊ sulphur de celo: ⁊ omnes perdidit. Secundum hec erit qua die filiꝰ hominis reuelabitur in illa hora qui fuerit in tecto: et vasa eius in domo nō descēdat tollere illa. Et qui in agro similiter non redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicūqȝ autem quesierit animam suam saluam facere: perdet illā. Et quicūqȝ perdiderit illam / viuificabit eā. Dico aūt vobis: in illa nocte erūt duo in lecto vno: vnꝰ assumetur ⁊ alter relinquet. Due erunt molentes in vnū: vna assumet ⁊ altera relinquet. Duo in agro: vnꝰ assumet ⁊ alter relinquet. Respōdētes dicūt illi. Ubi dñe? Quibus ipse dixit. Ubicūqȝ fuerit corpus: illuc congregabuntur ⁊ aquile.

Dominica duodecima post penthecosten Admissam Introitus.



Deus in adiutorium meum intende / domine ad adiuuandum me festina / cōfundant ⁊ reuereātur inimici mei qui querunt animam meam. Ps. Auertantur retrorsum: qui volunt michi mala. Gloria patri et filio. Oratio.

Omnipotēs sempiterne deus qui abūdātia pietatis tue ⁊ merita supplicū excedis ⁊ vota: effunde super nos misericordiā tuā vt dimittas que conscientia metuit et adijcias quod oratio non presumit. Per dominum nostrū iesum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Corinthios. ij. iij. ca.

Fratres: Fiduciam talem habemus per christum ad deū: nō qd sufficiētes sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Sed sufficiētia nostra ex deo est. Qui ⁊ idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera sed spiritu. Littera enim occidit: spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis / litteris deformata in lapidibus fuit in gloria: itavt nō possent intēdere filij israel in faciē moysi propter gloriāvultus eiꝰ que euacuat / quomodo nō magis ministratio spūs erit ī gloria? Nā ⁊ si ministratio dānationis gloria est: multo magis abundat ministeriū iustitie ī gloria. R. Benedicā dominū in omni tēpore: semp laus eius in ore meo. V. In dño laudabitur anima mea: audiant mansueti ⁊ letentur. Alleluya. V. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia

Secundum Marcum. vij. cap.

In illo tempore. Exiēs iesus de finibꝰ tyri venit per sydonem ad mare galilee iter medios fines decapoleos: et adducunt ei surdum ⁊ mutum. Et deprecaban eum / vt imponat illi manum. Et apprehendēs eū de turba seorsum / misit digitos suos in auriculas eius: ⁊ expuens tetigit linguā eiꝰ. Et suspiciēs in celū ingemuit: ⁊ ait ei. Effeta quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius / ⁊ solutū est vinculū lingue illius / ⁊ loquebatur recte. Et precepit il-

lis ne cui dicerēt. Quanto autem eis precipiebat tanto magis plus predicabāt: et eo amplius ammirabantur dicētes. Bene omnia fecit et surdos fecit audire: et mutos loqui. Offer. Precatus est moyses in conspectu dñi dei sui et dixit: precatus est moyses in cōspectu domini dei sui et dixit: quare dñe irasceris in populo tuo / pce ire animi tui / memēto abraham isaac et iacob quibus iurasti dare terram fluentem lac et mel et placatus factus est dñs de malignitate quā dixit facere populo suo. Secreta

Respice domine quesumus nostram propicius seruitutē: vt quod offerimus tibi sit munus acceptū / sit et nostre fragilitati subsidium. Per dominum nostrum. Cōio. De fructu operū tuorum domine satiabitur terra vt educas panem de terra et vinū letificet cor hoīs vt exhilaret faciē in oleo: et panis cor hoīs cōfirmet. Postcō.

Sentiamus dñe qs tui perceptione sacramēti subsidiū mentis et corporis: vt in vtroque saluati celestis remedij plenitudine gloriemur. Per dominum nostrū.

Feria. iiij. Lectio epistole beati Petri apostoli. j. iiij. ca.

Carissimi. Nemo vestrum patiatur quasi fur aut homicida / aut maledicus aut alienorum appetitor. Si autē vt christianus: nō erubescat. Glorificet autē deū in isto nomine: quoniā tempus est vt incipiat iudiciū de domo dei. Si autē primū a nobis: quis finis eorum qui nō credunt dei euāgelio? Et si iustus quidē vix saluabitur: impius et peccator vbi parebunt? Itaque et hij qui patiuntur secundū dei voluntatem: fideli creatori cō-

mendant animas suas in benefactis. Secundū Mattheum. ix. c.

In illo tempore: Transeunte iesu: secuti sunt eum duo ceci clamantes et dicentes. Miserere nostri fili dauid. Cum autē venisset domum: accesserūt ad eum ceci: et dixit eis iesus. Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei. Utique domine. Tūc tetigit oculos eorum dicens. Secundum fidem vestram: fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum: et comminatus est eis iesus dicens. Uidete ne quis sciat. Illi autem exeūtes diffamauerunt eum in totam terrā illam. Egressis autē illis: ecce obtulerunt ei hominem mutum et demonium habentem. Et eiecto demonio locutus est mutus: et ammirate sunt turbe dicētes. Nunquā sic apparuit in israel. Pharisei autē dicebant. In principe demoniorū eijcit demones. Et circuibat iesus ciuitates omnes et castella docens in synagogis eorum: et predicans euangelium regni. Et sanās omnem lāguorē: et omnē infirmitatē.

Feria. vj. Lectio libri Regū. ij. v

In diebus illis: Uenerūt vniuerse tribus israel ad dauid in ebron dicentes. Ecce nos os tuum: et caro tua sumus. Sed et heri et nudiustertius cū esset saul rex super nos: tu eras educens et reducēs israel. Dixit autem dñs ad te. Tu pasces populum meū israel: et tu eris dux sup israel. Uenerunt quoque et senes de israel ad regē in ebron: et percussit cū eis rex dauid fedus in ebron coram domino: vn xerūtque dauid regē sup israel. Filius

triginta annorũ erat dauid cũ regnare cepisset: et quadraginta annis regnauit. In ebron regnauit super iudam septẽ annis et mensibus sex. In hierusalẽ autẽ regnauit triginta trib⁹ annis super omnem israel et iudam. Et abijt rex et oẽs viri qui erãt cũ eo in hierusalẽ ad iebuseũ habitatorẽ terre. Dictũq; est dauid ab eis. Nõ ingredieris huc nisi abstuleris cecos et claudos dicẽtes. Nõ ingredietur dauid huc. Cepit autẽ arcẽ syon. Hec est ciuitas dauid. Proposuerat eni dauid die illa premiũ qui percussisset iebuseũ: et tetigisset domatũ fistulas et abstulisset cecos et claudos odientes animam dauid. Idcirco dicitur in prouerbio. Cecus et claudus non intrabunt in templũ. Habitauit autẽ dauid in arce syõ: et vocauit eã ciuitatẽ dauid. Et edificauit p gyrũ a mello: et intrinsec⁹. Et ingrediebat proficiẽs atq; succrescẽs. Et dñs de⁹ exercituũ erat cũ eo. ¶ Secundũ Mattheũ. xj. ca.

In illo tẽpore: Cepit iesus exprobrare ciuitatibus in quibus facte sũt plurime virtutes ei⁹: q2 non egissent penitentiam. Ue tibi corozaim. Ue tibi bethsaida: q2 si in tyro et sydone facte essent virtutes que facte sũt in vobis: olim in cilicio et cinere penitentiã egissent. Uerũtamẽ dico vobis: tyro et sydoni remissius erit in die iudicij q̃ vobis. Et tu capharnaum nunquid vsq; in celũ exaltaberis? Usq; in infernum descẽdes. Quia si in sodomis facte fuissent virtutes q̃ facte sunt in te: forte mansissent vsq; in hunc diem. Ueruntamẽ dico vobis: quia terre sodomorum remissius erit in die iudicij q̃ tibi.

¶ Dominica tertiadecima post penthecosten Ad missam Officiũ

Respice dñe in testamentum tuum / et animas pauperum tuorum ne derelinquas in finẽ / exurge domine et iudica causam meam / et ne obliuiscaris voces querentiũ te. Ps. Ut quid deus repulisti in finẽ: iratus est furor tu⁹ super oues pascue tue. Gloria patri. Oratio.

Omnipotẽs et misericors de⁹ de cuius munere venit vt tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur: tribue quesum⁹ nobis vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per dominũ nostrũ. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Galathas. iij.

Fratres: Abrahe dicte sunt promissiones: et semini ei⁹. Non dixit et seminibus quasi in multis: sed quasi in vno et semini tuo q est christus. Hoc autẽ dico testamentũ confirmatũ a deo: que post quadringẽtos et triginta annos facta est lex non irritum facit ad euacuandã promissionẽ. Nã si ex lege hereditas: iã nõ ex pmissione. Abrahe autẽ p repromissionẽ donauit de⁹. Quid igitur lex? Propter trãsgressionẽ posita est donec veniret semẽ cui repromiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius nõ est: de⁹ autẽ vn⁹ est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex q̃ posset viuificare: vere ex lege esset iusticia Sed

conclusit scriptura omnia sub pec cato: vt promissio ex fide iesu christi / daretur credentibus. ℟. Respice domine in testamentū tuū / & animas pauperū tuorū ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge dñe et iudica causam meam: memor esto opprobrij seruorū tuorū. Alleluya ℣. Confitemini dño et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. ¶ Secundum Lucam. x. capitulo

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident q̄ vos videtis. Dico enim vobis: q̄ multi reges & prophete volueruñt videre que vos videtis & nō viderunt: et audire que auditis / et non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit: tentans illū & dicens. Magister: quid faciendo vitam eternam possidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid scriptū est: quomodo legis? Ille respondēs dixit. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo / et ex tota anima tua / et ex omnibus viribus tuis / & ex omni mente tua / et proximum tuū sicut teipsum. Dixitq̄ illi. Recte respondisti. Hoc fac et viues. Ille autē volēs iustificare seipsum: dixit ad iesum. Et quis est meus proximus? Suspiciens autem iesus ait. Homo quidam descendebat ab hierusalem in hierico / et incidit in latrones: qui etiam expoliauerūt eum / et plagis impositis abierūt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descēderet eadem via: & viso eo preterijt Similiter & leuita cum esset secus locum: et videret eum pertransijt. Samaritanus autem quidā iter faciens venit secus eum: et videns cū misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius: infundens oleum & vinum. Et imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum: et curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios & dedit stabulario et ait. Curam eius habe: et quodcūq̄ supererogaueris: ego cū rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiā cū illo. Et ait illi iesus. Vade: & tu fac similiter. ¶ Credo. Offr. In te speraui domine dixi tu es deus meus: & in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Hostias q̄s dñe propiciatus intende quas sacris altaribus exhibemus: vt nobis indulgētiā largiēdo tuo nomini dent honorē. Per d. Cōīo. Panem de celo dedisti nobis domine habentem omne delectamentū & omnem saporē suauitatis. Postcōmunio.

Viuificet nos dñe q̄s huius participatio sctā mysterij: vt pariter nobis expiationē tribuat & munimē. Per d. ¶ Nota tabulā pp̄ter ieiu. iiij. tpm: q2 hic celebrāt qñ. c. b. currit p lr̄a do. vide infra. Fe. iiij. Lec. e. b. pau. a. ad cor. ij. b.

Fratres: Scimus quoniā si terrestris domus huius nostre habitatiōis dissoluatur q̄ edificationē ex deo habemus domū nō manufactam: sed eternā in celis. Nā & in hoc ingemiscimus habitationem nostram que de celo est superindui cupientes: si tamen vestiti / et non nudi inueniamur. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati: eo

q nolumus expoliari/sed superue stiri ut absorbeatur quod mortale est a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum deus: qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper et scientes quoniam dum sumus in hoc corpore: peregrinamur a domino. Per fidē enim ambulamus: & nō per speciem. Audemus autem & per bonā voluntatē habemus magis peregrinari a corpore: & presentes esse ad deum. Et ideo contendimus siue absentes/ siue presentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt referat vnusquisq propria corporis put gessit: siue bonum siue malum. Scientes ergo timorem domini hominibus suademus: deo autem manifesti sumus. Spero enim & in conscientijs vestris manifestos nos esse: Per iesum christum dominum nostrū.

℄ Secundum Mattheum. xij. ca.

In illo tēpore: Abeūtes pharisei consiliū faciebant aduersus iesum quomodo eū perderent. Jesus autē sciens secessit inde: & secuti sunt eum multi: & curauit eos oēs. Et precepit eis ne manifestum eum facerēt: vt adimpleretur quod dictū est per esaiā prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi dilectus meus in quo bene complacuit anime mee. Ponam spiritum meū super eū/ & iudicium gentibus nunciabit. Non contendet neq audiet aliquis in plateis vocē eius. Harundinē quassatam non confringet: et lignum fumigans non extinguet: donec eijciat ad victoriā iudiciū. Et in nomine eius: gentes sperabūt. ℄ Feria sexta. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Romanos. xvj. cap.

Rogo autem vos fratres vt obseruetis eos qui dissēsiones & offendicula preter doctrinā quābos didicistis faciūt: & declinate ab illis. Huiuscemodi enim domino nostro iesu christo non seruiunt: sed suo ventri & per dulces sermones et benedictiones: seducunt corda innocentium. Vestra enim obediētia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis: sed volo vos sapiētes esse in bono: & simplices in malo. Deus autem pacis conterat sathanam sub pedibus vestris velociter. Gratia domini nostri iesu christi/ sit vobiscū amen. ℄ Secundum Marcum. v.

In illo tēpore: Loquēte iesu veniunt nūcij ad archisynagogū dicentes: quia filia tua mortua est. Quid vltra vexas magistrū: Jesus autē verbo qd dicebat audito ait archisynagogo. Noli timere: tātūmodo crede. Et nō admisit quēq sequi se: nisi petrum et iacobum et iohannem fratrē iacobi. Et veniūt ad domū archisynagogi: et vidit tumultum: & flētes & eiulātes multū. Et ingressus: ait eis. Quid turbamini & ploratis: puella non est mortua sed dormit. Et irridebant eū. Ipse vero eiectis oībus assumit patrē & matrē puelle: & q secū erāt. Et ingrediunt vbi erat puella iacēs: & tenēs manū puelle ait illi. Thabitacumi qd est interptatū: puella tibi dico surge. Et cōfestim surrexit puella & ābulabat Erat aūt ānorū duodecim. Et obstupue-

runt stupore maximo. Et precepit illis vehementer: vt nemo id sciret: et iussit illi dare manducare. Et ingressus inde abiit in patriam suam et sequebantur eum discipuli sui.

Dominica quartadecima post penthecosten Ad missam Officium

Protector noster aspice deus et respice in faciem christi tui: quia melior est dies vna in atriis tuis super milia. Ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Gloria patri et filio. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus da nobis fidei spei et charitatis augmentum: et vt mereamur assequi quod promittis: fac nos amare quod precipis. Per dominum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Galathas. v. capitulo.

Fratres: Spiritu ambulate/ et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversus spiritum. Spiritus autem adversus carnem. Hec enim sibi invicem adversantur/ vt non queciinque vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis. Que sunt fornicatio/ immundicia/ impudicitia/ luxuria/ avaricia/ que est idolorum servitus/ veneficia/ inimicitie/ contentiones/ emulationes/ ire/ rixe/ dissensiones/ secte/ invidie/ homicidia/ ebrietates/ comessationes/ et his similia: que predico vobis sicut predixi: quoniam qui talia agunt/ regnum dei non consequentur. Fructus enim spiritus est. Charitas/ gaudium/ pax/ patientia/ benignitas/ longanimitas/ mansuetudo/ fides/ modestia/ continentia/ charitas. Adversus huiusmodi non est lex. Qui autem christi sunt: carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis. R. Bonum est confidere in domino: quam confidere in homine. V. Bonum est sperare in domino: quam sperare in principibus. Alleluya. V. Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo et psalmum dicam in gloria mea.

Secundum Lucam. xvij. capitulo

In illo tempore. Dum iret iesus in hierusalem/ transibat per mediam samariam et galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum: occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: et levaverunt vocem dicentes. Iesu preceptor miserere nostri. Quos vt vidit: dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent/ mundati sunt. Unus autem ex illis vt vidit quia mundatus est: regressus est cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens: et hic erat samaritanus. Respondens autem iesus: dixit. Nonne decem mundati sunt/ et novem vbi sunt? Non est inventus qui rediret et daret gloriam deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: quia fides tua te salvum fecit. Credo. Offertorium. Immittit angelus domini in circuitu timentium eum / et eripiet eos: gustate et videte quoniam suavis est dominus. Secreta.

Propiciare domine populo tuo propiciare muneribus vt hac oblatione placatus et indulgentiam nobis tribuas et postula

ta concedas. Per dominum. Cōio
Panis quem ego dedero caro mea est pro
seculi vita. Postcommunio.
Sumptis domine celestibus
sacramētis/ad redemptio-
nis eterne quesumus proficiam⁹
augmentum. Per dominū nr̄m.
¶ Nota tabulam propter ieiunia
quattuor temporum. vide infra.
¶ Feria. iiij. Lectio epistole beati
Pauli apl'i Ad Corinthios. ij. vj.
Fratres: Nolite iugum du
cere cum infidelibus. Que
enim participatio iusticie cum ini
quitate? Aut q̄ societas lucis ad
tenebras? Que autem conuentio
christi ad belial? Aut que pars fi-
deli cum infideli? Quis autem cō
sensus tēplo dei cum idolis? Uos
enim estis templum dei viui: sicut
dixit de⁹: Quoniam inhabitabo
in ill'is & ambulabo iter eos: & ero
illorum deus: & ipsi erūt michi po
pul⁹. Propter quod exite de medio
eorū: & separamini dicit domin⁹: &
mūdabimini vos qui portatis va-
sa domini: & immundū ne tetigeri
tis & ego recipiam vos. Et ero vo-
bis in patrem: & vos eritis michi
in filios & filias: dicit domin⁹ om
nipotēs. Has igitur promissiones
habentes charissimi/mundemus
nos ab omni inquinamento car-
nis & spūs pficiētes sanctificatio-
nē in timore dei. Per iesum christū
dnm nostrū. ¶ Scdm Marcū. j. c.
In illo tempore. Uenit ad ie
sum leprosus deprecans eū
& genu flexo dixit. Sibis: potes me
mundare. Jesus autem misertus
est eius. Et extendēs manum suā
et tangens eū: ait illi. Uolo mūda
re. Et cū hoc dixisset: statim discess-
sit ab eo lepra/& mundatus est. Et
comminatus est ei: statimq; eiecit
illum & dixit ei. Uide nemini dixe-
ris: sed vade ostēde te principibus
sacerdotū: & offer pro emundatio
ne tua que precepit moyses in testi
monium illis. Et ille regressus ce
pit predicare et diffamare sermo-
nem: ita vt iam nō posset manife-
ste in ciuitatem introire/sed foris
in desertis locis esse. Et conuenie-
bant ad eum vndiq;. ¶ Feria. vj.
Lectio libri Regum. ij. vij. c.
Factum est autem cū sedis-
set rex dauid in domo sua:
& dominus dedisset ei requiem vn
diq; ab vniuersis inimicis suis: di
xit ad nathan prophetam. Uides
ne q' ego habitē in domo cedrina &
archa dei posita sit i medio pelliū?
Dixitq; nathan ad regem. Omne
quod est in corde tuo vade fac: q;
domin⁹ tecum est. Factum est au-
tem in nocte illa: et ecce sermo do-
mini ad natham dicens. Uade: et
loquere ad seruum meum dauid.
Hec dicit domin⁹. Nunquid tu edi
ficabis michi domum ad habitā-
dū? Neq; enim habitaui in domo
ex die qua eduxi filios israel de ter
ra egypti: vsq; in diem hāc/sed am
bulaui in tabernaculo et in tento-
rio per cuncta loca que transiui:
cū omnibus filijs israel. Nūquid
loquens locutus sum adnnam de
tribubus israel/ cui precepi vt pa-
sceret populum meū israel / dicēs
quare non edificasti michi domū
cedrinam? Et nunc hec dices seruo
meo dauid. Hec dicit dominus ex-
ercituū. Ego tuli te de pascuis se-

quentem gregem/ vt esses dux super populum meum israel:& fui tecum in omnibus vbicuq; ambulasti:& interfeci vniuersos inimicos tuos a facie tua. Feciq; tibi nomē grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Et ponam locū populo meo israel et plantabo eū & habitabo cum eo:& non turbabitur amplius. Nec addent filij iniquitatis vt affligāt eum sicut prius ex die qua constitui iudices super populum meū israel / & requiē dabo tibi ab oībus inimicis tuis: prediritq; tibi dominus/q; domū faciat tibi dominus. Cumq; completi fuerint dies tui et dormieris cū patrib⁹ tuis:suscitabo semen tuū post te:quod egredietur de vtero tuo & firmabo regnū eius. Ipse edificabit domum nomini meo/& stabiliā thronū regni eius: vsq; in sempiternū. ¶ Scdm Lucam. xix.ca.

In illo tempore:Dixit iesus discipulis suis similitudinē hāc. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam: accipere sibi regnum & reuerti. Vocatis autem decē seruis suis : dedit illis decem mnas:& ait ad illos. Negociamini dum venio. Ciues autem eius oderant illum:& miserunt legationem post ipsum dicētes. Nolumus hūc regnare super nos. Et factū est vt rediret accepto regno: et iussit vocari seruos quib⁹ dedit pecuniam: vt sciret quantū quisq; negociatus esset. Uenit autem primus dicens. Domine:mna tua decē mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone & fidelis:quia in modico fuisti fidelis/eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter venit dicens. Domine: mna tua fecit quinq; mnas. Et huic dixit. Et tu esto super quinq; ciuitates. Et alter venit dicēs. Domine: ecce mna tua quam habui repositam in sudario. Timui enim te q2 homo austerus es: tollis quod nō posuisti:et metis quod nō seminasti. Et dixit ei. De ore tuo te iudico serue nequā Sciebas q2 ego homo austerus sum:tollens quod nō posui/& metens quod non seminaui: et quare nō dedisti pecuniam meā ad mensam & ego veniens cū vsuris vtiq; exegissem illam. Et astātibus dixit. Auferte ab illo mnā:& date illi q̄ decē mnas habet. Et dixerunt ei. Domine : habet decem mnas. Dico autem vobis: q2 omni habēti dabitur / ab eo autem q̄ non habet/& quod habet auferet ab eo. Uerūtamē inimicos meos illos qui noluerūt me regnare super se adducite huc:et interficite ante me Et his dictis precedebat eos ascendens hierosolymam.

¶ Dominica quintadecima post penthecosten Ad missam Officiū.

Inclina domine aurem tuam ad me et exaudi me:saluum fac seruum tuū de⁹ meus sperantē in te miserere michi domine quoniam ad te clamaui tota die. Ps. Letifica animā serui tui quoniā ad te dñe animā meā leuaui. Oro.

Custodi domine quesum⁹ ecclesiam tuam propitiatiōe perpetua:& quia sine te labitur humana mortalitas/ tuis semp au=

riliis ꝙ abstrahatur a noxiis: ꝙ ad salutaria dirigatur Per dominũ nostrũ. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Galathas. vj. capl'o

Fratres: Si spiritu viuim⁹ spiritu ꝙ ambulemus. Nõ efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem prouocantes/inuicem inuidentes. Fratres et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spiritales estis huiusmodi instruite i spiritu lenitatis. Cõsiderans teipsum ne et tu tenteris Alter alterius onera portate: ꝙ sic adimplebitis legem christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cũ nichil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisqꝫ: et sic in semetipso tantum gloriam habebit ꝙ non in altero. Unusquisqꝫ enim onus suum portabit. Communicet autem is qui cathezizatur verbo: ei q̃ se cathezizat in omnibus bonis. Nolite errare: deus non irridetur. Que enim seminauerit homo: hec et metet. Quoniã qui seminat in carne sua: de carne et metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitã eternam. Bonum autem facientes non deficiamus: tẽpore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus/operemur bonũ ad oẽs. Maxime autem ad domesticos fidei. R. Bonum est confiteri domino: ꝙ psallere nomini tuo altissime V. Ad annunciã dum mane misericordiam tuam: ꝙ veritatem tuam per noctem. Alleluya. V. Redemptionem misit dominus in populo suo (Secũdum marcum. vj. Jn illo tempore: Dixit iesus

discipulis suis. Nemo potest duobus dñis seruire. Aut enim vnum odio habebit ꝙ alterũ diliget: aut vnum sustinebit ꝙ alterũ contemnet. Nõ potestis deo seruire ꝙ mãmone. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis: neqꝫ corpori vestro q̃d induamini. Nõne anima plus est q̃ esca ꝙ corpus plusq̃ vestimentũ? Respicite volatilia celi quoniam non serunt neqꝫ metunt/ neqꝫ congregãt in horrea: ꝙ pater vester celestis pascit illa. Nõne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrũ cogitans potest adiicere ad staturã suam cubitum vnum? Et de vestimento quid solliciti estis? Cõsiderate lilia agri: quomodo crescunt Non laborant neqꝫ nent. Dico autem vobis quoniam nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnũ ex istis. Si autem fenũ agri q̃d hodie est/ ꝙ cras i clibanũ mittitur deus sic vestit: quãto magis vos minime fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes quid manducabimus/ aut q̃d bibemus/ aut quo operiemur? Hec eni oĩa: gentes inquirunt. Scit enim pater vester: quia hiis omnibus indigetis Querite autem primum regnum dei: ꝙ iusticiam ei⁹. Et hec omnia: adiicientur vobis. Credo. Offer.

Expectans expectaui dominum ꝙ respexit me/ ꝙ exaudiuit deprecationem meam ꝙ immisit in os meum canticum nouũ hymnum deo nostro. Secreta.

Concede nobis domine quesumus: vt hec hostia salutaris ꝙ nostrorum fiat purgatio delictorum/ ꝙ tue propiciatio potesta

tis. Per dominũ. Cõmunio. Qui manducat carnem meam & bibit sanguinẽ meum in me manet et ego in eum dicit dominus. Postcommunio.

Purificent semper & muniãt tua sacramenta nos deus: & ad perpetue ducant saluationis effectum. Per do. ¶ Nota tabulã propter ieiunia quattuor tempor.

¶ Feria. iiij. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Corinthi. ij. v.

Fratres: Audem⁹ semper & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore: & presentes esse ad deum: & ideo ɔtendimus siue absentes siue presentes placere illi. Oẽs enim nos manifestari oportet ãte tribunal christi: vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit: siue bonum siue malum. Sciẽtes ergo timorem domini hominibus suademus: deo autem manifesti sum⁹. Spero enim & in ɔscientijs vestris manifestos nos esse/per iesuz christum dominum nostrum.

¶ Secundum Mattheum. v. cap.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Audistis q: dictum est antiquis. Non periurabis: reddes autẽ domino iuramẽta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino/neq; per celum: q: thronus dei est. Neq; per terram: quia scabellum est pedũ eius. Neq; per hierosolymã: quia ciuitas magni regis est. Neq; p caput tuũ iuraueris: quia non potes vnũ capillũ album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester est est: nõ non. Quod autem hijs abundantius est: a malo est. Audistis quia dictum est: oculum pro oculo: dentem pro dente. Ego autem dico vobis: nõ resistere malo. Sed si quis te percusserit in dextram maxillã: prebe ei & alterã. Et ei qui vult tecum in iudicio contẽdere/& tunicã tuam tollere: dimitte ei & pallium Et quicunq; te angariauerit mille passus: vade cũ eo & alia duo. Et qui petit a te: da ei. Et volenti mutuari a te ne auertaris. ¶ Fer. vj.

Lectio libri Thobie. xij. capitulo.

In dieb⁹ illis: Dixit raphael angelus ad thobiã. Benedicite deum celi & terre: & confitemini nomini eius in eternũ. Ego autem reuertar ad eũ qui misit me: vos autem scribite hec oĩa que contigerunt vobis/vt sint in testimonium verba ista omnibus habitantibus super terram. Et sciãt vniuersi: quoniam potẽs est dominus saluare & perdere. Et hijs dictis/ascẽdit in celum. Illi autẽ exurrexerunt: & ablatus est angelus ab oculis eorum/nec potuerunt videre eum. Et illi adimpleti leticia & omni gaudio/benedicentes magnificabant deum. Et confitebãtur illi: in omnibus mirabilibus eius. ¶ Secundum Lucam. xx. c.

In illo tempore: Factum est in vna dierum docente iesu populum in templo et euangelizãte: conuenerunt principes sacerdotum & scribe cum senioribus: & aiũt dicentes ad illũ. Dic nobis in qua potestate hec facis? Aut qs est qui dedit tibi hanc potestatem? Respõdens autem iesus: dixit ad illos. Interrogabo et ego vos vnũ sermonẽ: respondete michi. Baptis-

mus iohannis de celo erat / an ex hominib⁹? At illi cogitabāt intra se dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Et si dixerimus ex hominib⁹: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim: iohannē prophetam esse. Et responderunt nescire se: vnde esset. Et iesus ait illis. Nec ego dico vobis: in qua potestate hec facio. ℭ Dominica sextadecima Ad missam Officium.



Miserere michi domine quoniā ad te clamaui tota die: qꝛ tu dñe suauis et mitis es ⁊ copiosus in misericordia omnibus inuocantibus te. Ps. Inclina dñe aurem tuam et exaudi me / quoniā vnicus ⁊ pauper sum ego. Gloria. Oro.

Ecclesiam tuā quesum⁹ domine miseratio cōtinuata mundet et muniat: et quia sine te non potest salua cōsistere: tuo semper munere gubernet. Lectio ep̄le bti Pauli ap̄li Ad Ephesios. iij.c.

Fratres: Obsecro vos ne deficiatis in tribulationib⁹ meis p vobis que est gloria vestra. Hui⁹ rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri iesu christi. Ex quo oīs paternitas in celis ⁊ in terra nominat. Ut det vobis scdm diuitias glorie sue: virtutē corroborari p spiritū eius in interiori hoīe / habitare christū p fidē in cordib⁹ vestris. In charitate radicati ⁊ fundati: vt possitis cōprehēdere cū oībus sctis que sit latitudo ⁊ lōgitudo / ⁊ sublimitas ⁊ pfundū. Scire etiā supeminentē sciētie charitatē christi: vt ipleamini in omnē plenitudinē dei. Ei autē qui potēs est oia facere superabūdanter q̄ petimus ⁊ intelligimus secūdū virtutē que operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia: ⁊ in christo iesu in omnes generationes seculi seculorum amen. R. Timebunt gentes nomen tuum dominē: et omnes reges terre gloriam tuam. V. Quoniam edificauit dominus syon: ⁊ videbitur in maiestate sua. Alleluya. V. Qui timent dominū sperēt in eū: adiutor ⁊ protector eorū est. ℭ Secundum Lucam. vij. cap̄.

In illo tempore: Ibat iesus in ciuitatē que vocat naym et ibant cum illo discipuli eius / et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris sue Et hec vidua erat ⁊ turba ciuitatis multa cum illa. Quā cum vidisset iesus: mia motus super illā dixit. Noli flere. Et accessit: ⁊ tetigit loculū. Hij autē q̄ portabant steterunt. Et dixit. Adolescēs tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus: ⁊ cepit loqui ⁊ dedit illum matri sue. Accepit autē omnes timor: ⁊ magnificabāt deum dicētes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: ⁊ quia deus visitauit plebem suā. Credo. Offertorium. Domine in auxilium meū respice / cōfundant ⁊ reuereant qui querunt animā meā vt auferant eam. Secreta.

Tua nos dñe sacramēta custodiāt: ⁊ contra diabolicos semper tueātur incursus. Per dominum nostrum. Cōio. Domine memorabor iusticie tue solius: deus docuisti me a iuuētute mea ⁊ vsqꝫ in senectā ⁊ se

niũ deus ne derelinquas me. **Poſtcõio.**

Mentes noſtras et corpora poſſideat domine q̃ſumus doni celeſtis operatio: vt non noſter ſenſus in nobis vigeat: ſed iugiter eius preueniat effectus. P.

Nota tabulam propter ieiunia quattuor temporũ. **Feria.iiij.** **Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli Ad Coloſſenſes.** ij.capitulo.

Fratres: Uidete ne q̃s vos decipiat per philoſophiã ⁊ inanem fallaciam: ſecundum traditionem hominum/ſecũdum elementa mundi: ⁊ non ſecundũ chriſtum. Quia in chriſto habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: ⁊ eſtis in illo repleti qui eſt caput om̃is principatus ⁊ poteſtatis In quo ⁊ circũciſi eſtis circũciſione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis: ſed in circunciſione chriſti. Conſepulti ei in baptiſmo: in quo ⁊ reſurrexiſtis per fidẽ operationis dei qui ſuſcitauit illũ a mortuis. Et vos cũ mortui eſſetis in delictis ⁊ in preputio carnis veſtre: conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta: Per ieſum chriſtum dominum noſtrum

Secundum Marcum. viij.cap.

In illo tempore: Uenit ieſus bethſaida/et adducunt ei cecum: et rogabant eum vt illum tãgeret. Et apprehenſa manu ceci: eduxit eum extra vicũ. Et expuens in oculos eius: impoſitis manib⁹ ſuis/interrogauit eum ſi quid videret. Et aſpiciens ait. Uideo homines velut arbores ambulãtes. Deinde impoſuit iterum manus ſuper oculos eius: ⁊ cepit videre. Et reſtitutus eſt ita vt videret clare omnia: et miſit illum in domũ ſuam dicẽs. Uade in domum tuã. Et ſi in vicum introieris: nemini dixeris. **Feria ſexta. Lectio libri Thobie.** xiij.capitulo.

In diebus illis: Dixit thobias. Benedicite domino: omnes electi eius. Ego autem ⁊ anima mea benedicimus regem celi in leticia: ⁊ laudabimus nomẽ ei⁹ omnibus diebus vite noſtre. Benedicite omnes electi domino/⁊ laudate maieſtatẽ illius: ⁊ agite dies leticie in nomine eius. Confitere ei hieruſalem ciuitas ſancta: quoniam ⁊ ſi flagellaui te in operib⁹ manuum tuarum. ipſe eſt qui miſeretur tui. Confitere domino in die malorum: memorare bonorũ tuorum ⁊ cognoſcens peccatũ tuum: benedic dominum ſeculorũ/vt iterum cum gaudio tabernaculũ reedificet in te: ⁊ captiuam ducẽs captiuitatem letos faciet in te. Quoniam trãſmigrati ſunt de medio tui: et diligentes ſe omnes miſericordes faciet in om̃ia ſecula ſeculorum: ⁊ adorabunt dominũ in te

Secundum Marcum. vij.capl̃o

In illo tẽpore: Conuenerũt ad ieſum phariſei: et quidã de ſcribis: venientes ab hieroſolymis. Et cum vidiſſent quoſdam de diſcipulis eius communibus manibus manducare panes/ vituperauerũt. Phariſei enim et omnes iudei niſi crebro lauẽt manus nõ manducant: tenentes traditionẽ ſeniorum. Et a foro niſi baptizentur non comedunt. Et alia multa ſunt que tradita ſũt illis ſerua

baptiſmata calicum ꝛ vrceorum: et eramentorũ: et lectorum. Et interrogabant eum: pharisei ꝛ ſcribe. Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum ſed communibus manibus manducant panem? At ille reſpondẽs: dixit eis. Bene pphetauit eſaias de vobis hypocritis ſicut ſcriptum eſt. Popul⁹ hic labys me honorat: cor autem eorum longe eſt a me. Inuanum autem colunt me: docẽtes doctrinas ꝛ precepta hominũ. Relinquẽtes autem mãdatũ dei: tenẽt traditionem hominum.

Dominica ſeptimadecima poſt penthecoſten Ad miſſam Officiũ



Iuſtus es domine et rectum iudicium tuum fac cũ ſeruo tuo ſecundum miſericordiã tuã Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi. Gloria. Oro.

Abſolue queſum⁹ domine tuorum delicta populorũ: ꝛ a peccatorum noſtrorum nexib⁹ que pro noſtra fragilitate cõtraximus / tua benignitate liberemur. Per dominũ. Lectio epiſtole beati Pauli apoſtoli ad Epheſios iiij

Fratres: Obſecro vos ego vinct⁹ in domino vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis: cum omni humilitate ꝛ mãſuetudine: cum patientia ſupportantes inuicem in charitate. Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus: in vinculo pacis. Unũ corpus ꝛ vn⁹ ſpiritus: ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtre. Unus domi nus: vna fides: vnum baptiſma. Unus deus et pater omnium: qui ſuper omnes ꝛ per omnia: ꝛ in omnibus nobis. Qui eſt benedictus in ſecula ſeculorũ. R. Beata gens cuius eſt dominus deus eorũ populus quẽ elegit dominus in hereditatẽ ſibi. V. Uerbo domini celi firmati ſunt: ꝛ ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ. Alleluya. V. Laudate dominum omnes gentes: et collaudate eum omnes populi.

Secundum Lucam. xiiij. cap.

In illo tempore: Cum intraret ieſus in domũ cuiuſdã principis phariſeorũ ſabbato mãducare panẽ: ꝛ ipſi obſeruabant eum. Et ecce quidam homo hydropicus erat ante illum. Et reſpondens ieſus dixit ad legiſperitos et phariſeos dicens. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum: ac dimiſit. Et reſpõdens ad illos: dixit. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet: et non continuo extrahet illũ die ſabbati? Et nõ poterant ad hec reſpondere illi Dicebat autem ꝛ ad inuitatos parabolam: intendẽs quomodo primos accubit⁹ eligerent: dicens ad illos. Cum inuitat⁹ fueris ad nuptias non diſcumbas in primo loco: ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo. Et veniens is qui te ꝛ illum vocauit: dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipies cum rubore nouiſſimũ locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade ꝛ recumbe in nouiſſimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit: dicat tibi. Amice: aſcende ſuperius. Tũc erit tibi gloria coram ſimul diſcũbẽtibus Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur: ꝛ qui ſe humiliat exalta-

bitur. Credo. Offertorium. Oraui deum meū ego daniel dicens exaudi domine preces serui tui / illumina faciem tuam super sanctuarium tuum: et propicius intende populum istum super quem inuocatum est nomen tuum deus. Secreta.

MUnda nos domine sacrificij presentis effectu: ⁊ perfice miseratus in nobis / vt eius mereamur esse participes. Per dñm.

Communio. Uouete ⁊ reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius affectis munera terribili et ei qui aufert spiritum principum terribili apud omnes reges terre. Postcommunio.

QUesumus omnipotens deus vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis nō sinas subiacere periculis. Per do.

¶ Nota q̄ ieiunia quatuor temporum fiunt citius vel tardius secūdū q̄ littera dominicalis currit

¶ Feria quarta in ieiunijs quatuor temporū Ad missam Officiū

EXultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob / sumite psalmū iocundum cum cythara canite initium mēsis tuba: quia preceptum in israel est / ⁊ iudiciū deo iacob. Ps Sumite psalmum ⁊ date tympanum: psalterium iocundum cū cythara. Gloria patri. Sine Dominus vobiscum. Oratio.

MIsericordie tue remedijs q̄sumus domine fragilitas nostra subsistat: vt que sua conditione atteritur / tua clementia reparetur. Per dominum nostrum.

Lectio Amos prophete. ix. capitulo.

HEc dicit dominus deus: Ecce dies veniunt ⁊ comprehēdet arator messorē: ⁊ calcator vue mittentē semen. Et stillabunt mōtes dulcedinē: ⁊ omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatē populi mei israel: ⁊ edificabunt ciuitates desertas / ⁊ habitabunt in eas. Et plantabunt vineas: ⁊ vibent vinum earum. Et faciēt hortos: ⁊ comedēt fructus eorum. Et plantabo eos super humum suā: et nō euellā eos vltra de terra sua quam dedi eis / dicit dominus omnipotens. R. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: ⁊ humilia respicit in celo ⁊ in terra. V. Suscitans a terra inopem: ⁊ de stercore erigens pauperem cum Dominus vobiscum. Oratio

PResta quesumus domine familie tue supplicanti: vt dū a cibis corporalibus se abstinet / a vitijs mēte ieiunet. Per. Lectio libri Esdre. Neemie. viij. cap.

IN diebus illis. Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad plateam que est ante portam aquarum: ⁊ dixerūt esdre scribe vt afferret librum legis moysi quem precepit dominus israeli. Attulit ergo esdras sacerdos legem coram multitudine virorum ac mulierum: cunctisq̄ qui poterant intelligere in die prima mēsis septimi. Et legit in eo in platea que erat ante portam aquarū a mane vsq̄ ad mediam diē in cōspectu virorum ⁊ mulierum ⁊ sapientium: et aures omnis populi erant erecte ad librum. Stetit autem esdras scriba super gradū ligneum quem fecerat ad loquēdū: ⁊ steterunt iuxta eum. Et aperuit esdras librum coram omni popu-

lo:⁊ benedixit esdras domino deo magno:⁊ dixit oīs populus amen Eleuantes autem omnes populi man⁹ suas:incuruati sunt ⁊ adorauerunt proni in terram. Porro leuite silentium faciebāt in populo:ad audiēdam legem. Populus autem stabat in gradu suo:⁊ legerūt in libro legis dei distincte et aperte ad intelligendum. Dixit autem neemias sacerdos scribis ⁊ leuitis. Dies sanctificat⁹ est domino deo nostro:nolite lugere/⁊ nolite flere. Et dixit eis. Ite comedite pinguia ⁊ bibite mulsum: ⁊ mittite partes eis qui non preparauerūt sibi/sanctus enim dies dñi est: et nolite contristari. Gaudium etenim domini est fortitudo nostra.

℟. Iacta cogitatum tuum in domino: et ipse te enutriet. ℣. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam ab hijs qui appropinquant michi.

¶ Secundum Marcum. ix. capl'o.

In illo tempore. Respondēs vn⁹ de turba:dixit ad iesum Magister attuli filium meum ad te:habentem spiritum mutū. Qui vbicunqꝫ eum apprehenderit allidit eum:et spumat/⁊ stridet dentibus ⁊ arescit. Et dixi discipulis tuis vt eijcerent illum: et non potuerunt Qui respondens dixit eis. O generatio incredula/ꝙdiu apud vos ero: ꝙdiu vos patiar. Afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cū vidisset illū: statim spūs conturbauit eū:et elisus in terra/volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius. Quantum tēporis est:ex quo hoc ei accidit? At ille ait. Ab infantia. Et frequenter eum in ignem et in aquam misit:vt eum perderet. Sed si quid potes: adiuua nos misertus nostri. Iesus autem ait illi. Si potes credere: omnia possibilia sunt credēti. Et continuo exclamans pater pueri: cum lachrymis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatē meam. Et cum videret iesus concurrentem turbam:comminatus est spiritui immundo dicens illi. Surde et mute spiritus: ego precipio tibi exi ab eo/et amplius non introeas in eū. Et clamans ⁊ multum discerpens eum: exijt ab eo. Et factus est sicut mortuus:ita vt multi dicerent quia mortuus est. Iesus autem tenēs manum eius eleuauit eū:⁊ surrexit. Et cum introisset in domum: discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos nō potuimus eijcere eum? Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione ⁊ ieiunio. Offertorium. Meditabor in mādatis tuis que dilexi valde:⁊ leuabo man⁹ meas ad mādata tua que dilexi. Secreta

Hec hostia quesumus domine emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandū subditorum tibi corpora mētesqꝫ sanctificet. Per dominum. Cōmunio

Comedite pinguia et bibite mulsum/et mittite partes eis qui non preparauerunt sibi/sanctus enim dies domini est/nolite contristari gaudium etenim domini est fortitudo nostra. Postcommunio.

Sumentes dona celestia suppliciter te dñe deprecamur: vt que sedula seruitute te donante gerimus/dignis sensibus tuo munere capiamus. Per dominum.

¶ Feria sexta quattuor temporum Ad missam Introitus.

Letetur cor querentium dominum querite dominum et confirmamini querite faciem eius semper. Ps. Confitemini domino et inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Gloria. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: ut obseruationes sacras annua deuotione recolentes / et corpore tibi placeamus et mente. Per d. Lectio Osee prophete. xiiij. cap.

Hec dicit dominus. Conuertere israel ad dominum deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba et conuertimini ad dominum: et dicite ei. Omnem aufer iniquitatem et accipe bonum et reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos: super equos non ascendemus: nec dicemus ultra dii nostri opera manuum nostrarum: quia eius qui in te est / misereberis populi. Sanabo contritiones eorum. Diligam eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros: israel germinabit quasi lilium. Et erumpet radix eius ut libani: ibunt rami eius et erit quasi oliua gloria eius: et odor eius ut libani. Conuertentur sedentes in umbra eius viuent tritico et germinabit quasi vinea: memoriale eius sicut vinum libani. Ego exaudiam: et dirigam eum. Ego ut abietem virentem ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens et intelliget ista? Intelligens et sciet hec? Quia recte vie domini: et iusti ambulabunt in eis. R.

Conuertere domine aliquantulum et deprecare super seruos tuos. V. Domine refugium factus es nobis: a generatione et progenie. ¶ Secundum Lucam.

In illo tempore. Sedebat iesus docens: et erant pharisei sedentes et legis doctores qui venerant ex omni castello galilee et iudee et hierusalem: et erat virtus domini ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: et querebant eum inferre / et ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte inferrent eum pre turba: ascenderunt supra tectum / et per tegulas summiserunt illum cum lecto ante iesum. Quorum fidem ut vidit dixit. Homo remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribe et pharisei: dicentes Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Ut cognouit autem iesus cogitationes eorum: respondens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua: an dicere surge et ambula? Ut sciatis autem quia filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata: ait paralytico. Tibi dico surge. Tolle lectum tuum: et vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis: tulit grabatum in quo iacebat: et abiit in domum suam magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes: et magnificabant deum. Et repleti sunt omnes timore dicentes. Quia vidimus mirabilia hodie. Offertorium. Benedic anima mea domino: et noli obliuisci omnes retributiones eius et

cenou abiit sicut aqle iuuētꝰ tua. Secre.

Accepta sint tibi dñe quesu mus nostri dona ieiunij: que ꝛ nos expiando gratia tua di gnos efficiāt/ꝛ ad sempiterna pro missa perducant. Per dominum. Cōio. Aufer a me opprobrium ꝛ contē ptū: q2 mādata tua exquisiui dñe: nā ꝛ testi monia tua meditatio mea est. Postcōio.

Quesumꝰ omnīps deus/ vt de perceptis muneribus gra tias exhibentes beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrū.

Sabbato quattuor temporum Ad missam Introitus.

Venite adoremus deū et procidamꝰ ante do minū/ploremus ante eū qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster. Ps. Venite exultemꝰ domino: iu bilemus deo salutari nostro. Gloria patri et filio. Sine Dñs vobiscū. Oratio

Omnipotēs sempiterne deus qui per continentiam salu tarem ꝛ corporibus mederis ꝛ mē tibus: maiestatem tuā supplices exoramus/vt pia ieiunantium de precatione placatus/ꝛ presentia nobis subsidia prebeas ꝛ futura. Per dominum nostrū iesum xp̄m.

Lectio libri Leuitici. xxiij. capi°.

In diebus illis: Locutus est dominus ad moysen dicēs. Decima die mensis huius septi mi: dies expiationum erit celeber rimus et vocabitur sanctus. Affli getisqꝫ animas vestras i eo: ꝛ offe retis holocaustum domino. Om ne opus non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiatio nis est: vt propitietur vobis domi nus deꝰ vester. Omnis anima que non fuerit afflicta die hoc: peribit de populis suis. Et que operis q̄p piam: fecerit delebo eam de popu lo suo. Nichil ergo operis facietis in eo: legitimū sempiternum erit vobis: in cunctis generationibus ꝛ habitationibus vestris. Sabba tū requietiōis est: ꝛ affligetis ani mas vestras. Die nono mēsis ave spera vsqꝫ ad vesperam celebrabi tis sabbata vestra: dicit dominus omnipotēs. R. Protector noster aspi ce deus ꝛ respice super seruos tuos. V. Do mine deus virtutum exaudi preces seruo rum tuorum. Sine Dñs vo. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus: vt ieiunando gratia tua satiemur: ꝛ abstinēdo cunctis efficiamur hostibꝰ fortiores. Per dominum nostrum iesum christū.

Lectio libri Leuitici. xxiij. capi°.

In diebus illis: Locutus est dominus ad moysen dicēs. Quintadecima die mensis huius septimi quando congregaueritis omnes fructꝰ terre vestre: celebra bitis ferias septem diebꝰ. Die pri mo ꝛ die octauo erit sabbatum: id est requies. Sumetisqꝫ vobis die primo fructus arboris pulcherri me spatulasqꝫ palmarū ꝛ ramos ligni densarum frondium et sali ces de torrente: et letabimini corā domino deo vestro. Celebrabitisqꝫ solennitatem eius: septem diebus per annum: legitimum sempiter num erit in generationibꝰ vestris. Mēse septimo festa celebrabitis: ꝛ habitabitis in tabernaculis septē diebus. Omis qui de genere est isra el: manebit in tabernaculis. Ut di

feant posteri vestri quod in tabernaculis habitare fecerim filios israel: cũ educerem eos de terra egypti. Ego dominus deus vester. ℟. Propicius esto domine peccatis nostris nequando dicant gentes ubi est deus eorũ. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui dñe libera nos. Sine Dñs vobiscũ. Oratio.

Vere qs dñe familiam tuam: ut salutis eterne remedia que te aspirante requirimus/ te largiente cõsequamur. Per dñz.

Lectio Michee prophete. vij. cap.

Domine de⁹ noster pasce populum tuum in virga tua gregem hereditatis tue habitantes solos in saltu in medio carmeli pascentur basan ⁊ galaad iuxta dies antiquos secundum dies egressionis tue de terra egypti. Ostendam eis mirabilia. Uidebunt gentes et cõfundentur super omni fortitudine sua. Quoniam quis deus similis tui qui aufers iniquitatem: et transfers peccatum reliquiarum hereditatis tue Non immittet ultra furorem suũ quoniam volens misericordiam est: et reuertetur et miserebitur nostri. Deponet omnes iniquitates nostras: ⁊ proiiciet in pfundũ maris oĩa peccata nostra. Dabis veritatẽ iacob: miam abrahã. Que iurasti patribus nostris a diebus antiquis: dñe deus noster. ℟. Dirigatur oratio mea sicut incensum: in conspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ. Sine Dñs vo. Oro

Presta qs domine sic nos ab epulis carnalibus abstinere: ut a vicijs irruentib⁹ pariter ieiunem⁹. Lectio zacharie pphe. viij.

In diebus illis: Factum est verbũ dñi ad me dicẽs. Hec dicit dñs deus exercituũ. Sicut cogitaui ut affligerẽ vos / cũ ad iracundiam me prouocassent patres vestri/ ⁊ nõ sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis ut benefaciam hierusalem: ⁊ domui iuda/ nolite timere. Hec sunt ergo verba que facietis. Loquimini veritatẽ vnusquisq; cũ proximo suo. Ueritatẽ et iudiciũ iudicate in portis vestris: ⁊ vnusquisq; malũ cõtra amicũ suũ ne cogitetis in cordib⁹ vestris/ ⁊ iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim hec sunt que odi: dicit dominus. Et factũ est verbum domini exercituum: ad me dicens. Hec dicit dominus exercituum. Ieiuniũ quarti ⁊ ieiuniũ quinti/ et ieiunium septimi/ et ieiuniũ decimi/ erit domui iude ĩ gaudiũ ⁊ leticiã: ⁊ in solẽnitates pclaras. Ueritatẽ tantũ ⁊ pacẽ diligite dicit dñs oĩs. ℟. Saluũ fac populũ tuum domine: ⁊ benedic hereditati tue. ℣. Ad te domine clamaui deus meus ne sileas a me: et ero similis descendentibus in lacum. Sine Dñs vobiscum. Oro.

Ut nos domine tribuis solenne tibi deferre ieiuniũ: sic nobis quesumus indulgentie presta subsidium. Per dominum.

Lectio Danielis prophete. iij. ca.

Angelus domini descendit cum azaria et socijs ei⁹ in fornacẽ: ⁊ excussit flãmã ignis de fornace: ⁊ fecit medium fornacis quasi vẽtũ roris flãtẽ. Flãma autem diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouem: ⁊ incẽdit

quos reperit iuxta fornacē de chaldeis ministros regis qui eā incendebant. Illos autē nō tetigit omnino ignis neqꝫ cōtristauit/nec q̄cꝫ molestie intulit. Tunc hij tres quasi ex vno ore hymnū dicebant: et benedicebant deum in fornace dicentes. Tractus.

Benedictus es domine deus patrū nostrorum. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. ℣. Et benedictum nomē glorie tue quod est sanctū. Et laudabile ⁊ gloriosum in secula. ℣. Benedictus es in templo sancto glorie tue. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. ℣. Benedictus es super sceptrum diuinitatis tue. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. ℣. Benedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. ℣. Bñdict⁹ es qui sedes super cherubin intuens abyssos. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. ℣. Benedictus es qui ambulas super pēnas ventorum. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. ℣. Benedicant te omnes angeli sancti tui. Laudabilem ⁊ gloriosum in secula. ℣. Bñdicant te celi ⁊ terra: mare ⁊ oīa que in eis sunt. Laudabilem ⁊ gloriosum in secula. ℣. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Laudabili ⁊ glorioso in secula. ℣. Sicut erat in principio ⁊ nunc et semper: ⁊ in secula seculorum amen. Laudabili ⁊ glorioso in secula. ℣. Benedict⁹ es domine deus patrum nostrorum. Et laudabilis ⁊ gloriosus in secula. Cum Dominus vobiscum. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniū: concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dominum nostrū iesum xpm.

Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad hebreos. ix. capitulo.

Fratres: Tabernaculū factum est primū in quo erāt cādelabra ⁊ mēsa ⁊ propositio panū: que dicit̄ sancta. Post velamētum autem secundum tabernaculū quod dicitur sancta sanctorum aureum habēs thuribulū ⁊ archā testamenti circumtectam ex omni parte auro. In qua erat vrna aurea habens manna: ⁊ virga aarō que fronduerat et tabule testamēti. Super que erant cherubin glorie obumbrantia propiciatorium de quibus non est modo dicendum per singula. Hijs vero ita compositis in priori quidem tabernaculo semper introibāt sacerdotes sacrificiorum officia cōsummātes. In secūdo vero semel in āno solus pontifex non sine sanguine quem offerebat pro sua ⁊ ꝑ populi ignorātia. Hoc significāte spiritu sancto/nondū propalatā esse sanctorū viā adhuc priore tabernaculo habente statū: que parabola est tēporis instātis. Iuxta quā munera et hostie offerūtur que nō possūt iuxta conscientiā perfectū facere seruientē: solūmodo in cibis ⁊ in potib⁹ ⁊ in varijs baptismatib⁹ ⁊ iusticijs carnis vsqꝫ ad tēpus correctiōis īpositis. Christus autē assistēs pōtifex futurorū bonorū pamplī⁹ ⁊ pfecti⁹ tabernaculū nō manufactū/id est nō hui⁹ creationis: neqꝫ per sanguinē hyrcorū aut vitulorū: sed per propriū sanguinē introiuit semel in sācta eterna redemptione inuenta. Tractus.

Laudate dominum oēs gētes ⁊ collaudate eum oēs populi. ℣. Quoniam confirmata est super nos mīa eius:

et veritas domini manet in eternum.

Secundum Lucam. xiij. capitulo.

In illo tempore: Dicebat iesus turbis similitudinem hanc Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua: et venit querens fructum in illa et non invenit Dixit autem ad cultorem vinee. Ecce anni tres sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac et non invenio. Succide ergo eam / ut quid etiam terram occupat? At ille respondens: dixit illi. Domine dimitte illam et hoc anno: usque dum fodiam circa illam et mittam stercora: et siquidem fecerit fructum: sinautem in futurum succides eam. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier que habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo / et erat inclinata: nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret iesus: vocauit ad se et dixit illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: et confestim erecta est et glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus: indignans quia sabbato curasset iesus dicebat turbe. Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his ergo venite et curamini: et non in die sabbati. Respondens autem ad illum iesus dixit. Hypocrite: unusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a presepio et ducit adaquare? Hanc autem filiam abrahe quam alligauit sathanas: ecce decem et octo annis non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cum hoc dixisset: erubescebant omnes aduersarij eius. Et omnis populus gaudebat in uniuersis: que gloriose fiebant ab eo. Offertorium.

Domine deus salutis mee in die clamaui et nocte coram te: intret oratio mea in conspectu tuo domine. Secreta.

Concede quesumus omnipotens deus: ut oculis tue maiestatis munus oblatum: et gratiam nobis deuotionis obtineat / et effectum beate perennitatis acquirat. Per dominum nostrum iesum christum. Communio. Mense septimo festa celebrabitis cum in tabernaculis habitare fecerim filios israel cum educerem eos de terra egypti ego dominus deus vester. Postcommunio

Perficiant in nobis quesumus domine tua sacramenta quod continent: et que nunc specie gerimus rerum veritate capiamus. Per dominum.

Dominica octauadecima post penthecosten Ad missam Officium.



Da pacem domine sustinentibus te ut prophete tui fideles inueniantur / exaudi preces serui tui et plebis tue israel. Ps. Letatus sum in his que dicta sunt michi: in domum domini ibimus. Gloria patri. Oratio

Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuam ostende supplicibus: ut qui de meritorum qualitate diffidimus / non iudicium tuum sed indulgentiam sentiamus. Per.

Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Corinthios. j. j. capitulo.

Fratres: Gratias ago deo meo semper pro vobis: in gratia dei que data est vobis in christo iesu. Quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo et in omni scientia sicut testimonium christi confirmatum est in vobis: ita ut nichil vobis desit in ulla gratia expectantibus

reuelationem domini nostri iesu christi qui et confirmabit vos vsqꝫ in finē sine crimine. In die aduentus domini nostri iesu christi. R. Letatus sum in his que dicta sūt michi in domum domini ibimus. V. Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis. Alleluya. V. De profundis clamaui ad te domine/domine exaudi vocem meam. ¶ Secūdum Mattheum. xxij. ca.

In illo tpe: Accesserūt ad iesum saducei: et interrogauit eū vnus ex eis legis doctor tētās eū. Magister: qd est mādatū magnū in lege? Ait illi iesus. Diliges dn̄z deū tuū ex toto corde tuo/ et ex tota aīa tua: et in tota mēte tua. Hoc est maximū et primū mādatū. Secūdū aūt: simile est huic. Diliges proximū tuum: sicut teipsum. In hijs duobus mādatis tota lex pendet/ et prophete. Cōgregatis autē phariseis: interrogauit eos iesus dicēs. Quid vobis videt de christo cuius filius est? Dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in spiritu: vocat eū dn̄m dicēs. Dixit dominus dn̄o meo/sede a dextris meis. donec ponā inimicos tuos/ scabellū pedum tuor. Si ergo dauid vocat eum dominū: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respōdere ei verbū neqꝫ ausus fuit quisꝙ ex illa die eum amplius interrogare. ¶ Credo. Offertorium. Sanctificauit moyses altare domino offerens super illud holocausta/ et immolans victimas fecit sacrificium vespertinum in odorem suauitatis domino deo in conspectu filiorum israel. Secreta.

Uius apud te dn̄e muneris oblatiōe placeamus/ vt percipere vite participes huius operatione reddamur. Per dominum. Communio. ¶ Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominum in aula sancta eius. Postcommunio.

Celestis mēse quesumus domine sacrosctā libatio corda nostra purget semper et pascat. Per dn̄m. ¶ Nota tabulam propter ieiunia quattuor temporum. Officiū vide supra. ¶ Feria quarta. Lectio epistole btī Pauli apostoli Ad Romanos. vij. et viij.

Fratres: Condelector legi dei: secundum interiorē hominē. Uideo autē aliā legē in mēbris meis repugnātem legi mētis mee/ et captiuū me ducētem in lege peccati/ que est in membris meis. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per iesum christum dominū nostrum. Igitur ego ipse mente seruio legi dei: carne autem/legi peccati. Nichil ergo nunc damnationis est hijs qui sunt in christo iesu: qui nō secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vite in christo iesu: liberauit me a lege pecti et mortis. Scdm̄ Mattheū. xiij.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Simile factū est regnum celorū homini qui seminauit bonū semen in agro suo. Cū autē dormirēt hoīes/ venit inimicus eius/ et superseminauit zizania in medio tritici et abijt. Cū aūt creuisset herba et fructū fecisset tūc apparuerūt et zizania. Accedētes aūt serui prīsfamilias: dixerūt ei. Dn̄e nōne bonū semē seminasti i agro tuo vnde ergo habet zizania? Et ait il

lis. Inimic⁹ homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei. Uis imus: & colligimus ea? Et ait illis. Non. Ne forte colligentes zizania: eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus. Colligite primum zizania et alligate in fasciculos ad comburendum. Triticum autem congregate in horreum meum. ¶ Feria sexta. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Galathas. iiij. capitulo.

Fratres: Obsecro vos michi ne lesistis. Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem & temptationem vestram in carne mea non spreuistis neque respuistis: sed sicut angelum dei excepistis me: sicut iesum christum. Ubi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis: quia si fieri potuisset oculos vestros eruissetis & dedissetis michi. Ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis? Emulantur vos non bene sed excludere vos volunt: ut illos emulemini. Bonum autem emulamini in bono semper. Per iesum christum dominum nostrum. Sequentia sancti euangelii secundum Mattheum. xiij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnum celorum grano sinapis quod accipiens homo seminauit in agro suo quod minimum quidem est omnib⁹ seminibus. Cum autem creuerit maius est omnibus oleribus & fit arbor ita ut volucres celi veniant & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum celorum fermento/ quod acceptum mulier abscondit in farine satis tribus: donec fermentatum est totum. Hec omnia locut⁹ est iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: ut impleretur quod dictum erat per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita a constitutione mundi. ¶ Dominica nona decima Ad missam. Introitus



Salus populi ego sum dicit dominus de quacumque tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos/ et ero illorum domin⁹ in perpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Gloria patri. Oratio.

Ac nos domine quesumus prompta voluntate subiectos: & ad supplicandum tibi nostras semper excita voluntates. Per do. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Ephesios. iiij. capitulo.

Fratres: Renouamini spiritu mentis vestre & induite nouum hominem qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini: & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur: iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est: ut

habeat unde tribuat necessitatem patienti. ℟. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo domine. ℣. Eleuatio manuum mearum sacrificiũ vespertinum. Alleluya. ℣. Memento domine dauid: et omnis mansuetudinis eius.
Secundum Mattheũ. ix. capitulo
In illo tempore: Ascendens iesus in nauiculã transfretauit: et venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebãt ei paralyticum in lecto iacentem. Et videns iesus fidem illorũ: dixit paralytico. Cõfide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidã de scribis: dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cũ vidisset iesus cogitationes eorũ dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere dimittũtur tibi peccata tua: an dicere surge et ambula? Ut sciatis autẽ quia filius hominis habet potestatem in terra dimittẽdi peccata: tunc ait paralitico. Surge: tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et surrexit: et abijt in domũ suam. Uidentes autẽ turbe timuerunt: et glorificauerũt deum: qui dedit potestatem talem hominibus. Credo. Offer. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me domine: et super iram inimicorum meorum extendes manum tuam et saluum me fecit dextera tua. Secreta.
Munda nos domine sacrificij presentis effectu: et perfice in nobis vt eius mereamur esse participes. Per. Cõio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcõio.
Uiuificet nos domine quesumus mentes nostras benignus: et renoua celestibus sacramentis vt consequenter et animarum et corporũ presens pariter et futurum capiamus auxilium. Per dominũ nẽm.
Feria quarta. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Thessa. ij. ij. et iij.
Fratres. State et tenete traditiones quas didicistis: siue per sermonem siue per epistolã nostram. Ipse autem dominus noster iesus christus et deus pater noster qui dilexit nos: et dedit nobis consolationẽ eternam: et spem bonã in gratia: consoletur corda nostra et conseruet et cõfirmet in omni opere et sermone bono. De cetero fratres orate pro nobis: vt sermo dñi currat et clarificetur sicut et apud vos: et vt liberemur ab importunis et malis hominibus. Non enim omnium est fides. Fidelis autem dominus est: qui confirmabit vos et custodiet a malo. Confidimus autem de vobis in domino: quoniam que precepimus et facitis et facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate dei: et patientia christi. Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum. xiij.
In illo tempore: Accesserũt ad iesum discipuli eius dicẽtes. Edissere nobis parabolã zizaniorum agri. Qui respondens ait. Qui seminat bonum semen: est filius hominis. Ager autẽ: est mundus. Bonum vero semen: hij sunt filij regni. zizania autem: hij sunt filij nequam. Inimicus autẽ homo qui seminat ea: est diabolus. Messis vero: consummatio est se-

culi. Messoꝛes autem: angeli sũt.
Sicut ergo colliguntur zizania ⁊
igni comburũtur: sic erit in ↄsum
matione seculi. Mittet filiꝰ homi-
nis angelos suos/ et colligẽt de re
gno eius omnia scandala ⁊ eos q̃
faciunt iniquitatẽ: ⁊ mittẽt eos in
caminũ ignis: ibi erit fletus et stri
doꝛ dentium. Tunc iusti fulgebũt
sicut sol: in regno patris eoꝛum.
Qui habet aures audiẽdi audiat.

¶ Feria sexta. Lectio epistole bea
ti Pauli apostoli ad Thessa. ij. iij.

FRatres: Scitis quẽadmo-
dum opoꝛteat imitari nos
Quoniam nõ inquieti fuimus in-
ter vos: neqꝫ gratis panem man-
ducauimus ab aliquo. Sed in la-
boꝛe ⁊ fatigatiõe nocte ac die ope-
rantes ne quem vestrum grauare
mus. Non quasi non habuerimꝰ
potestatẽ: sed vt nosmetipsos foꝛ-
mam daremus vobis ad imitan-
dum nos. Nã ⁊ cũ essemus apud
vos: hoc denunciabamus vobis.
Quoniam si quis non vult opera
ri/ nec manducet. Audiuimꝰ enim
inter vos quosdã ambulantes in-
quiete nichil operantes: sed curio
se agentes. Hijs autem qui huius-
modi sunt denũciamus ⁊ obsecra
mus in domino iesu chꝛisto: vt cũ
silẽtio operantes suum panẽ mã-
ducent. Uos autem fratres: noli-
te deficere benefacientes. In chꝛi-
sto iesu: domino nostro.

¶ Secundum Lucam. xiiij. capl̃o

IN illo tempoꝛe. Dicebat ie-
sus cuidam principi phari-
seoꝛum. Cum facis pꝛãdium aut
cenam: noli vocare amicos tuos/
neqꝫ cognatos tuos/ neqꝫ vicinos/
neqꝫ diuites/ ne ipsi te reinuitent: ⁊
fiat tibi retributio. Sed cũ facis
cõuiuium voca pauperes/ debiles
cecos ⁊ claudos: ⁊ beatus eris/ qꝛ
non habent vnde retribuant tibi.
Retribuetur autem tibi: in resur-
rectione iustoꝛum. Hec cum audis
set/ quidã de simul discũbẽtibus:
ait illi. Beatus qui manducabit
panem in regno celoꝛum.

¶ Dominica vicesima post pẽthe-
costen Ad missam Officium

OMnia q̃ fecisti no-
bis domine in vero
iudicio fecisti: quia
peccauimus tibi et
mandatis tuis nõ
obediuimꝰ: sed da
gloꝛiam nomini tuo ⁊ fac nobiscũ
secundum multitudinẽ misericoꝛ
die tue. Ps. Peccauimus cum patribus
nr̃is: iniuste egimus iniq̃tatẽ fecimꝰ. Oro

DA quesumꝰ domine popu-
lo tuo diabolica vitare cõ-
tagia: ⁊ te solum dominum puro
coꝛde sectari. Per dominum nr̃m.

Lectio epistole beati pauli aposto
li Ad Ephesios. v. capitulo.

FRatres: Uidete quomodo
caute ambuletis: non qua
si insipientes sed vt sapientes. Re
dimentes tempus: quoniam dies
mali sunt. Propterea nolite fieri
impꝛudentes: sed intelligẽtes que
sit voluntas dei. Et nolite inebꝛia
ri vino in quo est luxuria: sed im-
pleamini spiritu sancto loquẽtes
vobismetipsis in psalmis et hym-
nis ⁊ canticis spiritalibus cantã-
tes et psallentes in coꝛdibꝰ vestris
domino. Gꝛatias agẽtes semper
pꝛo omnibus: in nomine domi-

ni nostri iesu christi deo et patri. Subiecti inuicē: in timore christi. ℟. Oculi omniū in te sperant domine: et tu das illis escam in tēpore oportuno. ℣. Aperis tu manum tuā: et imples omne animal benedictione. Alleluya. ℣. Lauda aīa mea dominū: laudabo dominū in vita mea: psallam deo meo quādiu ero.

ℭ Secundum Mattheum. xxij.

In illo tempore: Loquebatur iesus cum discipulis suis in parabolis dicens. Simile factū est regnū celorū homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: et nolebant venire. Iterū misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis: ecce prandium meū paraui/ tauri mei et altilia occisa et omnia parata sunt: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et abierunt alius in villam suā: alius vero ad negociationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius: et contumeliis affectos occiderūt. Rex autem cū audisset iratus est: et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidē parate sunt: sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum/ et quoscunque inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias: congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos et malos/ et implete sunt nuptie discumbentium. Intrauit autem rex vt videret discumbētes/ et vidit ibi hominē non vestitum veste nuptiali: et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris Ligatis manibus eius et pedibus mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus: et stridor dentium. Multi enim sunt vocati: pauci vero electi. Credo. Offr. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui syon. Secreta.

Maiestatem tuā dn̄e supplices deprecamur: vt hec sancta que gerimus: et a preteritis nos delictis exuant et futuris. Per do. Communio. Memento verbi tui seruo tuo domine in quo michi spē dedisti hec me consolata est in hūilitate mea. Postcō.

Sanctificationibus tuis omnipotēs deus et vicia nostra purgentur: et remedia nobis eterna prouentiāt. Per d. ℭ Feria. iiij. Lectio libri Iudith. iiij. capitulo.

In diebus illis. Fecerunt filij israel sicut cōstituerat illis eliachim sacerdos magnus/ et seniores totius populi qui sedebāt in hierusalem. Et clamauerunt filij isrl̄ ad dn̄m instantia magna: et humiliauerūt animas suas in ieiunio magno ipsi et mulieres et paruuli eorum. Et omnis aduena qui erat mercēnarius et empticius eorum imposuerunt cilicia super lūbos suos. Et oēs viri israel et mulieres et paruuli qui habitabāt hierusalem prociderūt in faciem suā coram templo/ et cinerē posuerunt super capita sua: et extenderūt cilicia sua contra faciem templi domini/ et cooperuerūt altare cilicio et clamauerunt ad dominū israel vnanimes vt nō daret in direptionem paruulos eorum et mulieres eorum in predam: et ciuitates here

ditatis eorũ in exterminiũ / ⁊ ſan=
cta in conculcationem / et impzope
rium ⁊ opprobrium gentibus. Et
exaudiuit dominus voces eorum:
et vidit tribulationẽ eorũ. Et erat
plebs ieiunans diebus multis in
tota terra iude ⁊ hieruſalẽ. Et pro
ciderũt contra faciem ſanctorum
dei omnipotentis: et eliachim ſa=
cerdos magnꝰ / et omnes qui aſta=
bãt coram domino ſacerdotes de
ſeruientes precincti cilicio circa lũ
bos ſuos. Et clamabant ad domi
num in omni virtute ſua: ve in bo
nis viſitaret omnem domũ iſrael

℃ Secundum Matheum vj. ca.

In illo tempore: Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. Cũ oratis
nõ eritis ſicut hypocrite: q̇ amant
in ſynagogis ⁊ in angulis platea
rum ſtantes orare ve videãtur ab
hominibus. Amen dico vobis: re=
ceperunt mercedem ſuam. Tu au
tem cum oraueris intra in cubicu
lum tuum: ⁊ clauſo oſtio / ora pa=
trem tuum in abſcõdito. Et pater
tuus qui videt in abſcondito: red=
det tibi. Orãtes autem nolite mul
tũ loqui: ſicut ethnici faciunt. Pu=
tãt enim quod in multiloquio ſuo
exaudiantur. Nolite ergo aſſimi=
lari eis. Scit enim pater veſter q̄d
opus ſit vobis: anteq̄ petatis eũ.

℃ Feria. vj. Lectõ libri iudith. xvj.

In diebꝰ illis. Dixit iudith:
cantabo domino meo canti
cum nouum. Adonay domine ma
gnus es et preclarus in virtute et
⁊ inuiſibilis: tibi ſeruit omnis crea
tura tua. Quoniã dixiſti et facta
ſunt: miſiſti ſpiritum tuum ⁊ crea
ta ſunt: ⁊ non eſt qui reſiſtat voci
tue. Montes a fundamentis mo=
uebuntur cũ aquis: petre autẽ an=
te faciẽ tuam ſicut cera liqueſcent
Timẽtibus autem propiciaberis
illis: quoniam puſillũ eſt omne ſa
crificium in odorem ſuauitatis ⁊
minime om̄es adipes in holocau=
ſtum. Qui autem timet deum: ma
gnus erit apud eum per omnia.

℃ Secundum Lucam. vj. capĩo.

In illo tempore: Dixit ieſus
diſcipulis ſuis Beati eritis
cum vos oderint homines / et cum
ſeparauerint vos ⁊ exprobrauerit
et eiecerint nomen veſtrum tanq̄
malum propter filium hominis.
Gaudete et exultate in illa die: ec=
ce enim merces veſtra multa eſt in
celis. Secundum hec enim: facie=
bant prophetis patres eorum. Ve
runtamen ve vobis diuitibus: qui
habetis hic conſolationem veſtrã
Ve vobis qui ſaturati eſtis: quia
eſurietis. Ve vobis qui ridetis nũc
quia lugebitis ⁊ flebitis. Ve cum
benedixerint vobis omnes homi=
nes: ſecundum hec faciebant pſeu
doprophetis patres eorũ. Sed vo=
bis dico: qui auditis. Diligite ini=
micos veſtros: benefacite hỹs qui
oderunt vos. Benedicite male=
dicẽtibus vos: ⁊ orate pro calum=
niantibus vos. Et qui te percuſſe=
rit in maxillam: prebe ei ⁊ alterã.
Et ab eo qui aufert tibi veſtimen=
tum: etiam tunicam noli prohibe
re. Omni autem petenti te: tribue
Et ei qui aufert que tua ſunt: ne re
petas. Et prout vultis vt faciant
vobis homines: facite et vos illis
ſimiliter. Et ſi diligitis eos q̄ vos
diligũt: que vobis eſt gratia? Nã

et peccatores diligentes se diligũt
Et si benefeceritis hijs qui vobis
benefaciunt que vobis est gratia?
Nã et peccatores hoc faciunt. Et
si mutuum dederitis hijs a quib⁹
speratis recipere: que gratia est vo
bis? Nam et peccatores peccatori
bus fenerãtur: vt recipiant equa-
lia. Verũtamen diligite inimicos
vestros/ et benefacite et mutuũ da
te: nihil inde sperãtes. Et erit mer-
ces vestra multa in celis.

¶ Dominica vicesimaprima post penthecosten Ad missam Officiũ



In voluntate tua domine vniuersa sũt posita/ et nõ est qui possit resistere volũtati tue/ tu enim fecisti omnia celum ⁊ terram et vniuersa que celi ambitu continentur: dominus vniuersorum tu es. Ps. Beati immaculati in via: qui ãbulãt in lege dñi. Gloria. Oro.

Dirigat corda nostra domine quesum⁹ tue miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per dominũ.

Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Ephesios. vj. capitulo.

Fratres: Confortamini in domino: et in potentia virtutis eius. Induite vos armaturã dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Quia non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem: sed aduersus principes ⁊ potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritalia nequicie in celestib⁹. Propterea accipite armaturã dei vt possitis resistere i die malo ⁊ in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: ⁊ induti loricã iustitie/ ⁊ calciati pedes in preparationem euãgelij pacis. In omnibus sumẽtes scutum fidei: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeã salutis assumite ⁊ gladium spirit⁹: quod est verbũ dei. R. Domine refugiũ factus es nobis: a generatione ⁊ progenie. V. Priusquã montes fierent aut formaretur terra ⁊ orbis: a seculo ⁊ in seculum tu es deus. Alleluya. V. Qui sanat contritos corde: et alligat contritiones eorum.

¶ Secundum Johannem. iiij. ca.

In illo tempore: Erat quidã regulus/ cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia iesus adueniret a iudea in galileã: abijt ad eum et rogabat eum vt descenderet ⁊ sanaret filiũ ei⁹. Incipiebat enim mori. Dixit ergo iesus ad eũ. Nisi signa et prodigia videritis: non creditis. Dixit autẽ regulus. Domine: descende priusquã moriatur fili⁹ meus. Dixit ei iesus. Vade: filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei iesus ⁊ ibat. Jam autem eo descendente: serui occurrerunt ei/ ⁊ nunciauerunt: dicẽtes quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis: in qua melius habuerat. Et dixerunt ei. Quia heri hora septima: reliquit eum febris. Cognouit ergo pater qr illa hora erat i qua dixit ei ies⁹: filius tuus viuit. Et credidit ipse: et domus ei⁹ tota. Credo. Offer.

Vir erat in terra nomie iob/ simplex ac rectus ⁊ timens deum quem sathan petijt

vt tentaret/ et data est ei potestas a domino in facultatem in carne eius: perdiditque omnem substantiam ipsius et filios / carnem quoque eius grauj vlcere vulnerauit. Secr.

Deus qui nos per huius sacramenti veneranda commercia vnius summeque diuinitatis participes efficis: presta quesumus vt sicut tuam cognoscimus veritatem: sic eam dignis mentibus et moribus assequamur. Per dominum.

Communio. In salutari tuo anima mea et in verbum tuum speraui quando facies de persequentibus me iudicium / iniqui persecuti sunt me / adiuua me domine deus meus. Postcommunio.

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati tuam misericordiam deprecantes: vt eius nos dignos participatione perficias. Per dominum.

Feria .iiij. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Timotheum. j. j.

Charissime: Scimus quia bona est lex: si quis ea legitime vtatur. Scimus enim quia iusto non est lex posita: sed iniustis et non subditis / impijs et peccatoribus / sceleratis et contaminatis / patricidis et matricidis / homicidis et fornicarijs / masculorum concubitoribus / plagiarijs / mendacibus / periuris / et si quid aliud sane doctrine aduersatur. Que est secundum euangelium glorie beati dei quod creditum est michi. Gratias ago ei qui me confortauit. In christo iesu: domino nostro.

Secundum Lucam. vj. cap.

In illo tempore: Factum est vt intraret iesus in synagogam sabbato: et doceret. Et erat ibi homo: et manus eius dextra erat arida. Obseruabant autem scribe et pharisei si in sabbato curaret: vt inuenirent vnde accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum. Et ait homini qui habebat manum aridam. Surge: et sta in medium. Et surgens: stetit. Ait autem ad illos iesus. Interrogo vos si licet sabbato benefacere an male? Animam saluam facere an perdere? Et circumspectis omnibus dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit: et restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia: et colloquebantur adinuicem: quidnam facerent de iesu.

Feria sexta. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Corinthios. ij. vij.

Fratres. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus / proficientes in sanctificatione et in timore dei. Capite nos neminem lesimus / neminem corrupimus / neminem circumuenimus: non ad condemnationem vestram dico. Prediximus enim: quoniam in cordibus nostris estis ad commoriendum et ad conuiuendum. Multa michi fiducia est apud vos multa michi gloriatio pro vobis. In christo iesu domino nostro.

Secundum Mattheum. xj. ca.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Cui autem similem estimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coequalibus dicunt. Cecinimus vobis et non saltastis: lamentauimus et non planxistis. Venit enim iohannes neque manducans neque bibens et dicunt

Demonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens et dicunt. Ecce homo vorax et potator vini publicanorum et peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia a filiis suis. ¶ Dominica. xxij. post penthecosten Introitus.



Si iniquitates observaveris domine: domine quis sustinebit: quia apud te propiciatio est deus israel. Ps. De profundis clamavi ad te domine: domine exaudi vocem meam. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens et misericors deus / universa nobis adversantia propiciatus exclude: ut mente et corpore pariter expediti / que tua sunt liberis mentibus exequamur. Per. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Philippenses. capitulo. I.

Fratres: Confidimus in domino iesu: quod qui cepit in vobis opus bonum perficiet usque in diem christi iesu. Sicut est michi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis / et in defensione et confirmatione evangelij: socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim est michi deus quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus iesu christi. Et hoc oro ut charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia et in omni sensu: ut probetis potiora et sitis sinceres et sine offensa: in diem christi. Repleti fructu iusticie: per iesum christum in gloriam et laudem dei. R. Ecce quam bonum et quam iocundum: habitare fratres in unum. V. Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam: barbam aaron. V. Mandavit dominus benedictionem et vitam: usque in seculum. Alleluya V. Lauda hierusalem dominum: lauda deum tuum syon. ¶ Secundum Mattheum. xviij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini regi: qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cum cepisset rationem ponere: oblatus est ei unus qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet / iussit eum dominus eius venundari / et uxorem eius et filios et omnia que habebat et reddi. Procidens autem servus ille: rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus servi illius: dimisit eum et debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille / invenit unum de conservis suis qui debebat ei centum denarios. Et tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes. Et procidens conservus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt et misit eum in carcerem donec redderet debitum. Videntes autem conservi eius que fiebant: contristati sunt valde. Et venerunt et narraverunt domino suo omnia que facta fuerant. Tunc vocavit illum dominus suus: et ait illi. Serve nequam / omne debitum dimisi tibi: quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conservi tui / sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus: quoadusque redderet univer-

sum debitum. Sic et pater meus cele stis faciet vobis: si nō remiseritis vnusquisq3 fratri suo: de cordibus vestris. ¶ Credo. Offertoriū. Recordare mei dñe omnipotentatui dominās da sermonem rectum et benesonantem in os meum/ vt placeant verba mea in cōspectu principum/ euerte cor eorum in odium repugnantium nobis/ et in eos qui consentiunt eis/ nos autem libera in manu tua deus noster in eternum. Secreta.

Hec munera quesumus domine neque oculis tue maiestatis offerimus salutaria nobis esse cōcede. Per dominū. Cōio. Dico vobis gaudiū est angelis dei super vno peccatore penitentiā agente. Postcōio.

Tua nos domine medicinalis operatio: et a nostris peruersitatibus clementer expediat: et tuis faciat semper inherere mā datis. Per dominū. ¶ Feria .iiij. Lectio epistole bti petri apli. j.j.c.

Charissimi Scitote q nō corruptibilibus auro vel argē to redēpti estis de vana vestra conuersatione paterne traditiōis: sed precioso sanguine quasi agni immaculati et incōtaminati iesu christi. Precogniti quidem ante mundi cōstitutionem: manifestati autem nouissimis temporibus propter vos qui p ipsum fideles estis ad deū qui suscitauit eum a mortuis: et dedit ei gloriam vt fides vestra et spes esset in deo. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis: et in amore fraternitatis. Simplici ex corde: inuicem diligite attētius. ¶ Scdm Marcū. rj.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis: quia quicunq3 dixerit huic monti tollere et mittere in mare: et nō hesitauerit in corde suo: sed crediderit: quia quodcūq3 dixerit fiat fiet ei. Propterea dico vobis omnia quecunq3 orantes petitis: credite quia accipietis: et euenient vobis. Et cum stabitis ad orationē dimittite si qd habetis aduersus aliquem: vt et pater vester qui in celis est dimittat vobis delicta vestra. Quod si vos non dimiseritis: neq3 pater vester qui in celis est dimittet vobis peccata vestra.

¶ Feria sexta. Lectio epistole bti Pauli apostoli ad Timotheū. j.j.

Charissime: Fidelis sermo et omni acceptione dignus. Quia iesus christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiā cōsecutus sum: vt in me primo ostēderet iesus christus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam. Regi autē seculorū immortali inuisibili/ soli deo honor et gloria: in secula seculorum amē. ¶ Scdz Mattheū. xiij.

In illo tempore: Accedētes discipuli ad iesum: dixerūt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondēs ait illis: quia vobis datum est nosse mysterium regni celorum: illis autem nō est datū. Qui enim habet dabitur ei: et abundabit. Qui autem non habet: et quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident: et audientes non audiunt neq3 intelligunt. Ut adimpleretur in eis prophetia esaie

dicentis. Auditu audietis et non intelligetis: et videntes non videbitis. Incrassatū est eñ cor populi huius: et auribus grauiter audierunt: et oculos suos clauserūt nequādo oculis videāt ꝛ auribus audiant et corde intelligant ꝛ conuertant et sanem eos. Uestri aūt oculi beati qui vident: et aures vestre que audiūt. ¶ Dñica. xxiij.

Dicit dominꝰ ego cogito cogitationes pacis et non afflictiōis inuocabitis me et ego exaudiā vos et reducam captiuitatem vestram de cunctis locis. ps. Benedixisti dñe terrā tuā: auertisti captiuitatē iacob. Gloria pa. Oro.

Largire quesumꝰ dñe fidelibus tuis indulgentiā placatus et pacē: vt pariter ab oībus mūdētur offēsis/ ꝛ secura tibi mēte deseruiant. Per dñm nostrum. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Philippenses. iij. cap.

Fratres. Imitatores mei estote: ꝛ obseruate eos qui ita ambulāt sicut habetis formā nostram. Multi enim ambulant: quos sepe dicebam vobis. Nunc aūt et flens dico. Inimicos crucis christi quorum finis interitꝰ: quorū deus venter est et gloria in confusione ipsorum: qui terrena sapiunt. Nostra aūt conuersatio: in celis est. Unde etiam saluatorem expectamus dñm nostrum iesum christum/ qui reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratum corpori claritatis sue: secundum operationē virtutis sue qua possit etiam subiicere sibi oīa. Itaqꝫ fratres mei charissimi ꝛ desideratissimi: gaudiū meum et corona mea: sic state in dño charissimi. In christo iesu domino nostro. R. Liberasti nos dñe ex affligentibus nos et eos qui nos oderūt confudisti. V. In deo laudabimur tota die et nomini tuo cōfitebimur in secula. Alleluya. V. Qui posuit fines tuos pacem ꝛ adipe frumēti satiat te. Secūdū Matheum. xxij.

In illo tempore. Abeuntes pharisei: cōsiliū inierūt vt caperēt iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicentes. Magister scimꝰ qꝛ verax es: et viam dei in veritate doces: ꝛ non est tibi cura de aliquo. Nō eñ respicis personam hoīm. Dic ergo nobis qd tibi videtur. Licet cēsū dari cesari an nō? Cognita aūt iesꝰ neqtia eoꝝ: ait. Quid me tētatis ypocrite. Ostendite michi nūmisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis iesus. Cuius est ymago hec ꝛ superscriptio? Dicunt ei. Cesaris. Tunc ait illis iesus. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. Credo. Offer. De profundis clamaui ad te dñe: domine exaudi orationem meam. Secreta.

Celestem nobis prebeāt hec mysteria quesumus domine medicinam: et vicia cordis nostri semper expurgent. Per dominum nostrū ꝛc. Communio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite qꝛ accipietis ꝛ fiet vobis. Post[illegible]

Ut sacris dñe redamur digni muneribus fac nos qs tuis obedire mandatis. Per

¶ Feria. iiij. Lectio epistole beati Pauli apli ad Thimotheum. ij. i.

Charissime. Noli erubescere testimonium domini nostri iesu christi: neqꝫ me vinctum eius: sed conlabora euangelio secundum virtutem dei qui nos libe rauit ꝛ vocauit vocatione sancta non secundum opera nostra: sed secundum propositum suū et gratiā que data est nobis in christo iesu ante tempora secularia. Manifestata est autem nunc per illuminationem salvatoris nostri iesu christi: qui destruxit quidē mortem: illuminauit autem vitam/ incorruptionem/ per euangelium in quo positꝰ sum ego predicator et apostolus et magister gentium Ob quam causam etiam hec patior: sed non confundor. Scio cui credidi et certus sum: quia potēs est depositum meum seruare in illum diem. Formam habes sanorum verborum que a me audisti: in fide et dilectione in christo iesu domino nostro. ¶ Sequētia sācti euangelii scdʒ Mattheū. xvij.

In illo tempore. Cum venissent iesus et discipuli eius capharnaū: accesserunt qui didragmā accipiebant ad petrum et dixerunt ei. Magister vester nō soluit didragmam? Ait. Etiam. Et cum intrasset domum preuenit eum iesus dicens. Quid tibi videtur symon? Reges terre a quibus accipiunt tributum vel censum: a filijs suis an ab alienis? Et ille dixit Ab alienis. Dixit illi iesus. Ergo liberi sunt filij. Ut autem non scandalizemus eos: vade ad mare et mitte hamum/ ꝛ eum piscem qui primꝰ ascenderit tolle: ꝛ aperto ore eius inuenies staterem. Illum sumēs da eis pro me ꝛ pro te.

¶ Feria sexta. Lectio Danielis prophete. vij. capitulo.

In diebꝰ illis. Aspiciebam in visu noctis: et ecce bestia quarta terribilis ꝛ fortis nimis. Dētes ferreos habebat magnos comedens atqꝫ minuens: et reliqua pedibus suis conculcās. Dissimilis autem erat ceteris bestijs quas videram ante eam: et habebat cornua decem. Et considerabam cornua: et ecce cornu aliud paruū ortū est de medio eorum: ꝛ tria de cornibꝰ primis euulsa sūt a facie eiꝰ. Et ecce oculi quasi oculi hominis erāt in cornu isto: ꝛ os loquēs ingentia. Aspiciebā donec throni positi sunt: ꝛ antiquꝰ dierū sedit. Uestimētū eiꝰ quasi nix candidum: ꝛ capilli capitis eiꝰ quasi lana munda. Thronꝰ eius flāme ignis: rote eiꝰ ignis accēsus. Fluuius igneus rapidusqꝫ egrediebatur a facie eius. Milia miliū ministrabant ei: ꝛ decies centena milia assistebant ei. Judicium sedit: ꝛ libri aperti sunt. Aspiciebā propter vocē sermonū grandiū: quos cornu illud loquebaᵵ. Et vidi quoniam interfecta est bestia/ et perisset corpus eiꝰ: ꝛ traditū esset ad cōburendū igni: aliarū quoqꝫ bestiarū ablata esset potestas: ꝛ tempora vite constituta essent eis: vsqꝫ ad tēpus et tempus. Aspiciebā ergo in visione noctis: et ecce cū nubibus celi quasi filius hominis veniebat: ꝛ vsqꝫ ad antiquū die-

rū peruenit. Et in conspectu eius obtulerunt eum: ꝛ dedit ei potesta tem et honorem ꝛ regnum: ꝛ omnes populi tribus ꝛ lingue ipsi ser uient. Potestas eius potestas eter na que non auferetur: et regnum eius quod non corrumpetur.

Secundum Marcum. vij.

In illo tempore. Conuene rūt ad iesum pharisei: ꝛ qui dam de scribis venientes ab hie rosolimis. Et cum vidissent quos dam de discipulis eius communi bus manib⁹ id est non lotis mani bus manducare panes: vitupera uerunt eos. Pharisei enim ꝛ om nes iudei nisi crebro lauēt man⁹: non manducant tenētes traditio nem seniorum. Et a foro redeun tes nisi baptizētur: non comedūt. Et alia multa sunt: que tradita sunt illis seruare baptismata ca licum/ ꝛ vrceorum/ ꝛ eramentorū/ ꝛ lectorum. Et interrogabant eū pharisei et scribe. Quare discipu li tui non ambulant iuxta tradi tionem seniorum: sed cōmunibus manibus manducant panē? At ille respondēs: dixit eis. Bene pro phetauit esayas de vobis ypocri tis sicut scriptū est. Populus hic labijs me honorat: cor autem eo rum longe est a me. In vanum au tem colunt me: docētes doctrinas et precepta hominū. Relinquētes em̄ mandatū dei: tenēt traditionē hominū. Dñica.xxiij.post pen thecostē. si superest aliqua dñica alia ꝙ dñica ante aduentū dñi. in qua fit semper officiū de trinitate illa dñica cantat introitus De. Di cit dñs ego cogito cogitationes.

Quere supra dominica preceden ti et omnia ad diem pertinentia: preter epistolam ꝛ euangeliū que sequuntur. Lectio epistole beati Pauli apostoli ad Colossenses. j.

Fratres. Non cessam⁹ pro vobis orantes ꝛ postulan tes: vt impleamini agnitione vo luntatis eius in omni sapientia ꝛ intellectu spiritali. Ut ambuletis digne deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificātes et crescentes in scientia dei. In omni virtute confortati: secun dum potentiam claritatis eius. In omni patientia et longanimi tate cū gaudio. Gratias agentes deo et patri: qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lu mine. Qui eripuit nos de potesta te tenebrarū ꝛ transtulit in regnū filij dilectionis sue: in quo habe mus redemptionem et remissio nem peccatorum. Per iesum chri stum: dominum nostrum.

Sequentia sancti euangelii se cundum Mattheum. ix.cap.

In illo tempore. Loquente iesu ad turbas: ecce prin ceps vnus accessit et adorabat eū dicens. Domine/ filia mea modo defūcta est. Sed veni impone ma num tuam super eam: ꝛ viuet. Et surgens iesus sequebatur eum: et discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxū patiebatur duo decim annis: accessit retro et teti git fimbriā vestimenti eius. Di cebat em̄ intra se. Si tetigero tā tum fimbriā vestimenti eius: sal ua ero. Et iesus conuersus et vi dens eam: dixit. Confide filia:

fides tua te ſaluam fecit. Et ſal-
ua facta eſt mulier: ex illa hoꝛa.

¶ Dñica ante aduentum dñi co
ſuo officiū fit de trinitate. omnia
neceſſaria quere ſupꝛa dominica
in octauis pēthecoſtes. pꝛeter epi
ſtolam ⁊ euāgelium que ſequunt.

Lectio hieremie pꝛophete. xxiij.

Ecce dies veniunt dicit dñs:
et ſuſcitabo dauid germen
iuſtum. Et regnabit rex et ſapiēs
erit: ⁊ faciet iudicium ⁊ iuſticiam
in terra. In diebus illis ſaluabi-
tur iuda: et iſrael habitabit confi
denter. Et hoc eſt nomen quod vo
cabunt eum: dominus iuſtus no-
ſter. Pꝛopter hoc ecce dies veniūt
dicit dñs / et non dicēt vltra viuit
dominus qui eduxit filios iſrael
de terra egipti: ſed viuit dominus
qui eduxit et adduxit ſemen domꝰ
iſrael de terra aquilonis / ⁊ de cū-
ctis terris ad quas eieceram eos
illuc: et habitabunt in terra ſua.
Dicit dominus omnipotens.

¶ Secundum Johannem. vj.

In illo tempoꝛe. Cum ſuble
uaſſet oculos ieſus ⁊ vidiſ-
ſet quia multitudo maxima venit
ad eū: dixit ad philippū. Unde eme
mus panes vt manducēt hij? Hoc
autem dicebat tētans eum. Ipſe
enim ſciebat quid eſſet facturus.
Reſpondit ei philippus. Ducento
rum denarioꝛum panes non ſuffi
ciunt eis: vt vnuſquiſ modicum
quid accipiat. Dixit ei vnus ex di-
ſcipulis eius: andꝛeas frater ſy-
monis petri. Eſt puer vnꝰ hic qui
habet quinq panes oꝛdeaceos et
duos piſces. Sed hec quid ſunt in
ter tantos? Dixit ergo eis ieſus.
Facite homines diſcūbere. Erat
autem fenum multum in loco. Di
ſcubuerūt ergo viri numero qua-
ſi quinq milia. Accepit ergo ieſꝰ
panes: et cum gratias egiſſet di-
ſtribuit diſcumbentibus. Simili
ter et ex piſcibus: quantum vole-
bant. Ut autem impleti ſunt: di-
xit diſcipulis ſuis. Colligite que
ſuperauerunt fragmenta: ne pe-
reant. Collegerunt ergo et imple-
uerunt duodecim cophinos frag
mentoꝛum ex quinq panibus oꝛ-
deaceis ⁊ duobus piſcibus que ſu
perfuerāt hijs qui manducaue-
rant. Illi ergo homines cum vi-
diſſent quod ieſus fecerat ſignū:
dicebant. Quia hic eſt vere pꝛo-
pheta: qui venturus eſt in mun-
dum.

¶ In dedicatione eccleſie.

Ad miſſam. Introitus.

Terribilis eſt locꝰ
iſte hic domus dei
eſt et poꝛta celi et
vocabit aula dei.
Pſalmꝰ. Dominus
regnauit decoꝛem in-
dutus eſt: indutus eſt dominus foꝛtitudi
nem et pꝛecinxit ſe. Gloꝛia patri et filio
et ſpiritui ⁊c.

Oꝛatio.

Deus qui nobis per ſingu-
los annos huius ſancti tē
pli tui conſecrationis reparas di-
em: et ſacris ſemper myſterijs re
pꝛeſentas incolumes exaudi pꝛe-
ces populi tui: et pꝛeſta vt quiſ-
quis hoc templum beneficia peti
turus ingreditur: cuncta ſe impe
traſſe letetur. Per dominum no
ſtrum ieſum chꝛiſtum filiū tuum.

¶ Lectio libꝛi apocalipſis beati
Johannis apoſtoli. xxj.

In diebus illis. Ego iohan
nes vidi ciuitatẽ sanctã hie
rusalem nouam descendentem de
celo a deo paratã: sicut sponsam
ornatam viro suo. Et audiui vo=
cem magnam de throno dicẽtem.
Ecce tabernaculum dei cũ homi=
nibus: et habitabit cũ illis. Et ip=
si populus eius erũt: et ipse deus
cum illis erit eorum deus. Et ab=
sterget deus omnẽ lachrimam ab
oculis eorũ: et mors vltra nõ erit
neqz luctus neqz clamor neqz do=
lor erit vltra que prima abierunt
Et dixit qui sedebat in throno. Ec
ce noua facio omnia. Rz. Locus
iste a deo factus est inestimabile sacramẽ
tum irreprehensibilis est. V. Deus cui astat
angelorum chorus exaudi preces seruorũ
tuorum. Alleluya. V. Vox exultatio=
nis et salutis in tabernaculis iustorum.
Alleluya. V. Adorabo ad tẽplum san
ctũ tuũ et cõfitebor nomini tuo. Prosa.
Clara chorus dulce pangat
voce nunc alleluya. Ad
eterni regis laudẽ qui gubernat
omnia. Qui nos vniuersalis so=
ciat ecclesia. Scala virens et per
tingens ad poli fastigia. Ad ho=
norem cuius leta psallamus me=
lodia. Persoluentes hodiernas
laudes illi debitas. O felix au=
la quã vicissim frequẽtant agmi=
na celica. Diuinis verbis alter=
natim iungentia mellea organa.
Domus hec de qua vetusta so=
nuit hystoria et moderna prestat
christum fari pagina. Quoniã
elegi eam thronũ sine macula re=
quies hec erit mea per eterna secu
la. Turris supra mõtem sita in=
dissolubili bitumine fundata val
lo perhenni munita. Atqz aurea
columna miris ac variis lapidi=
bus distincta stillo subtili poli=
ta. Aue mater preelecta christus
ad quam fatur ita prophete facũ
dia. Sponsa mea speciosa inter
filias formosa super solem splen=
dida. Caput tuũ vt carmelus et
ipsius come tincte regis vti pur=
pura. Oculi vt columbarum ge
ne tue punicorum seu malorum
fragmina. Mel et lac sub lingua
tua fauus stillans labia. Collũ
tuum vt columna turris et ebur=
nea: ergo nobis sponse tue fa=
mulantibus. O christe pietate soli
ta. Clemens adesse dignare et in
tuo salutari nos vbiqz visita. Ip
saqz mediatrice summe rex perpe
tue voce pura. Flagitamus da
gaudere paradisi patria. Alle=
luya. ¶ Secundum Lucam. xix.
In illo tempore. Egressus
iesus: perambulabat hieri=
co. Et ecce vir nomine zacheus: et
hic erat princeps publicanorum/
et ipse diues. Et querebat videre
iesum quis esset: et non poterat
pre turba/quia statura pusillus
erat. Et precurrens ascendit in ar
borem sychomorum: vt videret
eum/quia inde erat transiturus.
Et cum venisset ad locum: suspi=
ciens iesus vidit illum et ait ei. za
chee festinans descende: quia ho=
die in domo tua oportet me ma=
nere. Et festinans descendit: et ex=
cepit illum gaudens. Et cũ vide=
rẽt omnes murmurabãt dicẽtes:
quod ad hominem peccatorem di
uertisset. Stans autem zacheus:
dixit ad dominum. Ecce dimi=

ditum bonorum meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Ait iesus ad eum. Quia hodie salus huic domui facta est eo quod et ipse filius sit abrahe. Uenit enim filius hominis querere et saluum facere: quod perierat. Credo. Dicitur

Offr. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa: et populum tuum qui hic repertus est: vidi cum ingenti gaudio deus israel custodi hanc voluntatem. Sec.

Annue quesumus domine precibus nostris: vt quicunque intra templi huius cuius anniuersarium dedicationis diem celebramus ambitum continentur plena tibi atque perfecta corporis et anime deuotione placeamus: vt dum hec presentia vota reddimus/ad eterna gaudia te adiuuante peruenire valeamus. Per dominum. Com. Domus mea domus orationis vocabitur dicit dominus in ea omnis qui petit accipit et qui querit inuenit et pulsanti aperietur. Postcom.

Deus qui de viuis et electis lapidibus eternum maiestati tue parasti cordis habitaculum: auxiliare implorantibus misericordiam tuam et presta: vt quod ecclesie tue corporalibus proficit spacijs/ spiritualibus amplificetur augmentis. Per dominum.

Orationes dicende a sacerdote antequam celebret matutinis diebus festiuis. Oratio sancti Ambrosij.

Ante conspectum diuine maiestatis tue deus meus reus assisto/qui inuocare nomen tuum sanctum presumo. Miserere michi domine homini peccatori per cuius manus hec oblatio videtur offerri. parte peccatorum labe precateris capitalium polluto et non intres in iudicium cum seruo tuo domine quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Sed licet vicijs et voluptatibus aggrauatus sim/recordare domine quia caro sum. Jn tuo enim conspectu etiam celi non sunt mundi: quanto magis ego homo terrenus/immundus sicut pannus menstruate. Jndignus sum iesu christe domine vt sim viuens sed tu gloriosissime rex qui non vis mortem peccatoris da michi veniam in carne constituto: vt per penitentie labores vita eterna perfruar in celis. Per te iesu christe. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

Alia oratio.

Altissime et pijssime deus ignosce michi misero et infelici peccatori. quo vultu te respiciam domine: vel quibus verbis me coram tuis conspectibus excusabo. Nec enim potero abscondi coram te. qui secreta consideras. Ue michi peccatori qui sancto altari tuo assistens indignus nullos iuxta voluntatem tuam mentis ornatus exhibui. Sed tu domine dominator: et deus misericors et miserator qui cuncta creasti ex nichilo qui me miserum immeritum formasti: et statuisti digne seruire tibi/ne me repellas a celesti tuo sacrario. Ego vero me immortali domino placere promiseram. et per meam negligentiam non impleui. Ego tam in terris quam in celestibus me destitutum video. quia

mandata tua minime custodiui. Nulla michi spes salutis est in operib⁹ meis: sed aīa mea in sola pietatis tue immensitate suspēsa est. ⁊ in misericordie tue multitudine cōfido vt eam saluā efficias oīpotens de⁹ sācta trinitas. Qui viuis ⁊ regnas de⁹. Per oīa secula seculorum Amē. ¶ Alia orō.

Agnosce dn̄e qđ dum rogare cōpello dn̄ per immunda labia nomen sanctū tuū assumo. ⁊ immūdorū actuū secreta confiteor. nō habeo apud te verba sine crimine. Tu eiū cōsciētie mee vulnera / tu cogitationū mearū occulta nosti. ⁊ immūdicias meas tu solus agnoscis. Miserere michi dn̄e miserere michi. Ignosce mysterij secreta tractanti. nec indignū misericordia tua iudices / quem pro alijs rogare permittis. ⁊ in quo te summonium boni operis nō agnoscis. officium saltem dispēsatiōis credite nō recuses. saluator mūdi Qui viuis ⁊ regnas deus Per.

Domine iesu xp̄e summe sacerdos ⁊ vere pontifex qui te obtulisti deo patri hostiā viuā ⁊ imaculatā in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus. Qui dedisti nobis carnem tuā ad mādu candum. ⁊ sanguinē tuū ad bibendū ⁊ posuisti mysteriū istud in virtute spirit⁹ sancti dicens. Hec quotienscunqꝫ feceritis in mei memoriā facietis. Rogo te per hanc mirā ⁊ ineffabilē charitatē tuā qua nos miseros ⁊ indignos sic amare dignatus es: vt lauares nos a peccatis nostris in sāguine tuo doce me indignum seruum tuum quem inter cetera dona tua etiā ad officiū sacerdotale vocare dignat⁹ es: nullis meis meritis sed sola dignatione misericordie tue Doce me queso per spiritum sanctum tuum tantum tractare mysteriū ea reuerentia et honore ea deuotione ⁊ timore quibus oportet ⁊ decet. Fac me semp illud per gratiam tuam de tanto mysterio credere ⁊ intelligere / sentire et firmiter retinere / dicere et cogitare quod tibi placeat ⁊ expedit anime mee. Intret spiritus tuus bonus in cor meū qui sonet ibi sine sono et sine strepitu verborū / loquatur omnem veritatem tantorum mysteriorum Profunda quippe sunt nimis ⁊ sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede michi missarum solēnia puro corde ⁊ mūda mente celebrare. Libera cor meum ab immundis ⁊ nephādis vanis ⁊ noxijs cogitationibus. Muni me sanctorum angelorum tuorū pia ⁊ fida custodia atqꝫ fortissima tutela. Ut hostes omnium bonorum confusi discedant per virtutem tanti mysterij. et per manū sancti angeli tui repelle a me et a cūctis seruis tuis nequissimū spiritū superbie ⁊ cenodoxie inuidie ⁊ blasphemie fornicationis et immunditie cupiditatis et pertinacie. Confūdātur qui nos persequunt: pereāt illi qui perdere cuncta festinant. Rex vgīnū amator castitatis ⁊ integritatis. de celesti robore bñdictiōis tue extingue ī corpore meo totū fomitē ardētis libidinis. vt maneat ī me tenor toti⁹ castitatis

anime et corporis Mortifica in membris meis stimulos carnis omnesque libidinosas cōmotiones & da mihi veram et perpetuam castitatem cum ceteris bonis tuis que tibi placent in veritate vt sacrificium laudis casto corpore et mundo corde quotidie valeam tibi offerre. Quāta enim cordis cōtritione et lachrymarū fonte: quāta reuerentia et tremore / quanta corporis castitate et anime puritate istud diuinum & celeste sacrificium est celebrandum domine. Vbi caro tua in veritate sumitur. vbi sanguis tuus in veritate bibitur. vbi yma summis iunguntur. vbi adest sanctorum presentia angelorum. vbi tu es sacerdos et sacrificium mirabiliter & ineffabiliter. Quis digne hoc celebrare mysterium poterit nisi tu deus omnipotens offerentem feceris dignū? Scio et vere fateor et idipsum bonitati tue confiteor q non sum dignus accedere ad tantum mysterium propter nimia peccata mea et infinitas negligentias meas. Sed scio et veraciter scio & ex toto corde meo credo & ore confiteor q tu potes me facere dignū. qui potes solus facere mundū de immūdo conceptū semine. qui solus de indignis dignos / de immūdis mūdos. de peccatoribus iustos & sanctos facis Per hanc omnipotentiam tuam te rogo concede michi peccatori hoc celeste sacrificium celebrare cum timore et tremore. cū cordis puritate & lachrimarum fonte cū leticia spirituali & gaudio celesti. Sentiat domine mens mea dulcedinē presentie tue & excubias sanctorum angelorū tuorum in circuitu meo. Ego eīn memor venerande passionis tue accedo ad altare tuum licet peccator vt offeram tibi sacrificium qđ tu instituisti & offerri precepisti in commemorationem tui pro salute nostra. Suscipe ergo illud que so summe deus pro ecclesia tua sancta pro populo tuo quem acquisisti sanguine tuo. & qm̄ me peccatorem inter te & eundem populū tuum mediū esse voluisti: licet in me boni operis testimoniū non agnoscas: officium saltem dispensationis credite nō recuses. nec per me indignum salutis eorum pereat premium pro quibus victima factus salutaris dignatus es esse redemptio. Profero ergo dñe si digneris intueri propitius tribulationes plebium. pericula populorum. captiuorum gemitus. miserias orphanorū. necessitates peregrinorū. inopias debilium. desperationes languentium. defectus senum. suspiria iuuenū. vota virginū. lamenta viduarum. Tu eīn misereris omniū dñe & nichil odisti eorū que fecisti. Memorare que sit nostra substantia: q tu pater noster es. q tu deus noster es. Ne irascaris nobis neque multitudinem viscerum tuorum super nos cōtineas. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam: sed in miserationibus tuis multis Aufer a nobis iniquitates nostras & ignem sancti spiritus tu nobis clementer accende. Aufer cor

lapideũ de carne nostra: ꝛ da nobis coꝛ carneum quod te timeat. te diligat. te delectetur. sequatur ꝛ perfruatur. Oꝛam⁹ dñe misericoꝛdiam tuam vt superno vultu familiam tuã sacri tui nominis officia pꝛestolantẽ aspicere digne ris et vt nulli⁹ sit irritum votum nullius vacua supplicatio: tu nobis pꝛeces suggere quas ipse audire pꝛopicius et exaudire delecte ris. Rogam⁹ te etiam pater sancte ꝛ pꝛo spiritib⁹ fidelibus defunctoꝛũ vt eis sit salus sanitas gaudium ꝛ refrigerium. Hoc magnũ pietatis sacramentũ deus meus sit illis magnum ꝛ plenum conuiuium de te pane viuo qui de celo descendisti ꝛ das vitam mũdo. de tua sancta ꝛ benedicta carne agni vtiqꝫ immaculati qui tollit peccata mundi. Qui de sancto ꝛ glorioso vtero beate marie virginis est assumpt⁹ ꝛ de spirituſancto concept⁹. De illo inq̃ pietatis fõte qui per lanceã militis de crucifixi domini nostri iesu chꝛisti latere feliciter manauit. Ut exinde sanati refrigerati. refecti et consolati exultent in gloꝛia ꝛ laude tua. Peto clementiam tuam deus vt descendat super illud tue benedictionis plenitudo ꝛ sanctificatio tue diuinitatis. Descẽdat etiam dñe illa spirituſancti inuisibilis incõpꝛehensibilisqꝫ maiestas sicut quondam in patrum hostias descendebat. Qui ꝛ oblationem nostram coꝛpus ꝛ sanguinem tuũ efficiat ꝛ me indignũ sacerdotem tuũ doceat tãtum tractare mysterium. cũ toꝛdis puritate et lachꝛymarũ fonte. cum reuerentia et tremoꝛe: ita vt placide ꝛ benigne suscipias sacrificium de manibus meis. ad salutem omniũ tam viuoꝛũ q̃ de functoꝛũ. Rogo te dñe per ipsũ sacrosanctũ mysteriũ coꝛpoꝛis ꝛ sanguinis tui quo quotidie in ecctia tua pascimur ꝛ potamur. abluimur ꝛ sanctificamur atqꝫ viuim⁹. sũmeqꝫ diuinitatis participes effi cimur: da mihi vĩutes tuas sctãs quib⁹ replet⁹ bona cõsciẽtia ad altare tuũ accedã: ita vt hec sacramẽta celestia efficiãt michi sal⁹ ꝛ vita. Tu enĩ dixisti oꝛe tuo sancto ꝛ bñdicto. Panis quẽ ego dabo taro mea est pꝛo mũdi vita. Qui mã ducat me viuit pꝛopter me: ꝛ ip̃e manet in me ꝛ ego in eũ. Et ego sum panis viuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet in eternum. Panis dulcissime sana palatum toꝛdis mei vt sentiam suauitatem amoꝛis tui. Sana illud ab omni languoꝛe vt pꝛeter te nullam sentiat dulcedinem. nullũ pꝛeter te querat amoꝛem. nullã pꝛeter te amet pulchꝛitudinem. Panis tandidissime habens omne delectamentũ ꝛ omnẽ sapoꝛem qui nos semper reficis ꝛ in te nũq̃ deficis: sumat te coꝛ meum ꝛ dulcedine sapoꝛis tui repleã tur viscera anime mee. Mãducat te angel⁹ pleno oꝛe in patria: manducet te homo peregrin⁹ pꝛo modulo suo ne deficere possit in via huius vite tali recreatus viatico Panis sctẽ / panis vite / panis pulcher / panis mũde qui de celo descẽ disti ꝛ das vitã mundo veni in coꝛ meum ꝛ mũda me ab omni inqui

nameto carnis et spiritus: intra in animam meā. Sana ⁊ sanctifica me interius ⁊ exterius. esto tutamen ⁊ continua salus corporis ⁊ anime mee. repelle a me insidiātes michi hostes. recedāt procul a presentia potentie tue vt foris et int⁹ munitus per te recto tramite ad regnū tuum celeste perueniam vbi nō in mysteriis sicut in hoc tēpore agitur sed facie ad faciem te videbim⁹ cū tradideris regnum deo patri et de⁹ eris omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica: ita vt neq; esuriam neq; sitiam ineternum te pstante. Qui viuis et regnas de⁹ Per omnia secula seculorū Amē.

Omnipotēs ⁊ misericors de⁹ pater et bone dñe miserere mei peccatoris. da michi veniam peccatorꝫ meorū da michi cauere et vincere omnes insidias. tentationes ⁊ delectationes noxias pfecta mente ⁊ actu vitare que phibes facere ⁊ seruare que iubes: credere sperare amare quod ⁊ quantum scis et vis cōpunctiones pietatis ⁊ humilitatis discretam abstinentiam. carnis mortificationem. ad te amādū. orandū laudādum meditandū ad omnē secūdū te actum ⁊ cogitandū purā deuotam sobriā veracem mentē ⁊ efficacē mandatorū tuorū noticiam. dilectionem. delectationē. facultatem ⁊ effectū. Semper dñe ad meliora cū humilitate pficere. ⁊ nunꝙ deficere. Ne committas me dñe mee nec humane ignorātie aut infirmitati neq; meis meritis neq; aliis ꝙ tue dispositioni Sed tu ipse clementer dispone oēs cogitatus ⁊ actus meos in beneplacito tuo vt fiat a me ⁊ in me semp tua voluntas. libera me ab omni malo et perduc me ad vitā eternā. Per dominum nostrum iesum xp̄m filium tuū. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate ⁊c. ¶ Alia oratio.

Omnipotens eterne deus ecce ego indign⁹ peccator accedo ad sacramētū corporis ⁊ sanguinis vnigeniti filii tui dñi nostri iesu christi. Accedo inqȝ tanq̄ infirmus ad medicū vite. immundus ad fontē misericordie. cecus ad lucem claritatis eterne. egen⁹ ad dñm celi et terre. nudus ad regem glorie. Rogo ergo immense maiestatis tue habūdātiam quatinus meam digneris sanare miseriam. lauare feditatē. illuminare cecitatē. ditare paupertatē. vestire nuditatem. vt te panem angelorum. regem regū ⁊ dominum dominātiū tanta reuerentia ⁊ timore suscipere. tanta contritione ⁊ amore valeā: tantaqȝ fide ⁊ puritate tali pposito ⁊ humilitate sicut expedit saluti anime mee. Da queso illius dominici corporis et sāguinis nō solū suscipere sacramentū: sed etiā virtutē rē⁊ id est efficaciā sacramēti. O mitissime deus da michi sic suscipere corp⁹ vnigeniti filii tui dñi mei. qđ traxit de virgine vt corpori suo mystico merear incorporari ⁊ inter ei⁹ mēbra ānumerari. O pater amātissime concede michi dilectū filiū tuum quem nūc quidē velatū accipere ppono: reuelata tādē facie cōtēplari. Qui viuis. ¶ Alia oro.

Deus q̄ de indignis dignos facis. de peccatoribus iustos. de immūdis mūdos. munda cor et corpus meū ab omni sorde ⁊ contagione peccati ⁊ presta vt in hoc altari ad quod indignus accedere p̄sumo. acceptabiles tibi hostias offerā pro peccatis et offensionibus et innumeris quotidianisq̄ excessibus meis et peccatis oīm viuentiū ⁊ defunctorū fideliū vt per eum tibi meū sit acceptabile votum qui se tibi deo patri obtulit in sacrificium domin⁹ noster. Qui tecum viuit et regnat deus.

Post celebrationem misse.

Gratias ago tibi dulcissime dn̄e iesu xp̄e lux vera credentium. solatiū tristiū. gaudiū angelorū spesq̄ cunctorum q̄ me miserum ⁊ magnū peccatorem famulū tuū hodie sacratissimo corpore et sāguine tuo pascere dignatus es. Ideo ego miserrim⁹ ⁊ innumerabilibus criminib⁹ infect⁹ lachrimosis precibus imploro benignissimā misericordiam tuam et summam clementiam tuam vt hec dulcissima refectio. summa ⁊ incōprehensibilis cōmunio. nō sit michi in iudiciū anime mee. sed prosit michi in remedium ad euacuādas oēs insidias ⁊ nequitias diabolice fraudis: ita vt nulla dominet iniquitas in corde corpore / aīa ⁊ in sensib⁹ meis. sed tua clemētia me pducat ad superna cōuiuia angelorū: vbi tu es vera btitudo clara lux ⁊ sēpiterna leticia. Amē.

In festis annualib⁹ et solēnib⁹.

Kyrie fons bonitatis pater ingenite a quo bona cūcta procedunt eleyson. Kyrie qui patrinatum mūdi pro crimine ipsum vt saluaret misisti eleyson. Kyrie q̄ septiformis dans dona pneumatis a quo celū terra replentur eleyson. Christe vnice dei patris genite quē de virgine nasciturum mūdo mirifice sancti predixerunt pphete eleysō. Christe agie celi cōpos regie melos glie cui astans semper pro numine angelorū decantat apex eleyson. Christe celitus adsis nostris precib⁹ pronis mētibus quem in terris deuote colimus ad te pie iesu clamātes eleyson. Kyrie qui baptizato in iordanis vnda christo effulgēs specie columbina apparuisti eleyson. Kyrie spirit⁹ alme coherens patri natoq̄ vnius vsie consistendo flans ab vtroq̄ eleyson. Kyrie ignis diuine pectora nostra succēde vt digni pariter pclamare possimus semper eleyson.

In solennitatibus et festis duplicibus.

Cunctipotens genitor deus omnicreator eleyson. Fons et origo boni pie luxq̄ perhennis eleyson. Saluificet pietas tua nos bone rector eleyson. Christe dei splendor vite lapsis reparator eleysō. Christe deiforma virt⁹ patrisq̄ sophia eleyson. Plasma tuū nec iesu factura benigne eleyson. Amborū sacrū spiramen nexus amorq̄ eleyson. Procedens vite fons purificās vis eleyson. Purgator culpe venie largitor optime. Offensas dele sacro nos munere reple. Spiritus alme eleyson.

In festiuitatib⁹ sctor.

Clemens rector eterne pater

immense eleyson. Hostias nere voces exaudi benedicte domine. Ether stellifer noster nostri dignerîs eleyson. Plebem tuam sa baoth agie semper rege eleyson. Trine et vne sedulas nostras preces rex suscipe. Fidem auge his qui credunt in te tu succurre eleyson. Respice in nobis omnibus in clite fer opem de excelsis. Tu nostras redemptor orbis terre voces iugi angelorum carmini adiunge eleyson. Cunctipotens sophie: tue nobis lumen infunde. Trine deus et vne kyrie. Qui manes in eternum cum patre. Te ore te corde atque mente soluamus nunc tibi o beate o iesu bone: te deprecamur omnes assidue eleyson.

In festis apostolorum.

Pater summe qui omnium bonorum es initium eleyson. Fons origo lux luminum si ne fine principium eleyson. Audi vota canentium: ne sentiant supplicium eleyson. Sacra nate de virgine sacro dante flamine eleyson. Quos redemisti sanguine: tuo frui fac numine eleyson. Amor amborum spiritus: dextre dei tu digitus eleyson. In his non sonet strepitus: mundans replens quos celitus eleyson. Tu re renes corda reple nos guberna: vt in sede glorie mur eleyson.

Ordinarium misse.

Veni creator spiritus: mentes tuorum visita imple superna gratia que tu creasti pectora. Qui paraclytus diceris donum dei altissimi fons viuus ignis charitas: et spiritalis vnctio. Tu septiformis munere dextre dei tu digitus tu rite promissum patris sermone ditans guttura. Accende lumen sensibus infunde amorem cordibus infirma nostri corporis virtute firmans perpetim. Hostem repellas longius pacemque dones protinus ductore sic te preuio vitemus omne noxium. Per te sciamus da patrem noscamus atque filium te vtriusque spiritum credamus omni tempore. Sit laus patri cum filio: sancto simul paraclito nobisque mittat filius carisma sancti spiritus. Amen. ℣. Cor mundum crea in me deus. ℟. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis. Oremus.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostrum domine: ut tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus. Per christum dominum nostrum.

Adsit nobis quesumus domine virtus spiritussancti: que et corda nostra clementer expurget / et ab omnibus tueatur aduersis. Per christum dominum.

Incipit ordo misse. Sacerdos primo se reconciliet si indigeat. Et peractis his que sibi a confessore iniuncta sunt dicat.

Actiones nostras quesumus domine aspirando preueni et adiuuando prosequere vt cuncta nostra operatio et oratio a te semper incipiat: et per te cepta finiatur. Per christum dominum nostrum. Amen.

Postea lauet manus dicens. Amplius laua me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me. vsque in finem psalmi. Postea discooperto altari et preparato administret panem super patenam et vinum et aquam in calice si velit. Salte ante euangelium hoc faciat et sic dicat. De latere domini nostri iesu christi exiuit sanguis et aqua baptismatis in re-

missionem peccatoꝛum. Ponēdo aquā. Cōmixtio vini ⁊ aque pariter fiat. In nomine patris ⁊c. Postea induat se amictu dicens. Pone domine galeam salutis in capite meo ad expugnandas oēs diabolicas fraudes. In nomine patris. Postea induat se alba dicēs. Indue me dn̄e vestimēto salutis ⁊ tunica iusticie circūda me semper. Postea cingat se et dicat. Pꝛecinge dn̄e cingulo fidei ⁊ virtute castitatis lūbos coꝛdis ⁊ coꝛporis mei. Postea ponat manipulū in manu sinistra dicēs. Venientes aūt veniēt sancti cū exultatione poꝛtantes manipulos suos. Postea ponat stolā sup collū suū ⁊ sup pect9 in modū crucis dicens. Stola iocūditatis ⁊ exultatiōis induat me dominus iesus chꝛist9 qui dixit discipulis suis iugum meum suaue est ⁊ onus meū leue. Icē ad infulam. Indue me dn̄e loꝛica iusticie ⁊ galea salutis eterne. Quibus armis indut9 stās ante altare cū oī humilitate. demisso vultu. iūctis manib9 post q̄ dixerit submissa voce si voluerit. ps. Iudica me deus ⁊ discerne causam meam ⁊c. Dicat ante. Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meā. Kyrie eleysō. Chꝛiste eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Et ne nos. vs9. Confitemini dn̄o qm̄ bonus. R. Qm̄ in seculum mia eius. Sacerdos. Confiteoꝛ deo omnipotenti ⁊ beate marie semper vgini ⁊ beato N. ⁊ omnibus sanctis ei9 ⁊ vobis fratres q2 peccaui nimis cogitatione: locutiōe / opere / ⁊ omissione: mea culpa pꝛecoꝛ vos fratres oꝛate pꝛo me. Adiutoꝛes. Misereatur vestri omnipotens deus et dimittat vobis oīa peccata vestra liberet vos ab omni malo / saluet ⁊ confirmet in omni opere bono ⁊ perducat ad vitam eternam. Sacerdos dicat Amen. Adiutoꝛes. Cōfiteoꝛ deo omnipotēti ⁊c. Sacerdos. Misereatur nostri omnitens deus ⁊c. Sacerdos. Absolutionē ⁊ remissionē omniū pctōꝛū nostroꝝ tribuat nobis oṗs pater pius et misericoꝛs dn̄s. Et gratia sancti spiritus mundet nos a delictis omnib9. R. Amen. Sacerd. v. Deus tu conuersus viuificabis nos. R. Et plebs tua letabit in te. v. Ostende nobis dn̄e misericoꝛdiam tuam. R. Et salutare tuū da nobis. v. Sacerdotes tui induant iusticiā. R. Et sancti tui exultēt. v. Ab occultis meis mūda me dn̄e. R. Et ab alienis parce seruo tuo. v. Dn̄e exaudi oꝛatiōnem meam. R. Et clamoꝛ me9 ad te veniat. v. Domin9 vobiscum. R. Et cū spū tuo. Oꝛem9. Cum vadit ad altare dicat hāc oꝛationē.

Deduc me domine ī via tua ⁊ ingrediar in veritate tua letetur coꝛ meum vt timeat nomē tuum. voluntarie sacrificabo tibi. et confiteboꝛ nomini tuo domine quoniam bonum est. Et cū sacerdos est ante altare inclinando se dicat hanc oꝛationem

Aufer a nobis domine cunctas iniquitates nostras vt ad sācta sanctoꝛū mereamur puris mentib9 introire. Per xp̄m. Qua dicta muniendo [illegible]

cis accedat ad altare et osculet il-
lud. postea crucē. si fuerit supra
altare. Deinde accedat ad librũ
ad cornu altaris dextrũ et adoret
signũ crucis dicatq;. Adoramus
te christe et benedicimus tibi: quia per
sanctam crucem tuam redemisti
mũdum. Item. Te inuocamus/te
adoramus/te laudamus o beata
trinitas. Postea dicat. ℣. Adiu-
torium nostrũ in nomine dñi. ℟.
Qui fecit celum et terram. ℣. Sit
nomen dñi benedictũ. ℟. Ex hoc
nunc et usq; in seculũ. Tunc incipi
at missam secũdũ quod pro tẽpore oc
currerit celebrãdã et si dici debeat
Gloria in excelsis. ponat se in me
dio altaris tunc illud incipiat et
statim redeat ad librũ sicut prius
erat. quo finito vertat se ad popu
lũ dicendo. Dñs vobiscũ. ℟. Et
cũ spiritu tuo. Reuersus ad librũ
prosequatur orōnem primã. qua
finita subiungat orōnes duas vel
quatuor vel sex secũdũ quod memorie
sanctorũ vel tẽporis occurrerint
faciende. Postea audiat vel di-
cat epistolã. ℟. Alleluya et pro-
sam si debeat dici vel tractũ sicut
occurrerit pro tẽpore. Si fuerit sub
diaconus ministret panẽ vinum et
aquã dicendo sacerdoti Benedici-
te etc. Et sacerdos Dñs. De latere
dñi nostri iesu xpi exiuit sãguis
et aqua. In nomine patris etc. Si
nõ fuerit subdiaconus ministret
diaconus et si vterq; defuerit mini-
stret sacerdos vt supra: quibus sic di
ctis et factis accedat diaconus pro
benedictione recipiẽda a sacerdo-
[illegible] Jube dõne bñdicere.
[illegible] dicat. Dominus


sit in corde tuo et in labijs tuis ad
pronunciandũ sanctum euange-
lium pacis. In nomine patris etc.
Tũc diaconus. Dñs vobiscum. ℟.
Et cum spiritu tuo. Diaconus. Se
quentia sancti euangelij etc. Tũc
legat euãgeliũ. Si vero sacerdos
fuerit sine diacono accedat ad si-
nistrũ cornu altaris cũ libro missali
et dicat. Jube dñe bñdicere. Dñs
sit in corde meo etc. Tũc dicat euã
geliũ. Quo dicto osculet librũ di-
cens. Per euangelica dicta deleã
tur nostra delicta. Amen. Postea
eat in medio altaris et incipiat Cre
do si dicendũ fuerit: quod si nõ de me
dio altaris vertat se ad populum
dicẽs Dñs vobiscum. ℟. Et cum
spiritu tuo. Reuersus ad altare di-
cat Oremus. Et postea dicat offer-
toriũ. quo dicto sacerdos vertens
se ad diaconũ deferentẽ calicẽ vi-
no et aqua in calice et pane sup pa
tenã positis dicat. Quid retribuã
dño pro omnibus que retribuit mi-
chi. et diaconus dicat. Immola deo
sacrificium laudis et redde altissi
mo vota tua. Tũc sacerdos acci-
piens calicẽ vertendo se ad altare
dicat. Calicem salutaris accipiã:
et nomen domini inuocabo. Si sa-
cerdos sine diacono celebret acci-
piat calicẽ dicens. Quid retribuã
etc. Calicem etc. Et eleuans calicẽ
mediocriter alte cum omni deuo-
tione dicat hanc orationem.

Suscipe sancta trinitas hãc
oblationem quam tibi offe
ro in memoriam incarnationis/
natiuitatis/apparitionis/passio
nis/resurrectiõis/ascensionisq; do
mini nostri iesu christi et in honore

beatissime marie semp virginis et omnium sanctorum tuorũ qui tibi placuerunt ab initio mũdi/et eorũ quorum hodie festiuitas celebratur ⁊ quorũ hic nomina vel reliquie habent vt illis proficiat ad honorẽ nobis autem ad salutem/ et vt illi omnes pro nobis intercedere dignẽtur in celis quorũ memoriã agimus in terris. Tũc faciat crucem de calice super altare dicẽs. In nomine patris et filij ⁊ spiritussancti. Amen. Calice super altare deposito ponat hostiã ante calicẽ ⁊ osculetur patenã ⁊ signet se de ea. postea ponat eã sup altare ⁊ cooperiat calicẽ de corporali. faciatq; crucẽ super eũ. Postea vertat se pro incẽso benedicẽdo diacono sic dicẽte. Benedicite. ℞. Dominus. Dicat sacerdos. Ab illo sanctificeris in cuius honore cremaberis. In nomine patris ⁊c. Accipiensq; thuribulũ ⁊ eleuans illud in altum dicat. Stetit angelus iuxta arã templi habens thuribulum aureũ in manu sua ⁊ data sunt ei incensa multa ⁊ ascẽdit fumus aromatũ in conspectu dei de manu angeli. Tũc cũ thuribulo faciat crucem super calicem et incenset illud circunquaq; postea altare a dextris ⁊ a sinistris et in anteriori pte. Deide tradat thuribulũ diacono ⁊ vadat p manibus lauandis sic dicendo Lauabo inter innocentes manus meas ⁊ circũdabo altare tuũ dñe. Dicat residuũ ps. vsq; ad finẽ cũ Gloria pri. quo psalmo dicto. veniat ante mediũ altaris ⁊ eleuatis oculis manibusq; cõplosis dicat. Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium ⁊ tui amoris in eis ignẽ accẽde. Deinde se inclinet ante altare ⁊ dicat hãc orationẽ cũ deuotiõe.

In spiritu humilitatis ⁊ animo contrito suscipiamur a te domine et sic fiat sacrificiũ nostrum/vt a te suscipiatur hodie: ⁊ placeat tibi dñe deus. Qua dicta se erigens osculet altare et signet calicem ⁊ seipsum. Deinde vertat se ad populũ dicendo submissa voce. Orate p me fratres ⁊ sorores ⁊ ego pro vobis vt meũ pariter ⁊ vestrũ sacrificium fiat acceptabile in cõspectu domini. ℞. Suscipiat dñs sacrificium de manibus tuis ad laudem ⁊ gloriã nominis sui ⁊ ad vtilitatẽ nostrã et totius ecclesie sue sancte. Tũc sacerdos vertẽdo se ad librũ dicat submissa voce Domine exaudi ⁊c. Et clamor ⁊c. Oremus. Tũc submissa voce dicat orõnẽ secretã pertinentẽ ad orõnẽ primo dictã et sic de aliis reddẽdo singula singulis. quibus dictis et finitis vsq; ad Per omnia ⁊c. ponat se in medio altaris vt dicat prefationẽ pertinẽtẽ ad missam.

¶ In festis duplicibus et semiduplicibus.



Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuã Domine deus rex celestis deus pater omnipotens. Domine fili

unigenite iesu christe. Domine deus agnus dei filius patris. Qui tollis peccata mundi: miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus Tu solus dominus. Tu solus altissimus iesu christe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris Amen.

In festis ix. lectio.

Gloria in excelsis deo.

De beata maria.

Gloria in excelsis de o. quere in commemoratione beate marie. fo. xxij. Gloria in excelsis. dicitur in omnibus festis beate marie. patroni ecclesie et dedicationis ecclesie etiam sin ix. lectionibus excepto ... hoc festum transfigu. festa crucis et corone. De festis ix. le. dup. et semid. extra lxx. et xl. preterquam in die innocen. si die priuato eueniat semper dicitur. De die bus dnicis extra aduentum lxx. et xl. de quo cunque fiat missa preterquam de defunctis dicitur. Missa de sancta trinitate. de sancto spiritu de sacramento. de beata maria. de apostolis / de patrono ecclesie vel de omnibus festis extra. lxx. et xl. celebratur dicitur. Singulis diebus. quarumcunque octa. et die octa. sancti stepha. et innocentium dicitur. ... cebus. iij. le. simplicium et in vigiliis festorum: quando non fuit dictum in ... tinis. Te deum. preterquam ... pa... ... et pentheco... ... ix. lxx. vsque ad pasch... ... festis beate marie patroni ... dicationis non ... de defunctis nunquam dicitur.

Credo in vnum deum. Patrem omnipotentem. Factorem celi et terre Visibilium omnium et inuisibilium. Et in vnum dominum iesum christum filium dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de deo lumen de lumine deum verum de deo vero. Genitum non factum consubstantialem patri per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine. et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub pontio pilato: passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et viuificantem. Qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur. Qui locutus est per prophetas. Et vnam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen.

Credo in vnum. quibus diebus dicitur et quibus non quere post missas defunctorum. f. xxxij.


In vigiliis festorum quantumcunque solennium nisi dominica eueniat nunquam dicitur Ite missa est. dicitur in fine misse quotiens dictum fuit Gloria in excel. Quando autem non fuit dictum dicitur Benedicamus domino. Pro defunctis dicitur Requiescant in pace.

In natiuitate dñi. Prefatio.




Terne deus. Quia

per incarnati verbi mysterium


noua mentis nostre oculis lux

tue claritatis infulsit. Ut dum

visibiliter deum cognoscimus

per hunc in inuisibiliũ amorem

rapiamur. Et ideo cum ange-

lis et archangelis cum thro-

nis et dominationibus. Cũq3
omni militia celestis exercitus
Antis.


hymnum glorie tue canimus

sine fine dicentes.
Sanctus. Sanctus. Sanct9 dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi &c. Communicantes vt infra canonem: et sit de aliis. In epiphania & p octauas. Prefatio. Quia per incarnati. Communicantes. vt infra. In die octauarum epyphanie.
Prefatio.


Terne deus. Quia

cum vnigenitus tuus in substã

tia nostre mortalitatis appa-

ruit in noua nos immortali-

tatis sue luce reparauit. Et ideo.
Communicãtes. [illegible]
totam qua[illegible]
madamin mis[illegible]
Prefatio.



Eterne deus. Qui corporali ieiunio vicia compri mis mentē eleuas virtutē largi ris et premia. Per xp̄m dn̄m no- strum. Per quem. Prefatio.


¶ In vigilia pasche in die et p octauas



Equum et salutare. Te quidem omni tēpore: sed in hac potissimū die gloriosius predi- care cum pascha nostrū immo- latꝰ est christꝰ. Ipse enim verꝰ est



agnus: qui abstulit peccata mū- di. Qui mortē nostrā moriendo




destruxit: et vitam resurgen-



do reparauit. Et ideo cum





angelis. vt supra. Cōmunicā tes. vt infra an canonem ¶ In ascēsione domini. Prefatio.




Eterne deus. Per chri- stum dominum nostrum. Qui



post resurrectionē suam



omnibus discipulis suis ma





nifestus apparuit. Et ipsis

cernentibus est eleuatus in ce
lum vt nos diuinitatis sue
tribueret esse participes.
Et ideo. vt supra. Cõmunicã
tes. vt ifra. ¶ In vi-
gilia penthe. in die ꝫ
per octa. Prefatio.



Terne de⁹. Per chri
stũ dominũ nostrũ. Qui ascẽdẽs
super omnes celos sedensqꝫ ad
dexterã tuam promissũ spiritum
sanctũ hodierna die in filios ado
ptiõis effudit. Quapropter pfu
sis gaudijs tot⁹ in orbe terrarũ
mundus exultat. Sed ꝫ superne
virtutes atqꝫ angelicepotestates
hymnũ glorie tue cõcinũt sine fi-
ne dicẽtes. Sctũs Sctũs. Cõicã-
tes ꝫ Hãc igitur. vt in-
fra. ¶ De sancta tri-
nitate. Prefatio.



Terne deus. Qui
cum vnigenito filio tuo et
spiritu sancto vnus es deus vn⁹
es domin⁹. Non in vni⁹ singu-
laritate persone sed in vnius
Antis.

trinitate substantie. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus hoc de filio tuo hoc de spiritu sancto sine differentia discretionis sentimus Ut in confessione vere sempiterneque deitatis et in persominis proprietas et in essentia vnitas et in maiestate adoretur equalitas. Quem laudant angeli atque archangeli cherubin quoque ac seraphin qui non cessant clamare iugiter vna voce dicentes. Sanct9 San ct9 Sactus &c. ¶De scta cruce. Prefatio.



Eterne deus. Qui salutem humani generis in ligno crucis cōstituisti vt vnde mors oriebatur inde vita resurgeret. Et qui in ligno vincebat in ligno quoque vinceretur. Per

christum dominum nostrum

Per quem ma.

De apostolis. Prefatio



Quum et salutare.

Te domine suppliciter exora

re ut gregem tuum pastor eter-

ne non deseras sed per beatos

apostolos tuos continua pro

tectione custodias. Ut hisdem

rectoribus gubernetur quos

operis tui vicarios eidē contu-

listi preesse pastores. Et ideo

cum angelis et archangelis cū

thronis et dominationibus.

Cumqȝ omni militia celestis ex-

ercit⁹ hymnū glorie tue canim⁹

sine fine dicentes.

De beata maria Prefatio. quandocunqȝ de ea celebratur.



Terne deus. Et te in

Et te in assūptione.
Et te in natiuitate.
Et te in conceptione
Et te in visitatione.

veneratiōe Et te in p̄sentatione.

beate et gloriose semper virgi

ginis marie exultantibus ani
mis laudare benedicere & pre
dicare. Que et unigenitum
tuum sancti spiritus obum
bratione concepit et virgini
tatis gloria permanente huic
mũ do lumen eternũ effu-
dit iesum christum dominum
nostrum. Per quem. Prefatio

In di-
dicatiõe
templi.

Eterne deꝰ. Pro annua
dedicatione tabernaculi hu-
ius honorem tibi gratiasqꝫ
referre. Per christum domi-
num nostrum. Cuius virtus
magna pietas copiosa. Respi-
ce quesumus domine de celo
et vide et visita domum istam
ut quisquis in ea nomini tuo
supplicauerit libenter exau
dias et satisfacientibus cle-

menter ignoscas. Hic tibi sacerdotes tui sacrificium laudis offerant. Hic fidelis populus vota persoluat. Hic peccatorum onera deponantur. Hic fides sancta stabiliatur. Hic ipse inter bonum malumqz discernas cum causam interpellatus iudicaueris quam nõ ignoras. Hinc pietas absoluta

credat: hinc iniquitas emendata discedat. Inueniat apud te domine locum venie quicunqz satisfaciens huc confugerit et conscio dolore victus altaria tua riuis suarum clauerit lachrymarum. Hic si quando populus tuus tristis mestusqz conuenerit tu acquiesce rogantı et rogatus indulge. Per quē.

Per omnia secula secu
lorum. Amen. Dominus vo
biscum. Et cum spiritu tuo.
Sursum corda. Habemus ad
dominum. Gratias agamus
domino deo nostro. Dignū
et iustum est. Vere dignum
et iustum est equum et salu=
tare. Nos tibi semper et vbi=
qꝫ gratias agere. domine san=
cte pater omnipotēs eterne de=
us. Per christū dominū nostrū.
Per quē maiestatē tuā laudāt
angeli: adorant dominationes
tremūt potestates. Celi celorūqꝫ
virtutes ac beata seraphin socia
exultatione concelebrāt. Cum
quibus et nostras voces: vt ad=
mitti iubeas deprecamur: sup=
plici confessione dicentes.

¶ [illegible] nunis prefatio. Et dicitur cantu diebus quando ... inatutinas. Te de ... ctis.

Et omnia secula secu-

lorū. Amē. Dominꝰ vobiscū.

Et cū spiritu tuo. Sursū corda

Habemꝰ ad dominū. Gratias

agamꝰ domino deo nostro. Di

gnū ꝫ iustū est. Uere dignū ꝫ iu-

stū est equum ꝫ salutare. Nos

tibi semper et vbiqꝫ gratias age

re. domine sancte pater omnipo

Antif.

tens eterne deus. per christum

dominum nostrum. Per quem

maiestatem tuam laudant an-

geli: adorant dominationes tre

munt potestates. Celi celorūqꝫ

virtutes ac beata seraphin socia

exultatione concelebrant. Cū

quibus et nostras voces vt ad

mitti iubeas deprecamur suppli

ci confessione dicentes




S. iehan
S. mathieu

¶ In [illegible]

Communicantes ⁊ noctem sacratissimam celebrãtes qua beate marie intemerata virginitas. ⁊ cetera [illegible]

¶ [illegible] alias intra [illegible] ta.

Communicantes ⁊ diem sacratissimũ celebrãtes: quo beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit saluatorẽ. Sed et memoriam venerantes in primis eiusdẽ gloriose semperq̃ virginis marie genitricis eiusdẽ dei et domini nostri iesu christi. Sed et beatorum apostolorum. ⁊ cetera vt in canone.

¶ In epyphania dñi: ⁊ per octa.

Communicantes ⁊ diem sacratissimũ celebrãtes: quo vnigenitus tuus in tua tecũ gloria coeternꝰ in veritate carnis nostre visibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriam venerantes in primis gloriose semperq̃ virginis marie genitricis eiusdẽ dei ⁊ domini nostri iesu christi. Sed ⁊ beatorum apostolorum. ⁊ cetera.

¶ Feria quinta in cena domini.

Cõmunicantes. et cetera quere in [illegible] tio.

¶ In vigilia pasche.

Communicantes ⁊ noctẽ sacratissimam celebrantes resurrectionis. vt infra.

¶ [illegible] che et per octauas.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes resurrectionis dñi nostri iesu christi secundũ carnem. Sed ⁊ memoriam venerantes in primis gloriose semperq̃ virginis marie genitricis eiusdem dei ⁊ domini nostri [illegible] sti. Sed ⁊ beatorum apostolorum. et cetera vt infra.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre sed ⁊ cuncte familie tue: quam tibi offerimus pro his quoq̃ quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ spiritu sancto: tribuẽs eis remissionem oĩm petõrũ: q̃sumus dñe vt placatus accipias: diesq̃ nostros. ⁊ cetera.

¶ In ascẽsione domini.

Communicantes ⁊ diem sacratissimũ celebrantes quo dominus noster iesus christus vnigenitus tuus filius vnitã sibi fragilitatis nostre substantiã in dextera glorie tue collocauit. Sed et memoriam venerantes in primis gloriose semperq̃ virginis marie genitricis eiusdẽ dei ⁊ domini nostri iesu christi. Sed ⁊ beatorũ apostolorum ac martyrum. ⁊ cetera.

¶ In vigilia penthecostes loco de Celebrantes dicitur Precenten tes. et cetera vt infra.

¶ In die penthecostes ⁊ per octa.

Communicãtes ⁊ diẽ sacratissimũ pẽthecosten celebrãtes: quo spũssanctus apostolis in linguis igneis apparuit. Sed et memoriã venerãtes: i primis gloriose semperq̃ virginis marie genitricis dei et domini nostri iesu christi. Sed ⁊ beatorum apostolorum. et cetera vt infra.

Hanc igitur oblationem seruitutis nostre: sed ⁊ cuncte familie tue quam tibi offerimus pro his quoq̃ quos regenerare dignatus es ex aqua ⁊ spiritusancto tribuens eis remissionem omniũ peccatorum: quesumus dñe vt placatus accipias: diesq̃ nostros. ⁊c. vt in canone.

Iūctis manib⁹ inclinet se ante altare dicendo.



Te igitur clemētissime pater per iesum christū filium tuum dominū nostrum: supplices rogamus ac petim⁹ vti accepta habeas

Osculetur altare in dextra parte dicendo

Et bñ ✠ dicas hec do ✠ na hec mu ✠ nera hec sacrosancta ✠ sacrificia illibata.

Eleuatis manib⁹ et expansis dicat.

In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica quā pacificare custodire adunare et regere digneris toto orbe terrarum, vna cū famulo tuo papa nostro. N. et antistite nostro N. et rege nostro N. ꝛ omnib⁹ orthodoxis atꝙ catholice et apostolice fidei cultorib⁹.

Memento domine famulorum famularumꝙ tuarū N. Iūctis manibus [illegible]

xime pro quibus te
netur orare.
Et omnium circũ-
astãtium atq; oim
fideliũ christiano-
rum: quorum tibi
fides cognita est et
nota deuotio: pro
quibus tibi offeri-
mus: vel q̃ tibi of-
ferũt hoc sacrificiũ
laudis pro se suisq;
omnibus pro redẽ
ptione animarum
suarum: pro spe sa-
lutis ⁊ incolumita
tis sue: tibiq; red-
dunt vota sua eter
no deo viuo ⁊ vero
Infra actionem.
Parum flectat ge-
nua dicendo.
Communican
tes et memoriã ve-
nerãtes in primis
gloriose semperq; vir
ginis marie geni-
tricis dei ⁊ domini
nostri iesu christi.
Sed et beatorum
apostolorũ ac mar
tyrũ tuorum Pe
tri. Pauli. An
dree Iacobi. Io
hãnis. Thome.
Iacobi. Philip
pi. Bartholomei
Mathei. Simo
nis: et Thadei.
Lini. Cleti. Cle
mentis. Sixti.
Cornelij. Cypri

ani. Laurentij, Crisogoni. Io-
hānis et Pauli.
Cosme et Da-
miani. Et oīm sctō
rū tuorꝝ: quorꝝ me-
ritis precibusqꝫ cō-
cedas: vt in oībus
ptectionis tue mu
niamur auxilio.
Per eundē christū
dñm nostrū Amē.
Extendat manus
in modum crucis
super hostiam et ca
licem dicens.
Hanc igitur ob-
lationē seruitutis
nostre: sed ꝛ cuncte
familie tue q̄sum⁹
dñe vt placat⁹ acci
piasdiesqꝫ nostros
in tua pace dispo-
nas: atqꝫ ab eterna
dānatione nos eri
pi: ꝛ in electorū tuo
rū iubeas grege nu
merari. Per xp̄m
dñm nostrū Amē.
Quā oblationē
tu de⁹ oīps in oīb⁹
q̄sumus bñ ✠ di-
ctā ascri ✠ ptā: ra
✠ tam: rationabi
lez acceptabilēqꝫ
facere digneris: vt
nobis cor ✠ pus
et san ✠ guis.
Iungat man⁹ sur
sū. Fiat dilectissi-
mi filij tui domini
nostri iesu christi.

Tergat manus ad corporale et accipiens panem dicat.

Qui pridie quã pateretur: accepit panẽ in sctãs ac venerabiles manꝰ suas: Suspiciat celum Et eleuatis oculis in celũ ad te deũ patrẽ suũ omnipotentẽ tibi grãs agens bene ✠ dixit fregit deditqꝫ discipulis suis dicens Accipite et manducate ex hoc omnes.

Dic verba sacramenti cum omni fide reuerentia et deuotione.

Hoc est enim corpus meum.

Tunc eleuet hostiã et reposita super altare: accipiat calicem dicẽs.

Simili mõ postea quã cenatum est accipiẽs et hũc preclarũ calicẽ in sanctas ac venerabiles manus suas: item tibi gratias agens bñ ✠ dixit deditqꝫ discipulis suis dicens Accipite et bibite ex eo omnes.

Uerba ꝯsecrationis

Hic est enim calix sanguinis mei noui et eterni testamẽti: mysteriuꝫ fidei: qui pro vobis: et pro multis effundetur ĩ remissionẽ pctõꝝ.

Eleuet calicẽ dicẽs

Hec quotienscunqꝫ feceritis ĩ mei memoriam facietis.

Reposito calice extendat brachia sua quasi de se cruce faciens et dicat

Unde et memores domine nos servi tui: sed et plebs tua sancta eiusdem christi filij tui domini dei nostri: tam beate passionis nec non et ab inferis resurrectionis: sed et in celos gloriose ascensionis offerim⁹ preclare maiestati tue de tuis donis ac datis,

Retrahat brachia et faciat tres cruces super totum sacrificium.

Ho ✠ stiam purā ho ✠ stiam sanctā ho ✠ stiam immaculatam,

Supra corpus.

Panem ✠ sanctū vite eterne,

Supra sanguinem

Et calicem ✠ salutis perpetue,

Ponat manus super sacrificiū totū et elevās oculos sursum dicat.

Supra que propicio ac sereno vultu respicere digneris/ et accepta habere sicuti accepta habere dignat⁹ es munera pueri tui iusti abel et sacrificiū patriarche nostri abrahe: et quod tibi obtulit summ⁹ sacerdos tu⁹ melchisedech sanctū sacrificium immaculatam hostiam.

[illegible] t se a: [illegible] tare man͂ b͛xã [illegible] s [illegible] c ps͛ dicat facẽs

Supplices te rogam⁹ oĩpotens deus iube hec perferri per manus sãcti angeli tui in sublime altare tuũ in cõspectu diuine maiestatis tue: vt quotquot ex hac altaris participatione

Osculetur altare.

Sacrosanctũ filij tui cor✠pus ⁊ san✠guinẽ sumpserimus: omni benedictione celesti. Signet se signo crucis.

Et gratia repleamur. Per eũdem chꝛistum dominũ nostrum. Amen.

Hic cõplosis manibus dicas.

Memẽto etiã dñe famuloꝝ famulaꝝ ꝗ tuarũ N. q̇ nos precesserunt cũ signo fidei ⁊ doꝛmiũt in somno pacis.

Iunctis manib⁹ in memoꝛiã habeat defũctos: p̱d'b⁹ teneat oꝛare.

Ipsis ⁊ omnibus dñe in chꝛisto quiescẽtib⁹ locũ refrigerij lucis et pacis vt ĩdulgeas depꝛecamur. Per eũdem chꝛistum dominũ nostrum. Amen.

Hic percutiat pectus suum semel vel ter dicens.

Nobis quoqꝫ peccatoꝛibus famulis

tuis de multitudine miserationũ tuarũ sperãtib⁹ partem aliquã et societatẽ donare digneris cũ tuis sanctis apostolis et martyrib⁹: cũ Iohãne. Stephano. Mathia. Barnaba. Ignatio. Alexandro. Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua Agatha. Lucia. Agnete Cecilia. Anastasia Et cum oĩb⁹ sãctis tuis. Intra quoꝝ nos consoꝛtiũ non estimatoꝛ meriti sꝫ venie q̃sum⁹ largitoꝛ admitte. Per chꝛistum dominũ nostrum. Amen.

Per quẽ hec omnia dñe semper bona creas.

Has tres cruces sequẽtes faciat super cal[illegible] coopertũ dicendo.

Scti ✠ ficas viui ✠ ficas bñ ✠ dicis

D[illegible] operiat calicem ⁊ de h[illegible]a panis faciat tres cr[illegible]es [illegible] ipsum. Deinde duas inter calicem et seipsum.

Et pꝛestas nobis. Per ✠ ipsũ. Et cũ ip ✠ so et in ✠ ipso est tibi ✠ deo patri oĩpotenti in vni ✠ tate spiritussancti oĩs honoꝛ ⁊ gloꝛia.

[illegible] id. f[illegible] pt [illegible] t[illegible] .a r[illegible] to calice de [illegible] o [illegible] s [illegible]

Per omnia secula seculoꝝ. Amē. Oremꝰ. Preceptis salutaribus moniti et diuina institutione formati audemus dicere.

Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuū. adueniat regnū tuū: fiat voluntas tua: sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra: sicut ꝛ nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationē. Sed libera nos a malo. Amen.

Accipiēs patenā inter primū digitū ꝛ mediū eleuās sursū dicat.

Libera nos quesumus domine ab omnibꝰ malis preteritis presentibus et futuris: et intercedente pro nobis beata et gloriosa sēperq̧ virgine dei genitrice maria ꝛ beatis apostolis tuis.

Tāgat de patena pedē calicis dicēdo

Petro: Medium Paulo: super calicem et Andrea. ad os suũ. Cum oib⁹ sãctis. Ad oculos et se signet dicens.

Da propicius pacẽ in dieb⁹ nostris: vt ope mĩe tue adiuti: et a peccato simus semper liberi: et ab omni perturbatione securi.

D[illegible] nulla patena & discooperto calice diuidat hostiam in tres partes q[illegible]rum vna sit multo maior al[illegible]s d[illegible]cens.

Per eũdẽ dñm nostrũ iesũ xp̃m filiũ tuũ qui tecũ viuit et regnat in vnitate spiritussctĩ deus

[illegible] vel [illegible]

P er omnia secula seculorum. Amen.

De parua parte hostie faciat tres cruces.

Pax ✠ domini sit ✠ semper ✠ vobiscum. Et cum spiritu tuo.

A gnus dei qui tollis peccata mũdi: miserere nobis.

A gnus dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis.

A gnus dei qui tollis pctã mundi dona nobis pacẽ.

In missa de defũctis dicit Agn⁹ dei ẞc. dona eis requiẽ dona eis indulgẽ

tiã. Dona eis requi-
em sempiternam.

P[...]at partem hostie de qua fecit
[...]s in calicem dicens.

Hec sacro ✠ sctã
cómixtio corporis
& sãguinis dñi nrĩ
iesu xpi fiat michi
& oĩbus sumẽtibus
sal⁹ mentis & corpo
ris & ad vitam eter-
nã promerendã et
capesceẽdã prepara-
tio salutaris. Per
eundẽ christũ dñm
nostrum. Amen.

[...]cipiat in ma[...]u dextra illas
partes quas tenet in sini-
[...] et eleuatis oculis in altum
[...]t Oremus. Oratio.

Deus qui aposto
lis tuis sanctũ de-
disti spiritum con-
cede plebi tue pie pe
titionis effectum:
vt quibus dedisti
fidem largiaris et
pacem. Per chri-
stum dominũ no-
strum. Amen.

Qua dicta osculare partes illas
quas tenes i dextera manu. Post-
ea des pacem diacono vel alio mi
nistro. Postea osculato corpe chri
sti: des osculum ad pacem: nisi fi-
at de defunctis dicens.

Pax tibi frater.
Et minister. Et
cum spiritu tuo.
Postea dicas. Do
mine exaudi ora-
tionẽ meã. Et cla-
mor meus ad te ve
niat. Orem⁹. Orõ
Domine sãcte pa
ter omnipotẽs eter
ne deus da michi
hoc corpus et san-

guinem filij tui domini nostri iesu xpi ita digne sumere: vt merear per hoc remissionem peccatorum meorum suscipere: et tuo sancto spiritu repleri: quia tu es deus verus et preter te non est alius cui⁹ regnū gloriosum permanet in secula seculorū. Amē. Orem⁹.

Domine iesu xp̄e fili dei viui qui ex volūtate patris cooperāte spiritusctō per mortē tuā mūdū viuificasti: libera me per hoc sacro sanctū corp⁹ et sanguinē tuū ab omnibus iniquitatibus et vniuersis malis meis et fac me tuis semp obedire mandatis. et a te nunq̄ imperpetuū me separari permittas saluator mūdi rex glorie. Qui cū patre et spiritusctō viuis et regnas de⁹. per omnia secula seculorum. Amen.

Dictis orationib⁹ f[illegible] mentalē cū omni fide et d[illegible] et breuiter. Qua facta [illegible] se s[illegible]ēdo hostiā pa[illegible]

Corpus dn̄i nostri iesu christi custodiat me et perducat ad vitam eternā amē.

Corpus et sanguis domini nostri iesu christi custodiat me et perducat ad vitā eternā. In nomine patris et filij et spiritussancti amen.

Quod ore sumpsim⁹ dñe pura mente capiamus vt de corpore ⁊ sanguine dñi nostri iesu christi fiat nobis remediũ sempiternũ. Amen. [illegible] patenã [illegible] altare [illegible] Agimus tibi gratias rex omnipotens. [illegible] manibus lauãdis ⁊ dicat Uidi dñm facie ad faciem: ⁊ salua facta est anima mea. Item psalmũ tociũ. Nunc dimittis seruũ tuũ dñe, ⁊c. Gloria patri et filio. Sicut erat.

¶ Post ablutionem.

Perceptio corporis et sanguinis dñi nostri iesu christi quã ego indign⁹ sumere presũpsi: non proueniat michi ad iudicium nec ad condẽnationẽ sed pro tua pietate prosit michi ad tutamentum anime ⁊ corporis ⁊ ad vitã eternã capescendã: te adiuuãte. qui cũ patre ⁊ spũsctõ viuis et regnas in secula seculorum. Post [illegible] calicem [illegible] fuerit. quo facto [illegible] patena et accede ad [illegible] dextrum cornu alta[illegible] Postea vertas [illegible] Dñs vobiscũ. Et cum spũ tuo. [illegible] Oremus [illegible] Per dñm. [illegible] medio altaris ⁊ [illegible] Dñs vobiscũ. Et tũ spũ tuo. [illegible]

Ite missa est. Bñdicam⁹ dño. Requiescãt in pace. [illegible]

[illegible] redeat. hoc facto dicat inclinatus ante altare ⁊ dicas hãc orõ. [illegible]

Placeat tibi sctã trinitas obsequiũ seruitutis mee ⁊ presta vt hoc tuũ sacrificiũ qđ oculis tue maiestatis indign⁹ obtuli tibi sit acceptabile michiq; et oĩb⁹ pro quib⁹ illud obtuli sit te miserãte ppiciabile. Per xpꝫ. Qua dicta [illegible] altare deponendo vestimẽta sacerdotalia ⁊ dicas officiũ [illegible] de btã [illegible] totũ ⁊ post euãg. In pricipio erat vbũ. Postea flexis genib⁹ ante altare dicas. Bñdicite sacerdotes dñi dño. vsq; ad finem psalmi. Itẽ Laudate dñm in sctis eius ⁊c. Gloria patri ⁊c. an. Triũ puerorum cantemus hymnũ quẽ cantabant in camino ignis benedicentes dominum. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignũ cõcede ppici⁹ vt nos famulos tuos nõ exurat flãma viciorũ. Per dominum. Oratio. Ure igne sancti spiritus. vt supra. Oratio.

Retende dñe famulis ⁊ famulab⁹ tuis: dexterã celestis auxilij: vt te toto corde perquirant ⁊ que digne postulãt assequãtur. Per dominũ no. Alia oratio.

Protector in te sperantium deus sine quo nichil est validum nichil sanctum multiplica super nos misericordiã tuam: vt te rectore te duce sic transeamus per bona tẽporalia vt nõ amittamus eterna. Per dñm nostrum iesum xpm filiũ tuum. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate. Per omnia secula seculorum. Amen.

In nocte nati. dni post .ix. lc. cante euange legens in pulpito a diacono

Dominus vobiscu~. Et
cum spiritu tuo. Initiu~ san-
cti euangelii secu~du~ Mathe
um. Gloria tibi domi~ne
Liber generationis
Iesu christi filii da
uid filii abraham
Abraham genuit ysaac
ysaac autem genuit

Iacob Iacob autem ge-
nuit iudam et fratres
e ius Iudas autem
genuit phares et zaram
de thamar Phares au-
tem genuit esron Es-
ron autem genuit a
ram Aram autem genuit
aminadab Aminadab autem
genuit naason Naason

autem genuit salmon
Salmon autem genuit booz
de ra ab Booz autem ge-
nuit obeth ex ruth O
beth autem genuit iesse
Iesse autem genu it dauid
regem David autem
rex genuit salamonen
ex e a que fuit vri e
Salamon autem genuit roboã

Roboã autẽ genuit abyam
Abyas autem genuit asa
Asa autem genuit iosaphat
Iosaphat autem genuit
Io rã Ioram autẽ genuit
oziam Ozias autem genuit ioa
thã Ioathã autẽ genuit achaz
Achaz autẽ genuit ezechi am
Ezechias autẽ genuit manassem
Manasses autem genuit

amon. Amon autem genuit iosiam. Iosias au tem ge nuit iechoniam et fratres eius in transmigrationem babilonis. Et post transmi grationem babilonis iechoni- as genuit salathiel. Sala- thiel autem genuit zorobabel. zorobabel autem genuit a- biud. Abiud autẽ genuit elia-

chim. Eliachim autẽ genuit azor. Azor autẽ genuit sadoch Sadoch autem genuit achim. Achim autẽ genuit eliud. Eli ud autem genuit eleazar. Elea zar autẽ genuit mathan. Ma- than autẽ genuit iacob. Iacob autem genuit ioseph virum ma ri e De qua nat⁹ est iesus qui vocatur chri stus. In die epyphanie legit genea- logia post nonũ Responsorium.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. Gloria tibi domine.

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus et iesu baptizato et orante: apertum est celum et descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Et vox de celo facta est. hic est filius meus dilectus in quo complacuit michi. Et ipse iesus erat incipiens quasi annorum triginta vt putabatur filius ioseph Qui fuit hely. qui fuit matath. qui fuit leui.

Qui fuit mel chi. qui fuit
ianne. qui fu it io seph.
Qui fu it mathathie. qui
fuit a mos. qui fuit na=
um. Qui fuit hely. qui fuit
nagge. qui fu it ma ath.
Qui fu it mathathie . qui
fu it semei. qui fuit io=
seph. Qui fu it iu da.
qui fu it io hanna. qui

fu it resa. Qui fu it zo=
robabel. qui fuit salathiel.
qui fu it ne ri. Qui fu=
it melchi. qui fu it addi.
qui fu it cho sam. Qui fu
it helmodam. qui fu it
her. qui fu it iesu. Qui
fu it helieser. qui fu it iorim.
qui fu it ma thar.
Qui fu it le ui. qui fu it

symeon. qui fu it in da. Qui fu it io seph. qui fu it io na. qui fu it ely achim. Qui fu it melea. qui fu it menna. qui fuit mathatha. Qui fu it nathan. qui fu it dauid. qui fu it iesse. Qui fu it obeth. qui fu it booz. qui fu it salmon. Qui fuit naa

son. qui fu it aminadab. qui fu it aram. Qui fu it esron. qui fu it phares qui fu it iu de. Qui fu it ia cob. qui fuit ysaac. qui fu it abrahe. Qui fu it thare. qui fu it nachor. qui fu it se ruth. Qui fu it ragau. qui fu it phaleth. qui

fu it he ber. Qui fu it

sale. qui fu it ca ynam. qui

fu it arphaxat. Qui fu-

it sem. qui fu it noe. qui fu

it la meth. Qui fu it ma-

tussale. qui fu it e noch. qui

fu it ia red. Qui fu it

malalech. qui fu it cay nam

qui fu it enos. Qui fu

it seth. qui fu it adam. qui

fu it de i. Iesus an-

tem plenus spiritu sancto re

gressus est a ior dane.

¶ Sequuntur nunc aliqua notabilia. Et primo de quatuor partibus anni. Versus.

Dat clemens hyemē: dat petrus ver cathedratus.
Estuat vrbanus: autumnat simphorianus. ¶ Vel sic.
Ver petro detur: estas exinde sequetur.
Hanc dabit vrbanus autumnat simphorianus. Festum clementis caput est hyemis venientis.

¶ Ieiunia quattuor tēporū anni
Post crux: post cineres: post spūs: atqꝫ lucia. Sit tibi in angaria: quarta sequens feria.

¶ Cōplexiōes quattuor ptiū anni
Estas sicca calens: autūnus sicc⁹ algens. Friget et humet hyems calidum ver sit tibi humensqꝫ.

¶ Equinoctia ⁊ solsticia anni.
Lambert gregorij: nox est equata diei.
Vitus lucia: sunt duo solsticia.

¶ Ann⁹ partitur in ebdomadas vt sequitur.

Sex sunt ad puri: bis sex sunt usque philippi.
Ad iacobum totidem: nouē sunt ad michaelem.
Sex ad martini: sex ad natalia christi. Adde dies octo. totus cōplebitur annus.

¶ Quot dies ⁊ horas ann⁹ continet.

Annus constat ex. ccclxv. diebus ⁊ fere sex horis: quia deficiunt adhuc duodecim minuta: que faciūt quintā partē hore. v⁹. L.x.v. tria. c. quicunque annus tenet in se.

¶ Itē sex ille hore causant annū bissextilem. Item minuta duodecim faciunt retrocedere solsticia ⁊ equinoctia. Et ita in quinque annis erram⁹ per unā horā: et in cētū viginti annis per unū diē. Et nisi error iste corrigatur festa hyemalia forte erūt estiualia: ⁊ econuerso.

¶ Noīa duodecim mensiū.

Ia. fe. mar. ap. ma. iun. iul. aug. sep. oct. no. december.

¶ Prima feria cuiuslibet mensis

A. dan. de. ge. bat. ex. go. ci. fos. a. dri. fos.

¶ De nonis mensiū.

Mar. ma. iul. oc. senas: reliquis dato bis duo nonas.

¶ De idibus.

Idus octo tenet: mēsis gn̄aliter oīs.

¶ De kalendarum quantitate.

Te querens sero sub rota sex ta se tri strum.

¶ Quo die singulis mensibus secundum computationem cisiotani kalende incipiant.

Fe ba tir thi ma ni post eu crux gal ci ci prima.

¶ De numero dierum mensium.

Ia. mar. ma. Iul. aug. oc. de. decater simul unum. Ter tria dant reliqui: sed febrwus octo viginti.

¶ De fluxu ventris.

Si fluxum pateris: si non caueas morieris. Concubitū: potū nimiū cum frigore motum.

¶ Distinctiones quatuor complexionū.

Licet corpus humanū cōponatur ex naturis quattuor elementorū tamē uno predominante ceteris: ipm corp⁹ a tali denominatur. ¶ Itē a terra tanquam ab inferiori/que est frigida ⁊ sicca. dicitur Melācolicus. qui frigidus ⁊ siccus parū appetit ⁊ parum potest: ⁊ habet has proprietates. v. Inuid⁹ ⁊ tristis cupidus dextreque tenacis. Nō expers fraudis: timid⁹ luteique coloris. ¶ Flegmatic⁹ est humidus ⁊ frigid⁹ sicut aqua: parū vult et multa potest ⁊ habet has proprietates. v. Est sōnolentus piger ⁊ sputamine plenus. Huic ebes est sens⁹ pinguis facies. color albus.

¶ Sanguineus. Est calidus ⁊ humidus sicut aer: multa vult ⁊ multa potest: ⁊ habet has proprietates. v. Largus amās hylaris ridens rubeique coloris. Cantās carnosus: satis audax atque benign⁹.

¶ Colericus. Calidus ⁊ siccus affirmatur sicut ignis. multa vult ⁊ parū potest ⁊ habet has proprietates. v⁹. Hirsutus fallax irascēs prodigus audax. Astut⁹ gracilis: siccus croceique coloris.



¶ Incipit propriũ officiũ sanctorũ. Si vigilia beati andree die dñica evenerit. missa erit de adventu domini. Et sabbato precedenti cantetur de vigilia. Si autem die priva[ta] eo missa erit de dicta vigilia.

Ad missam. Introitus.

Dominus secus mare galilee vidit duos fratres petrũ et andreã, ⁊ vocavit eos: venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Ps. Celi enarrãt gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Gloria patri et filio.

Non dicitur Gloria in excelsis nisi expresse signetur. Oratio.

Quesumus oĩs deus ut btũs andreas aplus tuus p nobis tuũ imploret auxiliũ: ut a nostris reatibus absoluti, a cunctis etiam periculis eruamur. Per dominum.

¶ Saturnini memoria. Oratio.

Deus qui nos beati saturnini martyris tui cõcedis natalicio perfrui eius nos tribue meritis adiuvari. Per dñm nostrũ.

Memoria de adventu si infra adventum evenerit.

Lectio libri sapientie. Eccli. xliv.

Benedictio domini super caput iusti. Ideo dedit illi hereditatẽ: et divisit ei partẽ in tribubus duodecim: ⁊ invenit gratiam in cõspectu omnis carnis. Magnificavit eum in timore inimicorũ: et in verbis suis monstra placavit. Glorificavit eũ in cõspectu regũ: et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum: et elegit eũ ex omni carne. Dedit ei cor ad precepta et legẽ vite et discipline: et excelsum fecit illum. Statuit illi testamentum sempiternum: et circũcinxit eũ zona iusticie. Et induit eũ dominus: corona glorie. Rz. Nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. V. Dinumerabo eos ⁊ super arenã multiplicabuntur.

¶ Secundum Johannem. j.

In illo tempore. Stabat iohannes et ex discipulis eius duo. Et respiciẽs iesum ambulantẽ dixit. Ecce agnus dei. Et audierũt eum duo discipuli loquentẽ: et secuti sunt iesum. Conversus autẽ iesus et vidẽs eos sequentes se: dixit eis. Quid q̃ritis? Qui dixerunt ei. Rabbi (quod dicitur interpretatũ magister) ubi habitas? Dixit eis. Venite et videte. Venerunt et viderunt ubi maneret: et mãserũt apud eũ die illo: hora autem erat

quasi decimā. Erat autē andreas frater symonis petri vnus ex duobus qui audierāt a iohāne et secuti fuerāt iesū. Inuenit hic primū fratrē suū symonē: et dixit ei. Inuenimus messiā: quod est interpretatū christus. Et adduxit eū ad iesum. Intuitus autē eum iesus dixit. Tu es symon filius iohanna tu vocaberis cephas: quod interpretatur petrus. Et in crastinum voluit exire in galileam: et inuenit philippū Et dixit ei iesus. Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida ciuitate andree et petri. Inuenit philippus nathanael: et dixit ei. Quē scripsit moyses et prophete in lege inuenimus iesum filium ioseph a nazareth. Et dixit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse? Dixit ei philippus. Ueni et vide. Uidit autem iesus nathanael venientem ad se: et dixit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus non est. Dixit ei nathanael. Unde me nosti? Respondit ei iesus: et dixit. Priusquā te philippus vocaret cum esses sub ficu: vidi te. Respondit ei nathanael: et ait. Rabbi tu es filius dei tu es rex israel. Respōdit iesus et dixit ei. Quia dixi tibi. vidi te sub ficu credis: maius his videbis. Et dixit ei. Amen amē dico vobis: videbitis celum apertū: et angelos dei ascendentes et descēdentes: super filiū hominis Nō dicitur Credo. Offertoriū. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eū super opera manuum tuarum domine. Secreta.

Sacrādum tibi domine munus offerimus quo beati andree apostoli tui solennia recolentes: purificationem quoque nostris mētibus imploramus. Per dnm.

De sancto Saturnino Secreta

Munera tibi dne dicata sanctifica: et intercedente beato saturnino martyre tuo per eadem nos placatus intēde. Per dominum nostrum iesum christum. Cōio. Dixit andreas symoni fratri suo inuenimus messiam qui dicitur christus: et adduxit eum ad iesum. Postcōio.

Perceptis dne sacramentis suppliciter exoramus vt intercedēte btō andrea apostolo tuo que pro illius veneranda gerimus passione nobis proficiant ad medelam. Per dominum nostrum iesum christum filium tum. Qui.

De sancto saturnino Postcōio.

Sanctificet nos quesumus domine tui perceptio sacramēti: et intercessione sanctorum tuorum tibi reddat acceptos. Per dominum nostrum iesum christum

Sequitur missa in die sancti andree. si dominica euenerit reseruatur in crastinum. Introitus.



Michi autē nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam et resurrectionem meam. Gloria patri et filio. Gloria in excelsis deo. dicitur etiam in aduentu. Oratio.

Maiestatem tuam domine supplices exoramus vt sicut ecclesie tue beatus andreas apostolus extitit predicator et rector:

ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per dominum nostrum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Romanos. x. capitulo.

Fratres. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in eum non confundetur. Non enim est distinctio iudei et greci. Nam idem dominus omnium: dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim quicunque invocaverit nomen domini: salvus erit. Quomodo ergo invocabunt eum: in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei: quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo vero predicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est. Quam speciosi pedes evangelizantium pacem: evangelizantium bona. Sed non omnes obediunt evangelio. Esayas autem dicit. Domine: quis credidit auditui nostro? et brachium domini cui revelatum est? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum christi. Sed dico. Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Responsorium. Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui domine. Versus. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: propterea populi confitebuntur tibi. Alleluya. Versus. Dilexit andream dominus in odorem suavitatis. Prosa. Celi solem imitantes. quere in cōi apostolorum. fol. f.

Secundum Mattheum. iiii.

In illo tempore. Ambulans iesus iuxta mare galilee: vidit duos fratres symonem qui vocatur petrus: et andream fratrem eius mittentes rete in mare. Erant enim piscatores: et ait illis. Venite post me: et faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus: secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres iacobum zebedei et iohannem fratrem eius in navi cum zebedeo patre eorum reficientes retia sua: et vocavit eos. Illi autem statim relictis retibus et patre: secuti sunt eum. Credo. Offertorium. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum.

Secreta.

Sacrificium nostrum tibi quesumus domine beati andree precatio sancta conciliet: ut cuius honore solenniter exhibetur: meritis efficiatur acceptum. Per dominum. Prefatio. Te domine suppliciter. quere supra ante canonem. Communio. Venite post me et faciam vos fieri piscatores hominum. at illi relictis retibus et navi secuti sunt dominum. Postcommunio.

Sumpsimus domine divina mysteria beati andree festivitate letantes: que sicut tuis sanctis ad gloriam: ita nobis quesumus ad veniam prodesse perficias. Per dominum nostrum iesum christum.

Sanctorum Crisanti et darie martyrum. si dominica evenerit reservatur in crastinum. Introitus.



Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore sanctorum martyrum de quorum passione gau-

dent angeli et collaudant filium dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Gloria patri et filio et. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui in sanctorum tuorum cordibus flammam tue dilectionis accendis: da mentibus nostris eandem fidei et charitatis virtutem ut quorum gaudemus triumphis proficiamus exemplis. Per. Sancti andree memoria venit die. Mem. de adv. sez oratio de dnica. Epla. Sancti per fidem vicerunt. quere infra in coi plurimorum mar. fo. vj. R. Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. V. Sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam barbam aaron. Alleluya. V. Sancti et iusti in domino gaudete vos elegit deus in hereditatem sibi. Euangel. Cum audieritis prelia et. in coi plurimorum mar. fo. viij. Credo dr propter presentiam reliquiar. Offr. Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde. Secreta.

Salutari sacrificio domine populus tuus semper exultet: quo et debitus honor sanctis exhibetur: et sanctificationis tue munus acquiritur. Per do. Mem. sancti andree et de aduentu. vt s in suis locis. Cōio. Iustorum anime in manu dei sunt et non tanget illos tormentum malicie visi sunt oculis insipientium mori illi autem sunt in pace alla. Postcōio

Celebrantes domine diuina mysteria que pro sanctorum tuorum beata solennitate peregimus ipsorum nobis quesumus fiant intercessione salutaria quorum natalitiis sūt exultanter impleta Per dominū nostrum iesum christum filium tuuum. Qui tecū viuit et regnat in vnitate.

Postcommunio de sancto andrea et de aductu. vts in suis locis.

De sancta barbara. Introitus



Gaudeamus omnes in domino diem festū celebrantes sub honore barbare virginis de cuius passione gaudent angeli et collaudant filium dei. V. Ora pro nobis beata barbara: vt digni efficiamur promissionibus christi. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui lumen summe trinitatis beate barbare virgini et martyri tue inspirasti: innumera quoque tormentorum genera vincere fecisti: presta nobis ipsius meritis intercedentibus: ipsum lumē sic agnoscere: vt post erūnosas fluctuationes huius seculi ipsum in celestibus intueri valeamus. Per dominum nostrum iesum christum. Epistola. Confitebor tibi domine rex. quere in cōmuni folio. xiij. R3. Hec eterna lucifera post mariam flos virginum. Mediatrix barbara dei vera et hominum. V. A tuo patre proprio interempta crudeliter celesti fruens gaudio surrexere nobis iugiter. Alleluya. V. Salue barbara martyr sanctissima tuis precibus nos christo commenda. Ad te suspiramus querentes solatium terumque iungamus christo. Eya ergo o electa virgo tuum letum oculorum aspectum ad nos converte. Et iesum crucifixum qui tollit mundi peccatum ostende. O pulchra. O clara. O dulcis barbara. Alleluya. Prosa.

Virgo mitis generosa / gemma celi preciosa: sponsa

christi speciosa/dioscori filia. Que cum virgo astris volat/vt sic trinis pater colat trinitatem: quem violat hereris ludibria. Christus cā visitauit/et in vinculis conforta-uit: plagas eius mox sanauit/sana refert gratias. Celeste celi sibi data migrat virgo hec beata siccꝫ patris decollata/manus sensit impias. Hue prolem creatoris aue sponsa redemptoris salue serua salua toris angelorū socia. Supplicat nūc choro iste/per barbarā pie christe irasci nobis desiste/qui es vera venia. Amē. Vacāte alla. Tract.

Qui semināt in lachrymis in gaudio metent. ℣. Euntes ibant ꝫ flebant mittentes semina sua. ℣. Venientes autem venient cum exultatione portātes manipulos suos. Euange. Simile est regnū celorū decē vir. In cōi fol. xiiij. Offer. Barbara virgo devirtute probata trophei igne flagrans fidei faciat huius festis dici alleluya. Secreta.

Deus qui presentem diē beatissime barbare virginis ꝫ martyris tue martyrio consecrasti tribue nobis quesumus vt eius discamus exemplis/et terrena despicere et celestibus inherere. Per. Cōio. Uete dignū memoria contra oriē tē barbara digito crucē facit marmoream hec apparet l scelorū secula alla. Postcō.

Omnipotens sempiterne deus: qui tua ineffabili bonitate sanctissimum corpus beate barbare virginis et martyris tue ab impijs denudatum: ne ab eis videretur per sanctos angelos tuos tegi fecisti: sic tua melliflua charitate omnium peccatorum multitudinem cooperire digneris. Per dominum nostrum iesum christū

Sancti Nicolai episcopi et confessoris. Si in dominica euenerit differatur in crastinū. Introit.


Statuit ei dominus testamētum pacis ꝫ principem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas ineternū. Ps. Misericordias dñi: ineternum cantabo. Gloria patri et filio. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui beatum nicolaū pontificem tuum innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quesumus vt eius meritis et precibus: a gehenne incendijs liberemur. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū. Qui. Mēo. de sancto andrea ꝫ de aduē. Epistola. Ecce sacerdos magnus. quere in cōi vnius confes. pō. fo. r. Rm. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Vitam petijt et tribuisti ei: longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluya. ℣. Tumba sancti nicolai sacrum resudat oleum quod egros sanat. Prosa.

Congaudentes exultemus vocali cōcordia. Ad beati nicolai festiua solēnia. Qui in cunis adhuc iacens seruādo ieiunia Ad papilla cepit summa promere ri gaudia. Adolescens amplexatur litterarum studia. Alienus ꝫ immunis ab omni lasciuia. Felix confessor cuius fit dignitatis de celo nuncia. Per quē promotus presulatus sublimat ad summa fastigia. Erat in eius aīo pietas eximia et oppressis impendebat multa bene

ficta. Auro per eũ virginũ tollit infamia atq; patris earundẽ leua tur inopia. Quidam naute nauigantes et contra fluctuum seuitiam luctantes naui pene dissoluta iã de vita desperantes in tanto positi periculo clamantes voce dicũt oẽs vna. O btẽ nicolae nos ad portũ maris trahe de mortis angustia. Trahe nos ad portũ maris tu q; tot auxiliaris pietatis gratia. Dũ clamarent nec incassum ecce quidã dicens adsum ad vestra presidia. Statim aura dat grata et tẽpestas fit sedata quieuerũt maria. Ex ipsius tumba manat vnctionis copia. Que infirmos oẽs sanat per ei⁹ suffragia. Nos qui sum⁹ i hoc mũdo victor in pro fundo iã passi naufragia Gloriose nicolae ad salutis portũ trahe vbi pax et gloria. Illã nobis vnctionẽ impetres a dño prece pia. Qui sanauit lesionẽ multorũ peccaminum in maria. Huius festũ celebrantes gaudeant per secula. Et coronet eos christus post vite curricula Amẽ. Euãgeliũ. Sint lumbi vestri precincti et lucer. quere in cõi vnius confessoris ponti. fo. xi. Credo nõ dicitur. Offer. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. Secreta.

Hostia quesumus dñe tuis cõspectib⁹ oblata beati nicolai cõfessoris tui atq; pontificis meritis tibi fiat accepta. Per dñm Memoria de sancto andrea et de aduentu. Cõmunio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantẽ: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcõmunio.

Presta qs domine vt hec dona tua que sumpsim⁹ beati nicolai confessoris tui atq; põtificis precib⁹ in nobis potius augeã tur. Per dominũ. Memoria de sancto andrea et de aduentu. In festo conceptionis beate marie virginis. Si dñica euenerit differat in crastinum. Ad missã. Introit⁹.



Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrãtes sub honore marie virginis de cuius conceptione gaudẽt angeli: et collaudant filium dei. ps Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri et.

Gloria in excelsis deo. Oratio.

Famulis tuis quesum⁹ dñe celestis gratie mun⁹ impartire: vt quibus beate virginis partus extitit salutis exordium: cõceptionis eius votiua solẽnitas pacis tribuat incrementum. Per dominum nostrum iesum christum.

Lectio libri Sapiẽtie. Eccli. xxiiij.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectiõis et timoris: et agnitionis et sancte spei. In me gratia omnis vie et veritatis: in me oĩs spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui cõcupiscitis me: et a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et fauum. Memoria mea: in generatione seculorum. Qui edunt me / adhuc esu-

rient: & qui bibunt me adhuc sitiēt. Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidāt me: vitam eternam habebunt. ℟ Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta est mater saluatoris. ℣. Uirgo dei genitrix quem totus non capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Alleluya. ℣. Conceptio gloriose virginis marie ex semine abrahe concepta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Prosa

Conceptio marie virginis q̄ nos lauit a labe criminis celebratur hodie dies est letitie. De radice iesse propaginis hāc eduxit sol veri luminis manu sapientie sue templum glorie. Stella noua nouiter oritur cuius ortu ortus mors nostra moritur eue lapsus iā restituitur in maria. Ut aurora surgēs progreditur velut luna pulchra describitur super cūctas sol eligitur virgo pia. Uirgo clemēs et virgo vnica virga fuun sed aromatica in te celi mundiq fabrica gloriatur. Te signarunt ora prophetica tibi canit salomon cantica canticorum tebor angelica protestatur. Uerbū patris processu tēporis intra tui secretū corporis in te totū & totū de foris simul fuit Fruct⁹ virēs arētis arboris christus gygas imēsi roboris nos a ne xu funesti pignoris eripuit O mira dulce cōmerciū intra tuū celastis gremiū quo salutis reis remediū indulgetur. O vera spes et vere gaudiū fac post vite presētis stadium ve opeatum in celis brauiū nobis detur. Amē. ℂ Initium sancti



Liber generationis ie su christi filii dauid: filii abrahā. Abrahā genuit isaac: isaac autē genuit iacob. Iacob autē: genuit iudam et fratres eius. Iudas autē: genuit phares & zaram de thamar. Phares autē: genuit esrom. Esrom autem: genuit aram. Aram autem: genuit aminadab. Aminadab autem: genuit naason. Naason autem: genuit salmon. Salmon autem: genuit booz de raab. Booz autem: genuit obeth ex ruth. Obeth autē: genuit iesse. Iesse autē genuit dauid regē. Dauid aūt rex: genuit salomonem ex ea que fuit vrie. Salomō autē: genuit roboā. Roboā autē genuit abyā. Abyas aūt: genuit asa. Asa aūt: genuit iosaphat. Iosaphat aūt: genuit iorā. Iorā aūt: genuit osiā. Osias aūt: genuit ioathan. Ioathā autē: genuit achaz. Achaz aūt: genuit ezechiā. Ezechias aūt: genuit manassen. Manasses autē: genuit amō. Amō aūt: genuit iosyā. Iosyas aūt: genuit iechoniā & fratres eius in trāsmigratiōe babylonis. Et post trāsmigrationē babylonis: iechonias genuit salathiel. Salathiel autē: genuit zorobabel. Zorobabel aūt genuit abiud. Abiud aūt: genuit elyachī. Elyachim aūt: genuit azor. Azor autem: genuit sadoch. Sadoch autem: genuit achim. Achim autem: genuit eliud. Eliud autem: genuit eleazar. Eleazar autem:

genuit mathā. Mathā aūt: genuit iacob. Jacob aūt: genuit ioseph virū marie. De qua nat⁹ est iesus qui vocatur christus. Credo dicit. Offr. Aue maria gratia plena dominus tecū: benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus vētris tui. Secreta.

Nigeniti tui domine nobis succurrat humanitas: vt qui natus de virgine matris integritatem non minuit sed sacrauit: in conceptione eius solennijs a nostris nos piaculis exuēs oblationem nostram tibi reddat acceptam iesus christus filius tu⁹ domin⁹ deus noster. Qui tecū viuit. Prefatio. Eterne. Et te in concep. quere in canone. Cōio. Ozde ā aio christo canam⁹ gloriā. in hac sacra solēnitate pcelse genitricis dei marie. Postcō.

Umpsimus domine celebratis ānue votiua sacramē ta presta quesumus: vt et tēporalis vite nobis remedia prebeant ā eterne. Per dominum nostrum.

In festo sancte Lucie virginis si in dominica euenerit. anticipat ad diē sab. precedentis. Introitus



Ilexisti iusticiam ā odisti iniquitatem ppterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre consortibus tuis. ps Eructauit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri et filio ā spiritui

Gloria in excelsis deo. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate lucie virginis ā martyris tue festiuitate gaudem⁹: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Qui viuis ā.

Memoria de aduentu. Epistola Qui gloriatur in dño. quere in cōi vni⁹ virginis. fo. xiij. Gz. Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatē. D⁹. Propterea vnxit te de⁹ deus tu⁹ oleo letitie. Euāg. Simile est regnū celorū. Quere in cōi virginū. fol. xiiij. nō dz Credo. Offr. Offerentur regi virgines post eā: proxime eius offerentur tibi in leticia et exultatione adducētur in tēplū regi dño. Secta

Irtutum celestiū deus presta quesumus vt sacrificia pro sancte lucie martyris tue festiuitate delata desideriorum nos tēporaliū doceant habere contēptū/ et ambire dona faciant celestium gaudiorum. Per dominū nostrū. Memoria de aduentu. Cōmunio. Diffusa est gratia in labiis tuis ppterea benedixit te deus inetecnū. Postcōio

Eti domine sumpsimus sacramēta celestia: que intercedēte pro nobis btā lucia martyre tua ad vitā nobis proficiāt sempiternā. Per. Memoria de aduētu

Sanctorum martyrum Michalis sociorumq eius. Si dñica euenerit reseruatur ad fer. ij. Et si fe. iiij in ieiunijs euenerit reseruatur ad fer. v. Ad missam. Introitus.

Audeamus omnes in domino diem festū celebrantes sub honore sctorū martyrum de quorū passione gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Gloria patri ā filio ā spūi scto

Gloria in excelsis deo. Oratio.

Eus qui nos concedis sanctorū martyrum tuorū Mi=

chastiq sociorumq eius natalicia co lere: da nobis in eterna beatitudi ne de eorum societate gaudere. Per dominum. Memoria de aduentu. Epistola Sancti per fidem. vt in cōmuni plurimorū mar. folio. vj. Grā. Timete dominum omnes sancti eius quoniam nichil deest timētibus eum V. Inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Allelupa. V. Iudi cabunt sancti nationes et dominabuntur populis et regnabit illorum rex ineternū Prosa. Superne matris. quere in cōi plurimorū mar. f. vij. Euange. Videns turbas iesus: ascendit in. quere infra in cōi plurimor mar. fo. viij. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem & fortitudinē plebi sue bñdict⁹ de⁹. Secre. Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus que pro tuorum tibi grata sint hono re sanctorum & nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum nostrū. Memoria de aduētu. Cōio. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt: beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur: beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum. Postcōio. Presta nobis quesumus do mine intercedentibus sanctis tuis nichasio socijsq eius: vt q ore cōtigim⁹ pura mēte capiam⁹ Per dñm. Memoria de aduentu. ¶ Lazari martyris. Introitus. In virtute tua domine letabitur iustus: et sup salutare tuum exulta bit vehementer desideri um anime eius tribui sti ei. Ps. Quoniam preuenisti eū in bene

dictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Oratio Deus qui per vnigenitum filium tuum beatum lazarum quatriduanum mortuum resuscitasti a monumēto: erige nos de tumulis peccator vt mereamur ad piscei consortium electorum tuorū Per eundem dominum nostrum. ¶ Lectio libri Sapientie. iiij. Iustus si pocupatus fuerit: in refrigerio erit. Senect⁹ enim venerabilis est: nō diuturna neq numero annorum cōputata. Cani autē sunt sensus hominis: et etas senectutis vita imaculata Placens deo factus dilectus: et vi uens inter peccatores translatus est. Rapt⁹ est ne malicia mutaret intellectū illius: aut ne fictio deciperet animam illius. Cōsummatus in breui expleuit tēpora multa Placita enim deo erat anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. populi autem videntes & non intelligentes/nec ponentes in precordijs talia: quoniam gratia dei et misericordia est in sanctos eius: et respect⁹ in electos illius. Responsoriū Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V⁹. Uitam petijt et tribuisti ei longitudinē dierum in seculum seculi. Alla. V⁹. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabūtur omnes recti corde. Prosa. Superne matris gaudia: representet ecclesia. Dū festa colit annua suspiret ad perpetua. In hac valle miserie: mater succurrat filie [illegible]

nobiscum stent in acie. Mundus caro demonia/diuersa mouēt prelia. Incursu tot fantasmatum/ turbat cordis sabbatum. Dies festos cognatio/ simul hec habet odio. Certantqȝ pari federe pacē de terra tollere. Confusa sunt hic oīa/spes/metus/meror/ gaudium. Vix hora vel dimidia: fit in celo silentium. Quam felix illa ciuitas in qua iugis solēnitas. Et ꝙ iocunda curia: que cure prorsus nescia. Nec languor hic/nec senium/ nec fraus / nec terror hostiū: sed vna vox letantium/et vnus ardor cordiū. Illic ciues angelici/ sub gerarchia triplici/ trine gaudent ȝ simplici se monarchie subiji. Mirantur nec deficiunt in illū quem prospiciunt. Fruūtur nec fastidiūt quo frui magis sitiūt. Illic patres dispositi pro dignitate meriti/semota iā caligine lumen vidēt in lumine. Hic sanctus cuiꝰ hodie celebrantur solēnia. Iā reuelata facie regem cernit in gloria. Illic regina virginum: transcendens culmen ordinum. Excuset apud dominum: nostrorum lapsus c[illegible]inum. Nos ad sancto rum gloriā: per ipsius suffragia Post presentem miseriam: christi perducat gratia. Amen.

Secundum Marcum. xiij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uidete/ vigilate/et orate. Nescitis enim quan do tēpus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit domū suā et dedit seruis suis potestatem cuiusqȝ operis: et ianitori precepit vt [illegible]

enim quando dn̄s domus veniat. Sero/an media nocte / an gallicantu/ an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes Quod autem dico vobis: omnibꝰ dico vigilate. Offr. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam ȝ magnū decorē impones super eū dn̄e. Secreta.

Hanc oblationem dn̄e quesumus propitius respice: ȝ meritis famuli tui lazari qui tibi dilectus extitit vt tāti mysterij sacramentis simus idonei et omniū delictorū sordibꝰ expurgemur. Per eūdem dominū. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnū decorē impones sup eū dn̄e. Postcōio

Quibus dignatus es domine largire salutiferum munus corporis et sanguinis tui interueniente glorioso martyre tuo atqȝ pontifice lazaro tribue propitius dona lucis perpetue. Qui viuis et regnas.

Gregorij epi antiꝰ. mēo. Oratio

Da quesumus omnipotens deus vt beati gregorij confessoris tui atqȝ pontificis venerā da solennitas et deuotionē nobis augeat et salutem. Per. Secreta.

Sancti tui nos quesumus domine vbiqȝ letificēt vt dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. Per do. Postcōio.

Presta quesumus omnipotens deus vt de perceptis muneribus gratias exhibētes beneficia potiora sumamꝰ. Per dominum nostrum iesum christum.

Sancti thome apostoli. si dominica euenerit reseruatur ad feriā [illegible]


Michi autẽ nimis honorati sunt amici tui deus nimis cõfortatꝰ est principatus eorum. Ps. Domine probasti me ꝙ cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meam et resurrectionem meam. Gloria patri et filio. Gloria in excelsis deo. Oratio.
Da nobis quesumus domine beati apostoli tui thome solennitatibꝰ gloriari: vt eius semper ꝙ patrocinijs subleuemur/et fidem congrua deuotione sectemur. Per dominum. Mẽo. de aduentu. Epistola. Jam non estis hospites. quere in cõi apostolorũ. fo. j. Rñ. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorũ. Vꝰ. Celi enarrant gloriam dei et opera manuũ eius annunciat firmamentum. Alla. V. Nimis honorati sũt amici tui deus nimis cõfortatus est principatus eorum. Prosa. Clare sanctorum. in cõi apostolo. fol. j. Secundum Johãnem. xx.
In illo tẽpore. Thomas autem vnus de duodecim qui dicitur didimus: non erat cum eis quando venit iesus. Dixerũt ergo ei alij discipuli. Uidimus dominũ. Ille autẽ dixit eis. Nisi videro in manibꝰ eius fixuram clauorum/ et mittam digitum meum in locũ clauorum ꝙ mittam manũ meã in latus eius: non credã. Et post dies octo iterũ erant discipuli eius intus: et thomas cum eis. Uenit iesus ianuis clausis: et stetit in medio et dixit. Pax vobis. Deinde dixit thome. Infer digitum tuũ huc et vide manꝰ meas et affer manũ tuam et mitte in latus meum: et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas: et dixit ei. Dominus meus et deus meus. Dixit ei iesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati qui non viderũt: ꝙ crediderunt. Credo dicitur. Offer.
Constitues eos principes super omnem terram memores erunt nominis tui domine in omni ꝑgenie et generatiõe. Secre.
Debitum domine nostre reddimus seruitutis suppliciter exorantes/vt suffragijs beati thome apostoli in nobis tua munera tuearis cuius honorando cõfessionem laudis tibi hostias immolamus. Per. Mẽo. de aduentu. Prefatio. Te suppliciter. quere supra ante canonẽ. Cõio. Mitte manum tuam et cognosce loca clauorum alleluya. et noli esse incredulus sed fidelis alleluya alleluya. Postcõmunio.
Conserua dñe populum tuũ ꝙ quẽ sanctorum tuorũ presidijs non desinis adiuuare: perpetuis tribue gaudere remedijs. Per dominum. Memoria de aduentu.
Alia vero festa que eueniũt post natiuita. dñi vsqꝫ ad octa. epypha. quere supra post dictam natiuitatem domini. Sancti hylarij epi et confessoris. Introitus
Statuit ei dominꝰ testamẽtum pacis ꝙ pricipem fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternũ. Ps. Misericordias domini: ineternum cantabo. Gloria patri et. Gloria in excelsis deo. Oratio.
Da quesumus omnipotens deus vt beati siluestri con=

fessoris tui atque pontificis venerã da solennitas et deuotionẽ nobis augeat et salutem. Per do. Epła. Ecce sacerdos magnus. quere in cõmuni pontificum folio .x. Rn. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Vitam petiit et tribuisti ei longitudinẽ dierum in seculum seculi. Alła. V. Sacerdotes tui domine induantur iusticiam et sancti tui exultent in eternum. Euang. Sint lũbi. quere in cõi pontificũ fol. xi. Offr. Veritas mea et misericordia mea cũ ipso et in noie meo exaltabit cornu ei⁹. Secreta Sancti tui nos quesumus domine vbique letificent: vt dum eorum merita recolimus patrocinia sentiam⁹. Per dominũ. Cõio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dñs supra familiam suam vt det illis in tempore tritici mensurã. Postcõio. Presta quesumus omnipotẽs deus vt de perceptis muneribus gratias exhibẽtes beneficia potiora sumamus. Per dñm.

¶ Eodẽ die. Sancti felicis in pincis presbyteri et mar. Introitus.



Os iusti meditabit sapiẽtiam et lingua eius loquetur iudicium lex dei eius in corde ipsius. alła alleluya alleluya. Ps Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris faciẽtes iniquitatem. Gloria patri. Nõ di Gloria in excelsis. Oratio. Concede quesumus omnipotens deus vt ad meliorẽ vitam sanctorum tuorum exempla nos prouocent quatinus quorum solẽnia agimus: etiam actus imitemur. Per dominũ nostrũ. Epła. Justus si morte preoccupatus. in cõi vnius martyris. fo. iii. R. Iurauit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinẽ melchisedech V. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Alła. V. Disposui testamẽtum electis meis iuraui dauid seruo meo ¶ Secundum Lucam. x.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Qui vos audit: me audit. Et q̃ vos spernit: me spernit. Qui autẽ me spernit: spernit eum qui me misit. Reuersi sũt autem septuagintaduo cum gaudio dicentes. Dñe etiam demonia subiiciũtur nobis: in nomine tuo. Et ait illis. Videbã sathanã: sicut fulgur de celo cadẽtẽ. Ecce dedi vobis potestatẽ calcandi super serpẽtes et scorpiones: et supra omnem virtutẽ inimici: et nichil vobis nocebit. Verũtamẽ in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciũtur. Gaudete autem: q2 nomina vestra scripta sunt in celis. Offr. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarũ domine Secreta. Hostias tibi domine beati felicis cõfessoris tui dicatas meritis benign⁹ assume: et ad perpetuũ nobis tribue prouenire subsidium. Per dominũ nostrũ iesum. Cõio. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso. Postcõio. Quesumus domine salutaribus repleti mysteriis vt cuius solennia celebramus: ei⁹ orationibus adiuuemur. Per dominum nostrum iesum.

¶ Mauri abbatis mẽo. Oratio.

Intercessio nos quesumus domine beati mauri abbatis commẽdet: vt quod nostris meritis non valem⁹/eius patrocinio assequamur. Per dñm. Secreta.

Sacris altarib⁹ domine hostias superpositas beatus maurus confessor tuus et abbas/ in salutem quesumus nobis prouenire deposcat. Per dñm. Postcõ.

Protegat nos quesumus domine cum tui perceptiõe sacramenti beatus maurus confessor tuus et abbas/pro nobis intercedendo: vt et conuersationis eius experiamur insignia & intercessionis ipsius percipiamus suffragia Per dominũ. Et q voluerit dicere missã de ipso: dicat vt inuenitur in cõi

Marcelli pape et mar. Offm.

Statuit ei domin⁹ testamẽtum pacis et principem fecit eũ vt sit illi sacerdotij dignitas ineternũ. Ps. Misericordias domini: ineternum cantabo. Gloria patri et. Nõ dr Gloria in excelsis. Oratio.

Preces populi tui quesum⁹ domine clementer exaudi: vt beati marcelli martyris tui atq pontificis meritis adiuuemur: cuius passione letamur. Per dñm

Lectio epistole beati Pauli apostoli. Ad Hebreos. xiij.

Fratres. Doctrinis varijs et peregrinis nolite abduci Optimũ est enim gratia stabilire cor: nõ escis que non profuerũt ambulantibus in eis. Habemus altare de quo edere non habẽt potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro pctõ per pontificẽ in sancta: horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & iesus vt sãctificaret per suũ sanguinem populũ: extra portam passus est. Exeamus igitur ad eũ extra castra: improperium eius portantes Non enim habemus hic manentẽ ciuitatem: sed futurã iquirimus. Per ipsũ ergo offeramus hostiam laudis semper deo: id est fructũ labiorũ cõfitentiũ nomini eius. Beneficiẽtie autẽ et cõmunionis nolite obliuisci. Talibus eni hostijs promeretur deus. R. Inueni dauid seruum meum oleo sancto vnxi eum. man⁹ enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confirmabit eum. V⁹. Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non nocebit eũ. Alla. V. Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo vnxi eum. Euã. Homo quidã peregre proficiscens quere in cõi pontificũ. fo. xj. Offr.

Ueritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exultabitur cornu eius. Secreta.

Suscipe quesum⁹ domĩe munera tibi dignanter oblata: et beati marcelli suffragãtib⁹ meritis ad nostre salutis auxiliũ prouenire concedas. Per dñm. Cõio.

Domine quinq talẽta tradidisti michi: ecce alia quinq superlucratus sum: euge serue & fidelis quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuam muneribus sacris eius quesumus semper interuentione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per dominum nostrum.

¶Anthonij abbatis. Introitus.



Os iusti meditabit sapientiã et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius alle. alleluya alleluya. Ps. Noli emulari in malignantibus: neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. Gloria pa. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui concedis obtentu beati anthonij confessoris tui morbidum ignem extingui et membris egris refrigeria prestari fac nos propitius ipsius meritis a gehenne incendijs liberatos integros mente et corpore tibi feliciter in gloria presentari. Per dñm. vel dicitur oratio. Intercessio.

Memoria sãctorũ geminorũ. Orõ

Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorũ speusipi eleusipi et meleusipi natalicia colere: da nobis i eterna beatitudine de eorũ societate gaudere. Per dominũ. Epistola. Iustus cor suum. quere in cõi cõfes. nõ põ. fol. xij. Grã. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. Alleluya. ℣. Vox de celo ad beatum anthonium facta est qm̃ viriliter dimicasti ecce ego tecum sum et faciam te in toto orbe nominari. Euange. Nemo accendit lucer. quere in cõi confessoris nõ põti. folio. xiij. Non dr Credo. Offer. Iustus vt palma florebit sicut cedrus que in libano est multiplicabitur. Secreta.

Sacrificium nostrum quesumus domine benignus intẽde quo sicut beati anthonij precibus cruciatus temporales sanare nõ desinis: ita erui misericorditer impetremꝰ ab eternis. Per.

¶Sãctorum geminorũ. Secreta.

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus que pro tuorum tibi grata sint honore sanctorũ et nobis salutaria te miserante reddantur. Per dominum. Cõio. Fidelis seruus et prudens quem constituit dñs super familiam suam vt det illis in tẽpore tritici mẽsurã. Postcõio.

Prosit nobis quesumus domine ad salutem sacri muneris oblatio per quam beati anthonij fulti suffragio exẽplo ipsiꝰ omnia tela nequissimi ignea extinguentes sanctorũ mereamur adiungi consortio. Per dominum.

Sanctorũ geminorũ. Postcõio.

Presta nobis quesumus domine intercedentibus sanctis tuis speusipo / eleusipo: ꝫ meleusipo vt que ore contigimus pura mente capiamus. Per dominũ

¶Nota ꝙ festa sequẽtia possunt euenire ante et post septuagesimã vsqꝫ ad festũ cathedre sancti petri

¶Prisce virginis. Introitus



Loquebar de testimonijs tuis i cõspectu regum et non confundebar: et meditabar in mãdatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini. Gloria patri et filio. Nõ dr Gloria in excelsis. Oratio.

Da quesumus omnipotens deꝰ: vt qui beate prisce martyris tui natalicia colimus et au-

nua solennitate letemur et tante fidei proficiamus exẽplo. Per do. Epistola. Qui gloriatur in domino. querere in cõi virginũ. fol. xiiij. R. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. V. Diffusa est gratia in labijs tuis propterea benedixit te deus ineternum. Euange. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro querere in cõi virginũ. fo. xiiij. Offer. Filie regũ in honore tuo astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate Secreta.

Hostia q̃s dñe quã sanctorũ tuorum natalicia recensentes offerimus: et vincula nostre prauitatis absoluat/ et tue nobis misericordie dona conciliet. Per do. Cõio. Feci iudicium et iusticiam dñe non calumniantur michi superbi: ad omnia mandata tua dirigebar omnem viam iniquitatis odio habui. Postcõmunio

Quesumus domine salutaribus repleti mysterijs: vt cuius natalicia celebramus eius orationibus adiuuemur. Per dñm.

¶ Marii et marthe. Oratio.

Exaudi domine populum tuum cum sanctorum tibi patrocinio supplicantem: vt et temporalis vite nos tribuas pace gaudere: et eterne reperire subsidium Per dominum nostrum. Secreta.

Preces domine tuorum respice oblationesq; fidelium vt et tibi grate sint pro tuorum festiuitate sanctorum & nobis conferãt tue propitiatiõis auxilium. Per dominũ nostrum. Postcõio.

Sanctorum tuorum domine intercessione placatus presta quesumus vt que temporali celebramus actiõe/ perpetua saluatione capiamus. Per dominum.

¶ Sanctorũ fabiani et sebastiani martyrũ. Ad missã. Introitus.



Intret in conspectu tuo dñe gemitus cõpeditorũ: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum: vindica sanguinẽ sanctorum tuorum qui effusus est. Psalmus. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerũt templum sanctum tuum posuerũt hierusalem in pomorum custodiã. Gloria patri et filio et spũi. Gloria in excelsis deo dicitur. Iste orones dñr addnũ Per dñm.

Infirmitatem nostram respice ops deus: & q2 pondus proprie actionis grauat: beati fabiani martyris tui atq; põtificis intercessio gloriosa nos protegat

Deus qui beatum sebastianum martyrem tuũ virtute cõstantie in passione roborasti: ex eius nobis imitatiõe tribue pro amore tuo prospera mũdi despicere & nulla eius aduersa formidare. P. Epistola. Sancti per fidem vice. querere in cõi plurimorũ martyrũ. fo. vj. Rñ. Gloriosus deus in sanctis suis: mirabilis in maiestate faciens prodigia. V. Dextera tua domine glorificata est in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicum. Alleluya. V. Sãcti tui domine benedicent te: gloriam regni tui dicent. Si in. lxx. euenerit dr Tractus.

Qui seminãt in lachrimis in gaudio metent. V. Euntes ibãt et fle-

bant mittentes femina sua. V. Venientes autem venient cum exultatione poꝛtātes manipulos suos. Euangeliū. Descen dens iesus de monte. quere in cōi plurimoꝛū martyꝛū. fo. viij. Offer. Letamini in domino et exultate iusti et gloꝛiamini omnes recti coꝛde. Secreta.

Hostias tibi domine beati fa-biani martyris tui dicatas meritis benignꝰ assume: et ad per petuū nobis tribue puenire sub sidium. Alia. Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domine nostra deuotio: et eius nobis fiat supplicatione salu taris pꝛo cuius solēnitate defert. Per dominum. Cōio. Multitudo languentium et qui vexabantur a spiriti-bus immundis veniebant ad eum quia vir tus de illo exibat ꝫ sanabat oēs. Postcō.

Refecti participatione mune ris sacri quesumus domine deus noster: vt cuiꝰ exequimur cul tum sentiamus augmentum.

Item Alia Postcōmunio.

Sacro munere saciati suppli ces te domine depꝛecamur. vt quod debite seruitutis celebꝛamꝰ officio: intercedēte beato sebastia no martyꝛe tuo saluationis tue sē tiamus augmētum. Per dominū.

¶ In festo sācte agnetis virginis et martyꝛis. Ad missā. Introitus



Me expectauerūt pec catoꝛes vt perderēt me testimonia tua domine intellexi ōis cōsummationis vi-di finem latum mā datum tuum nimis. Ps. Beati imma culati in via: qui ambulant in lege dñi. Gloꝛia in excelsis deo. Vr. Oratio

Omnipotens sempiterne deꝰ qui infirma mundi eligis vt foꝛtia queqꝫ confundas: concede pꝛopicius vt qui beate agnetis vir ginis et martyꝛis tue solennia co limus: eiꝰ apud te patrocinia sen-tiamus. Per dominum. Epistola. Qui gloꝛiatur in dño. quere in cōi vnius virginis fo. xiij. R. Diffusa est gratia in labijs tuis: pꝛopterea benedi-xit te deus ineternum. V. Propter veritatē et mansuetudinē et iustitiā et deducet te mi rabiliter dextera tua. Alleluya. Vꝰ. Beata agnes virgo respuens mundum le-taberis cum angelis intercede pꝛo nobis. Pꝛosa si ante lxx. euenerit.

Animemur ad agonem re-colentes passionem glo-riose virginis. Contrectantes sa crum floꝛem respiremus ad odoꝛē resperse dulcedinis. Pulchꝛa pꝛu dens et illustris iam duobꝰ agnes lustris addebat triennium. Pꝛo-les amat hanc pꝛefecti sed ad eius virgo flecti respuit arbitriū. Mi-ra vis fidei mira virginitas mira virginei coꝛdis itegritas. Sic dei filius nutu mirabili se mirabiliꝰ pꝛodijt in fragili. Läguet amās cubat lecto languoꝛ notus fit pꝛe fecto maturat remedia. Offert multa/spondet plura periturus pe ritura sed vilescunt omnia. Qu-dam pstituit pꝛeses flagitijs quā chꝛistus induit comarū fimbꝛijs stolaqꝫ celesti. Celestis nuncius a stitit pꝛopius cella libidinis fit lo-cus luminis turbāt incesti. Cecꝰ amās indignatur ꝫ irrūpēs pꝛefo cat a maligno spū. Luget pater lugēt cuncti roma fleuit p defūcti iuuenis itreitu Suscitat ab agne

te: turba fremit indiscrete / rogum parant virgini. Rogus ardens reos urit in furentes flamma furit dans honorem numini. Grates agnes salvatori guttur offert her liticori nec ad horam timet mori puritatis cõscia. Agnes agni salutaris stãs ad dextrã gloriaris: et parentes consolaris invitans ad gaudia. Ne te flerent ut defunctã iam celesti sponso iunctã: qui sub agni forma suã revelavit atque tuã virginitatis gloriã. Nos ab agno salutari nõ permitte separari: cui te totã cõsecrasti cuius ope tu curasti / nobilẽ cõstantiã. Vas electũ vas honoris: incorrupti flos odoris / angelorũ grata choris honestatis atque pudoris: formam prebens seculo. Palma fructus triũphali flore vernans virginali: nos indignos speciali / fac sãctorũ generali: vel subscribi titulo Amen. Si autẽ in lxx. euenerit Alleluya non dicitur. nec prosa: sed dicit Tractus.

Qui seminant in lachrymis in gaudio metent. V. Euntes ibant et flebant: mittentes semina sua. V. Venientes autẽ venient cũ exultatione portantes manipulos suos. Evangeliũ. Simile est regnũ celorũ decem virginibus. que re in cõi. so. virgi. so. xiij. Credo nõ dicit nisi do. eue. Offer. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Hostias dñe quas tibi offerimus propicius suscipe: et intercedẽte beata agnete martyre tua vincula peccatorũ nostrorũ absolue. Per dñm. Dicit prefa. Quia per incarnati. nisi lxx. impediat. Et hac regula observabis in oibus festis duplicibus a nati. dñi usque ad purifi. Cõio. Quinque prudentes virgines acceperũt oleum in vasis suis cum lãpadibus: media autẽ nocte clamor factus est: ecce spõsus venit / exite obviã xpo dño. Postcõio

Refecti cibo potuque celesti deus noster te supplices exoramus: ut in cuius hec cõmemoratione percepimus: eius muniamur et precibus. Per. Sancti vincentii martyris. Ad missam Introitus.



Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabũtur omnes recti corde. Ps. Exaudi deus orõnem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animã meã. Gloria pa.

Gloria in excelsis. Oratio.

Adesto qs dñe supplicationibus nostris: ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beati vincentii martyris tui intercessiõe liberemur. Per do.

Ad Thimotheum. ij. ij.

Karissime. Memor esto dñz iesũ xpm resurrexisse a mortuis ex semine david scdm euãgeliũ meũ in quo laboro usque ad vincula quasi male operãs: sed verbũ dei nõ est alligatũ. Ideo oia sustineo propter electos: ut et ipsi salutẽ cõsequãtur que est in xpo iesu cum gloria celesti. Tu autẽ assecutus es meã doctrinã: institutionẽ / propositũ / fidẽ / lõganimitatẽ / dilectionẽ patientiã / persecutiões / passiones qualia michi facta sũt anthiochie yconio / listris / quales persecutiones sustinui: et ex omnibus eripuit me dñs. Et oẽs qui volũt pie vivere in xpo iesu: persecutionẽ patiẽtur.

℟. Posuisti domine super caput eius: coronã de lapide precioso. ℣. Desideriũ anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Alleluya. ℣. Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Prosa.

Martyris egregij triũphum vincẽtij: celebrat ecclesia. Qui certãti prefuit vires arma pbuit: regi laus et gl'ia. Hic etate viridis daciani presidis: currit ad ptoria. Verbũ verbo redditur de fide cõstruitur: grãdis ꝯtrouersia. Nil ait vincẽtius nostra fide verius: ego sum xp̃icola. Deũ vnũ astruo deos p̃les respuo: nõ deos sed ydola. Te minantẽ rideo te parcentẽ doleo: seui torque lania. Preses ira tumidus tãq̃ fera rapidus: intendit supplicia. Torquet in eculeo/ sublimatũ ferreo: pena sub diutina. Raptus a patibulo claudit ergastulo: teste sup fragmina. Testarũ asperitas flor fit suauitas celo datur aĩa. Bestijs exponit vidẽt stupent fungitur: alitis custodia. Mari naute dederãt perdito tripudiãt sed iã tenet littora. Hic vbiq; victor est celo terra potẽs est gaudeat ecclesia. Dies hec vectorie dies est letitie nobis dãs solennia. Tuo martyr sãguine culpas nr̃as ablue reddẽs prima gaudia. Amẽ. Si in .lxx. eue. dicit Tractus.

Desideriũ anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius nõ fraudasti eum. ℣. Quoniã preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius coronã de lapide p̃cioso. vt Tr.

Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ bñdicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius et iusticia eius manet in seculũ seculi.

Secũdum Johannem. xij.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amẽ amẽ dico vobis Nisi granũ frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fuerit: ipsum solũ manet. Si aũt mortuũ fuerit: multũ fructũ affert Qui amat aĩam suã perdet eã. Et q̃ odit aĩam suã ĩ hoc mũdo: ĩ vitã eternã custodit eã. Si q̃s michi mistrat: me sequat. Et vbi sum ego: illic et minister meus erit. Si q̃s michi ministrauerit: honorificabit eũ pater meus: qui est ĩ celis. Credo dicit et ĩ octa. Offr. Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eũ super opera manuũ tuarũ dñe. Secreta.

Muneribus nostris quesumus dñe precibusq; susceptis: et celestibus nos mũda mysterijs/ et clementer exaudi. Per dominũ. Cõmunio. Qui vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suã et sequatur me. Postcõmunio.

Quesumus omnipotẽs deus: vt qui celestia alimẽta percepimus: intercedẽte btõ vincẽtio martyre tuo: per hec cõtra oĩa aduersa muniamur. Per do. Notãdũ est q̃ de sctõ vincẽtio fiũt octa. nisi lxx. impediat. Emerentiane virginis memoria. Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate emerẽtiane virginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dñm. Secreta.

Accepta tibi sit dñe sacrate plebis oblatio: p tuorũ honore sanctorũ: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit

auxiliū. Per dñm. Postcōmunio.
SAtiasti domine familiam tuā muneribus sacris: eius q̄s semp interuētione nos refoue: cuius solennia celebramꝰ Per do.

¶ In cōuersione sc̄ti pauli. Offiū.
LEtemur omnes in domino hodiernuz diem solēniter celebrantes qua beatꝰ paulus cōuersione sua presentem mūdum decorauit. Ps. Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam et resurrectionem meam. Gloria pa.
Gloria in excelsis deo. Oratio.
DEus qui vniuersum mūdū beati pauli apostoli tui predicatione docuisti. da nobis quesumus vt qui eius hodie cōuersionē colimꝰ: per eius ad te exempla gradiamur. Per do. ¶ Sequitur memoria preiecti marty. Oratio.
MArtyris tui preiecti q̄s dñe interuētio nos gloriosa cōmendet: vt quod nostris meritis non meremur: eiꝰ precibꝰ cōsequamur. Per do. ¶ Item memo. sācti vincentij. vt supra. ¶ Lectio actuū apostolorum. nono capitulo.
IN diebus illis: Saulus adhuc spirās minarū et cedis in discipulos dñi: accessit ad principē sacerdotū ⁊ petijt ab eo eplās in damascū ad synagogas vt si quos inuenisset huiꝰ vie viros ac mulieres vinctos pduceret in hierusalē. Et cū iter faceret: cōtigit vt appropinquaret damasco. Et subito circunfulsit eū lux de celo: ⁊ cadēs in terrā audiuit vocē dicētē sibi. Saule saule: q̄d me psequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sū iesus nazarenꝰ quē tu psequeris. Durū est tibi cōtra stimulū calcitrare Et tremēs ac stupēs: dixit. Dñe q̄d me vis facere? Et dñs ad eū. Surge ⁊ ingredere ciuitatē: ⁊ ibi dicet tibi q̄d te oporteat facere. Uiri aūt illi q̄ comitabātur cū eo stabāt stupefacti: audiētes quidē vocem. neminē aūt videntes. Surrexit autem saulꝰ de terra: apertisq; oculis nichil videbat. Ad manꝰ autē illū trahētes: introduxerūt damascū. Et erat ibi tribꝰ diebꝰ nō vidēs: ⁊ non manducauit neq; bibit. Erat aūt quidā discipulꝰ damasci noīe ananias. Et dixit ad illū ī visu dñs. Anania At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad eū. Surge vade in vicū q̄ vocat rectus: ⁊ quere in domū iude saulum noīe tharsensē: ecce enī orat. Et vidit virū ananiā noīe introeuntē et imponētē sibi manꝰ: vt visum recipiat. Rñdit aūt ananias. Dñe audiui a multis de viro hoc q̄nta mala sc̄tis tuis fecerit in hierusalē: et hic habet potestatē a pricipibꝰ sacerdotū alligādi oēs qui inuocant nomē tuū. Dixit aūt ad eū dñs. Uade q̄m vas electiōis michi est iste: vt portet nomē meū corā gentibꝰ ⁊ regibꝰ et filijs israel. Ego enī ostēdam illi q̄nta oporteat eū pro nomine meo pati. Et abijt ananias ⁊ introiuit in domū: ⁊ imponēs ei manus dixit. Saule frater: dñs iesus misit me q̄ apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas et iplearis spiritu sancto. Et cōfestim ceciderūt ab oculis eius tāq̄ squame: et visum recepit. Et surgēs baptizatus est. Et cum accepisset cibū confor-

tatus est. Fuit aūt cum discipulis qui erāt damasci per dies aliquot. Et cōtinuo īgressus synagogam predicabat illis iesum: qm̄ hic est filius dei. Stupebāt autē oēs qui eū audiebāt: et dicebāt. Nōne hic est q̄ expugnabat in hierusalē eos qui inuocabāt nomen istud? Et huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotū. Saulus autem multomagis cōualescebat et cōfundebat iudeos qui habitabāt damasci: affirmās qm̄ hic est christus. ℟. Qui operatus est petro in apostolatum operatus est et michi inter gētes: et cognouerūt gratiam dei que data est michi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alleluya. ℣. Egregie paule dei doctor gentiū: propagator es diuinorum preceptorum.

Si lxx. euenerit dicitur Tractus.

Tu es vas electionis sancte paule apostole vere digne es glorificandus. ℣. Predicator veritatis et doctor gentium ac populorum. ℣. Per te omnes gentes cognouerunt gratiam dei. ℣. Intercede pro nobis ad deum qui te elegit.

Secundum Mattheum. xix.

In illo tempore. Dixit symō petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis: q̄ vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim iudicātes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum aut fratres/ aut sorores/ aut patrem/ aut matrem/ aut vxorem/ aut filios/ aut agros: propter nomen meum centuplum accipiet: et vitam eternam possidebit. Credo non dicitur nisi fuerit dominica. Offertorium

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Apostoli tui pauli precibus domine quesumus plebis tue dona sanctifica vt que tibi grata sunt instituta: gratiora fiāt patrocinio supplicantis. Per dn̄m.

Preiecti martyris. Secreta.

Suscipe dn̄e propicius orōnem nostrā cū oblatiōibus hostiarū suppositis: et martyris tui preiecti dep̄catiōe pietati tue pfice benignus acceptas: et illā q̄ in eo flagrauit fortē dilectionē ī nobis benignus aspira. P d. Prefacio. Te dn̄e suppliciter exorare. q̄re ante canonē. Cōio. Amen dico vobis q̄ vos qui reliquistis oīa et secuti estis me: centuplū accipietis et vitā eternā possidebitis. Postcō.

Satiasti nos domine salutari mysterio: quesumus vt pro nobis eius non desit oratio: cuius donasti patrocinio gubernari. Per do.

Preiecti marty. Postcō.

Votiua dn̄e pro beati martyris tui preiecti passione dona percepimus q̄s. vt eius precibus et presentis vite nobis pariter et eterne tribuas conferre subsidiū. Per dominum.

Policarpi martyris et paule vidue memo. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui in sanctorum tuorū cordibus flammam tue dilectiōis accendis: da mentibus nostris eandem fidei et charitatis virtutem: vt quorum gaudemus triumphis proficiamus exēplis. Per do. Secre.

Salutari sacrificio domine populus tuus semper exultet:quo et debitus honor sanctis exhibetur/ et sanctificationis tue munus acquiritur. Per do. Postcõ.

Celebrantes domine mysteria que pro sanctorum tuorum beata solennitate peregimus: ipsorum nobis quesumus fiant intercessione salutaria: quorum natalicijs sunt exultãter impleta. Per dominum. ¶ Agnetis secundo. Ad missam Introitus.



Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducẽtur regi virgines post eã: proxime eius adducentur tibi in leticia et exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gl'ia pa. O Sia i excel. Orõ.

Deus qui nos annua beate agnetis virginis et martyris tue solẽnitate letificas: da quesumus vt quã veneramur officio: etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per dñm. Epistola. Sapientia vincit maliciam. Gre in cõi virgi. fo. xiiij. R. Specie tua et pulchritudine tua: intende prospere procede et regna. V. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam: et deducet te mira biliter dextera tua. Alleluya. V. Beata agnes virgo respuens mundum letaberis cum angelis: intercede pro nobis. Et si cadat in lxx. dicitur Tractus. Diffusa est. quere in cõi. vgi. fol. xiiij. Euangelium. Simile est regnum celorum thesauro abscondito. que re in cõi virgi. fo. xiiij. Offertoriũ. Diffusa est gratia in labijs tuis: propte rea benedixit te deus in eternum et in seculum seculi. Secreta.

Super has quesumus domine hostias benedictio copiosa descendat:que et sanctificationem nobis clementer operetur. et de sancte agnetis virginis et martyris tue solennitate nos letificet. Per dominum. Cõio. Simile est regnum celorum homini negociatori querẽti bonas margaritas:inuenta vna preciosa margarita dedit omnia sua et comparauit eam. Postcommunio.

Sumpsimus domine celebritatis annue votiua sacramenta. presta quesumus: vt et temporalis vite nobis remedia prebeant et eterne. Per dominum nñm.

¶ In octauis sancti vincentij fiet in die. sed prosa non dicitur.

¶ Aldegundis virgi. mẽo. Oratio

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate aldegundis vginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dñm. Secreta.

Accepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum. Postcommunio.

Satiasti domine familiam tuã muneribus sacris: eius quesumus interuentione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per dominum nostrum iesum. xc.

¶ Saturnini/cyrilli/victoris martyrum memoria. Oratio.

Deus q̃ nos cõcedis sanctorũ martyrum tuorũ saturnini/cyrilli/et victoris natalicia cole-

re:da nobis in eterna beatitudine de eorũ societate gaudere. P. Scr.

M Unera tibi dñe nostre deuotiõis offerim⁹: que p tuorũ tibi grata sint honore sanctorum et nobis salutaria te miserãte reddantur. Per dominum. Postcõio.

P Resta nobis quesumus domine intercedentibus sanctis tuis saturnino/tyrso/et victore: vt que ore cõtigimus/pura mẽte capiamus. Per dominum no.

In vigil. purifica. beate marie virginis nisi septuage. eue. Offiñ.

P Uer nat⁹ est nobis et filius dat⁹ est nobis. cuius imperiũ sup humerũ ei⁹: ꝛ vocabitur nomen ei⁹ magni consilij angelus. Ps. Cãtate dño cãticũ nouũ: quia mirabilia fecit. Glia patri. G loria in excelsis dicitur. Oratio.

D Eus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti: tribue q̃s/vt ipsã pro nobis intercedere sentiam⁹: p quã meruimus auctorem vite suscipere: dñm nrm iesum xpm filiũ tuũ. Qui tc.

Ignacij et brigide memo. Orõ.

O Mnĩps sempiterne de⁹ qui in sanctorũ tuorũ cordib⁹ flãmam cue dilectiõis accẽdis: da mẽtib⁹ nostris eandẽ fidei ꝛ charitatis virtutẽ: vt quorum gaudemus triũphis proficiam⁹ exẽplis. Per dominum. Lectio epistole beati Pauli apostoli. Ad titum. iij

C Harissime. Apparuit benignitas ꝛ humanitas saluatoris nostri dei. Nõ ex operibus iusticie que fecim⁹ nos: sed secũdum suã miam saluos nos fecit. Per lauacrũ regeneratiõis ꝛ renouationis spiritus sancti/ quem effudit in nos abũde per iesum xpm saluatorem nostrum. Ut iustificati grã ipsius: heredes sim⁹ secũdũ spem vite eterne. In christo iesu: dño nro.

R. V iderũt omnes fines terre/ salutare dei nostri. iubilate deo omnis terra V. Notum fecit dñs salutare suũ: ante cõspectũ gentiũ reuelauit iusticiã suã. A lla. V. Dies sanctificat⁹ illuxit nobis: venite gẽtes et adorate dñm: quia descendit lux magna sup terrã. Prosa. Letabũd⁹. q̃re in .ij. miss. nati do. Scdʒ Lucã. ij.

I N illo tempore. Pastores loquebãtur ad inuicẽ. Trãseamus vsq3 bethleem: et videamus hoc verbũ quod factũ est/ quod fecit dñs ꝛ ostẽdit nobis. Et venerũt festinãtes: ꝛ inuenerũt mariã ꝛ ioseph/et infantẽ positum in presepio. Uidentes autẽ cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et oẽs qui audierãt mirati sunt: et de his que dicta erant a pastorib⁹ ad ipsos. Maria autẽ cõseruabat omnia verba hec: cõferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificãtes et laudãtes deum/ in omnib⁹ que audierant ꝛ viderant: sicut dictum est ad illos.

Offertoriũ. T ui sunt celi ꝛ tua est terra: orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti: iusticia et iudicium preparatio sedis tue. Secreta.

M Uneribus nostris q̃s dñe precibusq3 susceptis: ꝛ celestib⁹ nos mũda mysterijs ꝛ clemẽter exaudi. P. Ignatij ꝛ brigide. Scr.

S Alutari sacrificio dñe ppls tu⁹ semp exultet: quo et dedi

tus honor sanctis exhibetur: & san ctificationis tue munus acquiritur Per do. Cōio. Viderūt oēs fines terre salutare dei nostri. Postcōmunio.

Hec nos communio dñe pur get a crimine: & intercedēte beata dei genitrice maria celestis remedij faciat esse consortes. Per eūdē. Ignatij et brigide. Postcō.

Celebrātes dñe mysteria que pro sanctorū tuorū beata so lēnitate peregimus: ipsorum nobis q̄s fiant intercessiōe salutaria: quorum natalicijs sūt exultauter impleta. Per do. In die purificatio. beate marie bñdictio cādelarū. Dñs vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oremus.

Adesto supplicationibus nostris omps deus: & has cāde las tua bñ✠dictiōe perfunde qua tinus fidelis populus eas in mani bus portās: nō solū exteriori lumi ne gaudeat: sed cecitate cordis ex pulsa sic lumē quod interius lucet apprehendat: vt nūq̄ a via verita tis oberret. Per do. Alia oratio.

Omnipotēs sēpiterne deus: qui hodierna die vnigenitū tuū vlnis sancti symeonis in sancto tē plo tuo suscipiēdū presentasti: tuā supplices deprecamur clemētiā: vt has cādelas quas nos famuli tui in tui nois magnificētia: suscipiē tes gestamus bñ✠dicere & sancti✠ ficare atq̄ lumine superne bñdictio nis accēdere digneris: quatinus eas tibi dño deo nostro offerēdo digni & sācti igne dulcissime tue clarita tis accēsi in tēplo sācto glorie tue re presentari mereamur. Per eundē. Tūc aspgat eas sacer. aqua bñ dicta. Finita bñdictiōe cādelarū. Antis.

In accēsiōe earū cātatur ān. Lumen ad reuelationē gentiū: & gloriā plebis tue israel. Ps. Nunc dimittis seruū tuū dñe: secūdū verbū tuū in pace. Lumē ad reuelationē gentiū: & gloriā plebis tue israel. V. Quia viderūt oculi mei: salutare tuū. Ān. Lumē ad reue lationē gentiū: et gloriā plebis tue israel. V. Quod parasti ante faciē omniū populorū. Ān. Lumē ad reuelationē gē tiū: & gloriā plebis tue israel. V. Gloria pri et filio: & spiritui scō. Ān. Lumē ad reuelationē gentiū: et gloriā plebis tue israel. V. Sicut erat in principio. &c. Ān. Lumē ad reuelationē gentiū: & gloriā plebis tue israel. In die purifica tionis. Ad missam. Officium.





Suscepimus deus miām tuā in me dio tēpli tui/ secū dū nomē tuū deus ita & laus tua i fi nes terre iusticia plena est dextera

tua. ℣ Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius. Gloria pa. ℣ Sta in excel. ℣. Colla.

Omnipotens sempiterne deus maiestatem tuam supplices exoramus: vt sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum nostre carnis substantia in templo est presentatus: ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem.

¶ Lectio malachie prophete. iij.

Hec dicit dominus: Ecce ego mitto angelum meum: et preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis: et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius: Et quis stabit ad videndum eum: Ipse enim quasi ignis conflans: et quasi herba fullonum. Et sedebit conflans et emundans argentum: et purgabit filios leui et colabit eos quasi aurum et quasi argentum: et erunt domino offerentes sacrificia in iustitia Et placebit domino sacrificium iuda et hierusalem sicut dies seculi: et sicut anni antiqui. Dicit dominus omnipotens. ℟. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui / secundum nomen tuum domine: ita et laus tua in fines terre. ℣. Sicut audiuimus ita et vidimus in ciuitate dei nostri. Alleluya. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. Prosa.

Hac clara die turma festiua dat preconia. Mariam concrepando symphonia nectarea. Mundi domina que es sola castissima virginum regina. Salutis causa vite porta atque celi referta gratia. Nam ad illam sic nuncia olim facta angelica. Aue maria gratia dei plena per secula. Mulierum pia agmina intra semper benedicta. Virgo et grauida mater intacta prole gloriosa. Cui contra maria hec reddit famina. In me quomodo tua iam fient nuncia. Viri noui nullam certe copulam. Ex quo atque nata sum incorrupta. Diua missus ita reddit affata. Alma tu sacro plena fies maria. Noua efferens gaudia celo terre nati per erordia. Intra tui vteri claustra portasqui gubernat eterna. Omnia qui dat tempora pacifica. Amen. Si in .lxx. euene. cantabitur Tract.

Gaude maria virgo / cunctas hereses sola interemisti. Que gabrielis archangeli dictis credidisti. Cum virgo deum et hominem genuisti et post partum virgo inuiolata permansisti. Dei genitrix intercede pro nobis. ¶ Secundum Lucam. ij.

In illo tempore. Postquam impleti sunt dies purgationis marie secundum legem moysi / tulerunt iesum in hierusalem vt sisterent eum domino: sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluam: sanctum domino vocabitur. Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini: par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in hierusalem / cui nomen symeon. et homo iste iustus et timoratus: expectans consolationem israel / et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto: non visurum se mortem nisi prius videret christum domini

Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum iesum parentes eius/ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: et ipse accepit eum in ulnas suas: et benedixit deum et dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine: secūdū verbum tuum in pace. Quia viderūt oculi mei: salutare tuū. Quod parasti: ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationē gentium: et gloriam plebis tue israel. Credo dicitur ꝑ per octauas et in octauis. Offer. Diffusa est gratia i labijs tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternum. Secreta.

Exaudi dñe preces nostras/ et ut digna sint munera que oculis tue maiestatis offerimus: subsidium nobis per intercessionē beate marie perpetue virginis tue pietatis impēde. Per dominū nostrum iesum chri. Prefatio. Quia per incarnati. quere ante canonē. Cōio. Responsum accepit symeon a spiritu sancto: non visurum se mortem nisi videret christum domini. Postcōmunio

Quesumus dñe deus noster: ut sacrosācta mysteria que pro reparationis nostre munimine contulisti/ intercedēte beata sēper virgine maria et presēs nobis remediū esse facias ꝑ futurū. Per. Notandum est quod de purifica. fiunt octa. nisi. lxx. impediat ꝑ tūc nihil fit. ¶ In festo sācti blasij episcopi et martyris. Introitus.

Letabitur iustus in domino et sperabit in eo et laudabūtur omnes recti corde. ps. Exaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Gloria pa. Gloria in excel. Oro.

Letetur ecclesia tua de⁹ beati blasij martyris tui atq pontificis confisa suffragijs: atq eius precibus gloriosis et deuota permaneat et secura cōsistat. Per dominū. Epistola. Beatus vir qui in sapientia. in cōi vni⁹ mar. fo. iiij. R. Posuisti domine super caput eius: coronā de lapide precioso. V⁹. Desideriū aie ei⁹ tribuisti ei: et volūtate labiorū ei⁹ non fraudasti eum. Alleluya. V Beat⁹ vir qui suffert tētationē qm cū probat⁹ fuerit accipiet coronā vite. Si i. lxx. eue. Tr. Desiderium anime ei⁹. quere in cōi. fo. iiij. Euange. Nisi granū. quere in cōi mar. fo. iiij. Non dicitur Credo si in. lxx. eue. Offerto. Posuisti domine in capite eius coronā de lapide precioso, vitam petijt a te: ꝑ tribuisti ei alleluya. Secreta.

Suscipe domine munera que in eius solennitate tibi deferimus: cuius nos confidimus patrocinijs liberari. Per dñm. Cōio Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcōmunio.

Satiasti dñe familiam tuā muneribus sacris: ei⁹ quesumus interuentione nos refoue/ cuius solēnia celebramus. Per d. ¶ Alexādri cōfes. memo. Oratio.

Adesto domine populo tuo ut beati alexādri confessoris tui merita preclara suscipiēs: ad impetrandā miam tuā semp ei⁹ patrocinijs adiuuetur ꝑ meritis. Per dominum. Secreta.

Suscipe domine munera propicius oblata: que maiesta-

tis tue beati alexã dri cõfessoris sui cõmendet oratio. Per do. Postcõ.

Purificẽt nos domine sacramenta que sumpsimus: et intercedente beato alexandro confessore tuo: a cunctis efficiant vicijs absolutos. Per dominum no.

¶ In festo sancte Agathe virginis et martyris. Ad missã Offi.



Gaudeamus omnes in domino diẽ festũ celebrantes sub honore agathe martyris de cuius passione gaudent angeli/ et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meũ verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria pa. G sta i ex. Oõ.

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiã in sexu fragili victoriã martyrij contulisti. concede propitius: vt qui beate agathe virginis et martyris tue natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per do Epistola. Cõfitebor tibi dñe. quere in cõi virgi. fo. xiij. R. Adiuuabit eam deus vultu suo: deus in medio eius nõ cõmouebitur. V. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suũ altissimus. Alleluya. V. Beata agathes ingressa carcerem benedicebat dominum iesum christũ. ¶ Sũ in. lxx. cuene. Tract. Qui seminãt quere in cõi marty. fo. vij. Euangeliũ. Simile est regnum celorũ decẽ virginibus. quere in cõi virgi. fo. xiiij. Non dicitur Credo sũ in. lxx. cuene. Offr. Offerentur regi virgines post eã: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Suscipe munera quesumus domine/ que i beate agathe martyris tue solẽnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominũ. Cõio. Qui me dignatus est ab omni plaga curare / et mammillas meas meo pectori restituere: ipsum inuoco deum viuum. Postcõio.

Auxilietur nobis dñe sũpta mysteria/ et intercedente btã agatha vgine et martyre tua sempiterna protectiõe confirmẽt. Per. ¶ Sanctorum confessorum atq; pontificũ vedasti et amandi et dorothee virginis memo. Oõ.

Omnipotens sempiterne deus qui in sanctorũ tuorum cordibus flammã tue dilectionis accendis/ da mentibus nostris eãdẽ fidei et charitatis virtutẽ: vt quorum gaudemus triumphis/ proficiamus exemplis. Per do. Secre.

Salutari sacrificio domine populus tuus semper exultet: quo et debitus honor sanctis exhibetur: et sanctificationis tue munus acquiritur. Per do. Postcõio.

Celebrãtes dñe mysteria que pro sanctorũ tuor; beata solẽnitate peregimus: ipsorũ nobis quesumus fiant intercessiõe salutaria: quorum natalicijs sunt exultanter impleta. Per dominum.

¶ Octaue beate Marie sicut in die: nisi septuagesima ipediat: sed prosa non dicitur.

¶ Sanctorũ zotici hyrenei/ iacincti martyrũ. et scolastice et sothe. ris virginũ et martyrũ memoria. Et dicũtur tres orationes ad vnũ Per dominum. Oratio.

Familiam tuam quesumus dñe beate virginis tue scolastice meritis propitius respice:

vt sicut ipsius precibus ad obtinendum quod cupijt ymbrem celitus descendere fecisti: ita eius supplicationibus ariditatem cordis nostri superne digneris gratie rore perfundere. Alia oratio.

Domine deus noster multiplica super nos misericordiam tuam: vt quorum celebramus gloriosa certamina: tribue subsequi in sancta pfessiõe leticiã. Oõo.

Presta quesumus omnipotens deus vt sancte sotheris virginis tue cuius humanitatis celebramus exordia: martyrij bñficia sentiam⁹. Per do. Secre.

Suscipe domine quesumus ad honorem sacre virginis tue scolastice munus oblatum: et quod nostris assequi meritis non valemus: eius suffragãtibus meritis largire propicius. Secreta.

Suscipe quesumus domine munera populi tui pro martyrũ festiuitate sanctorum: et sincero corde fac nos eorum natalicijs interesse. Alia secreta.

Preces nostras quesumus dñe propiciatus admitte: & dotatũ tibi mun⁹ beata sotheris martyr cõmẽdet. Per do. Postcõio

Uos celesti domine refectione satiasti: beate q̃s scolastice vginis tue meritis a cunctis erue ppiciat⁹ aduersis. Alia pocõ.

Sacramenti tui domine que sumus benedictio corpora nostra menteq̃ sanctificet: et perpetue misericordie nos preparet ascribendos. Postcommunio.

Sancte sotheris precibus cõfidentes quesumus domine: vt per ea que sumpsim⁹ eterna remedia capiamus. Per dominũ. nostrum iesum. ¶ Ualentini martyris. Ad missam. Officium.



In virtute tua dñe letabitur iust⁹ & super salutare tuum exultabit vehemẽter desiderium anime ei⁹ tribuisti ei. Ps. Et voluntate labior ei⁹ nõ fraudasti eũ. Gloria. Non dicitur Gloria in excel. Oõo.

Presta quesum⁹ oipotens de⁹: vt qui beati valentini martyris tui natalicia colimus: a cunctis malis imminentibus ei⁹ intercessione liberemur. ¶ Uita lis felicule et zenonis. Oratio.

Uotorum nos domine quesumus precibus tuere sanctorum: vt festa martyrum tuorũ vitalis felicule et zenonis sine cessatione venerantes/et fideli muniamur auxilio: et magnifico proficiamus exemplo. Per dominum. Epistola. Beatus vir qui in sapiẽtia. quere in cõi vnius mar. folio. iij. R. Beatus vir qui timet dominum: in mãdatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semẽ eius: generatio rectorũ benedicetur. Alleluya. V. Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. Si in. lxx. euenerit. Tract⁹. Desiderium. quere in cõi. fo. iiij. Euangeliũ. Nisi granũ. quere in cõi. fo. iiij. Non dicit Credo. Offr. In virtute tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desideriũ aĩe eius tribuisti ei. Secre.

Oblatis quesumus domine placare muneribus: et intercedente beato valentino martyre

tuo a cūctis nos defende periculis
Vitalis felicule ⁊ zenonis. Sec.
Ad martyrū tuorū vitalis felicule et zenonis dn̄e festa venientes munera nomini tuo dicanda offerimus: vt illis reuerentiam deferentes nobis veniā impetremus. Per dominum. Cōio.
Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcommunio.
Sit nobis domine reparatio mentis et corporis celeste mysterium: vt cui⁹ exequimur actionem sentiam⁹ effectū. Vitalis / felicule / et zenonis. Postcō.
Protege domine populum tuum / et in festiuitate martyrum tuorum vitalis / felicule et zenonis / quam nobis tradis assidue: debitum tibi persolui precib⁹ concede sanctorum. Per dominū.
Iuliane virginis et martyris memoria. Oratio.
Omnipotens sempiterne de⁹ / qui infirma mundi eligis vt fortia queque confundas: da nobis sancte martyris tue iuliane congrua deuotione gaudere: vt et potentiam tuam in eius passione laudemus: et promissum nobis percipiamus auxiliū. Per do. Secreta.
Sancte martyris tue iuliane passiōe preciosa te domine mirabilem predicantes / munera votiua deferimus presta que sumus: vt sicut eius tibi grata sūt merita / sic nostre seruitutis accepta reddantur officia. Per dominum nostrum. Postcommunio.
Libantes domine mēse tue munera preclara quesum⁹ vt beate iuliane martyris tue intercentionibus / et presentem nobis misericordiam conferant et eternam. Per dominum nostrum
In cathedra sancti petri. Officiū.
Statuit ei domin⁹ testamētum pacis / ⁊ principem fecit eū vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. Ps. Misericordias domini: in eternum cantabo. Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.
Deus qui beato petro apostolo tuo collatis clauibus regni celestis animas ligādi atque soluendi pōtificium tradidisti: concede vt intercessionis eius auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis. Lectio epistole beati Petri apl̄i. j.pe.j.
Charissimi. Petrus apostol⁹ iesu christi electis aduenis dispersiōis pōti / galatie / capadocie / asie / ⁊ bithinie / secundū prescientiam dei patris in sanctificationē spiritus in obedientiam et aspersionem sanguinis iesu christi: gratia vobis et pax multiplicetur. Benedictus deus et pater domini nostri iesu christi qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam. per resurrectionem iesu christi ex mortuis. In hereditatem incorruptibilem et incontaminatam: ⁊ immarcessibilem cōseruatā in celis in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem paratam reuelari in tēpore nouissimo in quo exultabitis. modicum nūc si oportet contristari in varijs tētationi-

bus: ut probatio fidei vestre multo preciosior sit auro quod per ignē probatur: inueniatur in laudem et gloriam et honorem in reuelationem iesu christi domini nostri. ℟. Exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. ℣. Confiteātur domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum. **Tractus.**

Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. ℣. Et porte inferi non preualebūt aduersus eam. et tibi dabo claues regni celorū. ℣ Quodcunque ligaueris super terram: erit ligatum et in celis. ℣. Et quodcunque solueris super terram erit solutum et in celis.

Secundum Mattheum. xvj.

In illo tempore: Venit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij iohannem baptistam Alij autem helyam. Alij vero hieremiam: aut vnū ex prophetis. Dicit illis iesus. Vos autem quē me esse dicitis? Respondens autem symon petrus: dixit ei. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus dixit ei. Beatus es symon bariona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus eā. Et tibi dabo claues regni celorum Et quodcunque ligaueris super terrā: erit ligatū et in celis. Et quodcunque solueris super terram: erit solutum et in celis. Credo non dicatur quacunque die euenerit quia sit dominica differtur in crastinū.

Offr. Tu es petrus et super hanc petrā edificabo ecclesiam meam: et porte inferi non preualebūt aduersus eam/ et tibi dabo claues regni celorum. **Secreta.**

Ecclesie tue quesumus domine preces et hostias beati petri apostoli tui commēdet oratio: vt quod pro illius gloria celebramus nobis prosit ad veniā. **Cōmunio.**

Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. **Postcōmunio.**

Letificet nos quesumus domine munus oblatum: vt sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus: sic per eum tue sumamus indulgentie largitatē. Per dominū.

Mathie apostoli. Nota quod si hoc festū eueniat in die cinerū anticipatur ad diem martis precedentis. **Ad missā Offici.**

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. **Ps.** Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā et resurrectionem meam. Gloria patri et fi. Gloria in excelsis. **Oratio.**

Deus qui beatum mathiā apostolorum tuorum collegio sociasti: tribue quesumus vt eius interuentione tue circa nos pietatis semper viscera sentiamus. Per dominum nostrū iesum.

Lectio actuum apostolorum. j.

In diebus illis: Exurgēs petrus in medio fratrū dixit. Erat autem turba hominū simul fere centum viginti. Viri fratres/ oportet impleri scripturam quam

predixit spiritus sanct⁹ per os dauid de iuda qui fuit dux eorum qui cōprehenderūt iesum: qui cōnumeratus erat in nobis/ & sortitus est sortem ministerij hui⁹. Et hic quidem possedit agrū de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera eius Et notum factū est omnibus habitantib⁹ in hierusalem: ita vt appellaretur ager ille lingua eorū acheldemach/ hoc est ager sanguinis. Scriptū est enim in libro psalmorum. Fiat commoratio eorum deserta: & non sit qui habitet in ea: & episcopatum eius accipiat alter Oportet ergo ex hijs viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intrauit et exiuit inter nos dominus iesus / incipiens a baptismate iohannis vsq3 in diē qua assumptus est a nobis: testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnū ex istis. Et statuerunt duos ioseph qui vocabatur barsabas/ qui cognominat⁹ est iustus: et mathiam. Et orantes dixerūt. Tu domine qui corda omnium nosti: ostēde quem elegeris ex his duobus vnum accipere locū ministerij huius/ et apostolatus de quo preuaricatus est iudas: vt abiret in locum suum. Et dederunt eis sortes: et cecidit sors super mathiam. Et annumeratus est: cum vndecim apostolis. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principat⁹ eorū. ℣. Dinumerabo eos: et super arenā multiplicabuntur. Tractus.

Celi enarrant gloriam dei: et opera manuū eius annunciat firmamentum. ℣. Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiā. ℣. Nō sunt loquele neq3 sermones: quorum non audiantur voces eorum. ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Euangeliū. Facta est contentio. quere in cōi apostolorū. fol. ij. Credo dicitur. Offer. Michi autē nimis honorati sūt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorū. Secreta

Deus qui proditoris apostate ruinam ne apostolorum tuorum sacratus numerus perfectiōe careret/ beati mathie electione suplesti: presentia munera sanctifica: et per ea gratie tue nos virtute cōfirma. Per dñm. Prefatio Te domine suppliciter exorare. quere ante canonē. Cōio. Ego vos elegi de mundo vt eatis et fructum afferatis/ et fructus vester maneat. Postcōmunio

Presta quesumus omnipotens et misericors deus: vt per hec sancta que sumpsimus/ interueniente beato mathia apostolo tuo veniam consequamur et pacem. Per dominum. ¶ Agricole episcopi et cōfesso. memo. Oratio.

Adesto domine precibus nostris quas i sancti agricole confessoris tui atq3 pōtificis solennitate deferimus: vt qui nostre iusticie fiduciam nō habemus ei⁹ qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per dominum. Secreta

Propiciare domine supplicationibus nostris: et interueniente pro nobis sancto agricola confessore tuo atq3 pontifice: his sacramentis celestibus seruiētes: ab omni culpa liberos esse concede/ vt purificante nos gratia tua: hijsdem quibus famulamur mu-

neribus : mysterijs emundemur. Per dominum. Postcommunio.
UT nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus agricola confessor tuus atq pontifex/quesumus precator accedat. Per dominũ. ¶ Albini episcopi et confessoris memoria. Oratio.
DA quesumus omnipotens deus: ut beati albini cõfessoris tui atq pontificis venerãda solennitas: et deuotionem nobis augeat et salutẽ. Per do. Secreta.
SAncti tui nos quesum⁹ domine ubiq letificẽt: ut dum eorum merita recolimus: patrocinia sentiamus. Per do. Postcõio.
PResta quesumus omnipotens de⁹: ut de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potiora sumamus. Per dñm. Et qui deuotionẽ habuerit missã dicendi de ipso: querat in cõi totũ officiũ. ¶ Camille ugi. mco. Oro.
EXaudi nos deus salutaris noster: ut sicut de beate camille uirginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dñm. Secreta.
ACcepta tibi sit domine sacrate plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum : quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per dominum nostrum. Postcõmunio.
SAtiasti domine familiam tuã muneribus sacris: eius quesumus interuentione nos refoue: cuius solennia celebramus. Per dominum nostrum iesum.
¶ Perpetue et felicitatis martyrũ memoria Oratio.

DA quesumus domine deus noster: sanctarum martyrum tuarum palmas incessabili deuotiõe uenerari: ut quas digna mente non possum⁹ celebrare: humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per dominum. Secreta.
INtende quesumus domine munera altaribus tuis pro sanctarum martyrum tuarũ perpetue et felicitatis cõmemoratione proposita: ut sicut per hec beata mysteria illis gloriam contulisti: ita nobis indulgentiã largiaris. Per dominum. Postcommunio.
PResta nobis domine quesumus intercedentibus sanctis martyribus tuis perpetua et felicitate/ut que ore contigimus/pura mente capiamus. Per dñm.
¶ Uigilij antissiodoreñ. episcopi et martyris. Introitus.



Stabitur iustus in domino ⁊ sperabit in eo: et laudabuntur omes recti corde. Ps. Exaudi de⁹ orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animã meam Gloria patri. Gloria in exce. Oro.
LEtetur ecclesia tua de⁹ beati uigilij martyris tui atq pontificis cõfisa suffragijs: atq eius precibus gloriosis et deuota permaneat: ⁊ secura cõsistat. Per. Epistola. Beatus uir qui in sapiẽtia morabitur. Quere in cõi unius marty. fo. iij. ℟. Posuisti domine sup caput eius: coronam de lapide precioso. Uersus Desiderium anime eius tribuisti ei: et uoluntate labiorum eius non fraudasti eum. Tractus.

BEatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorũ benedicetur. ℣. Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculũ seculi. Euange. Nisi granũ frumẽti. quere in cõi mar ty. fol. iiij. Credo non dr. Offer. IN virtute tua dñe letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. Secreta.

SUscipe domine munera que in eius solennitate tibi deferimus: cuius nos confidimus patrocinijs liberari. Per dominum. Cõio. Qui michi ministrat / me sequatur: et vbi ego sum illic et minister meus erit. Postcommunio.

SAtiasti domine familiã tuã muneribꝰ sacris: eius q̃s intervencione nos refoue / cuius solennia celebramus. Per do. ¶ In festo beati gregorij pape. Introitꝰ



SAcerdotes dei benedicite domino: sancti ⁊ humiles corde laudate deum. ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula Gloria patri. Gloria in excelsis. Oratio.

DEus qui anime famuli tui gregorij eterne beatitudinis premia contulisti: concede propicius. vt qui peccatorum nostrorum pondere premimur: eiꝰ apud te precibus subleuemur. Per dñm Epistola. Charissime testificor coram deo. quere in cõi ponti. folio. r. ℟. IUrauit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. ℣. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Tractꝰ

DEsiderium anime eius tribuisti ei: et voluntate labiorũ eius nõ fraudasti eum. ℣. Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. ℣. Posuisti super caput eius: coronam de lapide precioso Euãgeliũ. Uigilate quia nescitis. quere in cõi confesso. fol. xj. Offer. UEritas mea et mĩa mea cũ ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eiꝰ. Secreta

HOstias tibi domine nomini tuo quas sacrandas offerimus sancti gregorij prosequatur oratio: per quam nos expiari facias et defendi. Per dominũ. Cõio FIdelis seruus et prudens quem constituit dominus supra familiam suam: vt det illis in tẽpore tritici mensurã. Postcõio.

PRestent nobis quesumꝰ domine tua sancta presidium et interuenientibus beati gregorij meritis ab omni nos absolue peccatis. Per dominum. ¶ Benedicti abbatis Introitus.



OS iusti meditabitur sapientiã: et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eiꝰ in corde ipsius. ps. Noli emulari in malignãtibus: neq3 zelaueris facientes iniquitatem. Gloria pa. Gloria in excel. Orõ.

INtercessio nos quesumus domine beati bñdicti abbatis commẽdet: vt quod nostris meritis non valemꝰ / eius patrocinio assequamur. Per dñm. ¶ Lectio libri sapientie. Eccli. xxxiiij.

Deus qui preſentem diē honorabilem nobis ī beati iohannis baptiſte natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum: et omnium fidelium mentes dirige in viam ſalutis eterne. Per dominum noſtrū.

¶ Lectio Eſaie prophete. xlix.

Hec dicit dominus deus. Audite inſule: et attendite populi de longe. Dñs ab vtero vocauit me: de vētre matris mee recordatus eſt nominis mei. Et poſuit os meū quaſi gladiū acutū / in vmbra manus ſue protexit me: et poſuit me ſicut ſagittam electam. In pharetra ſua abſcondit me: et dixit michi Seruus meus es tu iſrael: quia in te gloriabor. Et nūc hec dicit dñs: formans me ex vtero ſeruum ſibi. Vt dicte in lucē gētiū: vt ſis ſalus mea vſq ad extremū terre. Reges videbunt et cō ſurgēt principes: et adorabūt dominū deū tuū: et ſanctū iſrael qui elegit te. R. Priuſq̄ te formarē in vtero noui te: et anteq̄ exires de ventre ſanctificaui te. Vſus. Miſit dominus manum ſuam et tetigit os meum et dixit michi. Alleluya. V. Inter natos mulierum non ſurrexit maior iohanne baptiſta. Alleluya. Vſus. Erat lucerna ardens et lucens ante dominum iohannes baptiſta qui viam domino preparauit in heremo.

Proſa.

Gaude caterua dici preſentis celebrans annuatim feſtum per quod totius mundi gaudent climata. Honore preclaro et puro meus exultat pia dignos concentus modulans et organa. In gelorum letātur archangelorum pia agmina. Sanctorum chorus omnis mira triumphat leticia. Cum quibus ololampas iohannes emitat. Superans ſolis iubar luce chorūſta. O quanta dei pietas. Nam zachariam ſenio labētem celeſtis affatur nūcius proferens talia. Oratio deo tua eſt exaudita granida manebit elizabeth vxor filium tibi paritura. Quā felix q̄ digna q̄ ſancta pro miſſio voce prolata angelica. Quam clarus in mundo proceſſit flos hodie diuina ferens aromata. Fulgore perhenni ecce rutilat dies iſta ſeculo donans gaudia. Lucerna iohānis celi perluſtrat rem publicam ſplendidus chriſti gratia. Precellit patriarchas nec non et prophetas. Angelis conſimilis dignitate ſumma. O plus q̄ propheta genuina ſāctorum clara paradiſi dyadema. mundi ſtella et lampas ſplendiflua. Victrici palma ſublimatus exultans inter choros angelorum cernens altam deitatis viſiam. Diuiſio.

¶ Tu seculi dominū iordanis in
flucta. Meruisti tingere o iohan-
nes baptista. Tam benigna tam
gloriosa meritorum obtines insi-
gnia. Quis sanctorū hac prome-
ruit sublimari honoris potentia.
Fideles iam psallite laudib⁹ dan
tes clara gaudia. Deuotis obse-
quijs colite modo hec solēnia. Pre
cursoris inclita rex regū deus sem
per tibi summa potestas. Sit vir-
tus laus et gloria qui gubernas
omnia. Iam nostra clemens vo-
ta fac tibi dignissima iohānis per
merita. Amore flagrāti nostras
mentes irradia. Concedens bea-
ta nobis indignis gaudia. Ut ti-
bi melos supernū laude perpetua.
Cātemus tecum regnantes cun-
cta per secula. Amē vox sonet no-
stra. ¶ Secundum Lucam. j.

In illo tempore: Helizabeth
impletum est tempus parē-
di/et peperit filium. Et audierunt
vicini et cognati eius: quia magni
ficauit dominus misericordiam
suam cum illa: et congratulaban
tur ei. Et factum est in die octauo/
venerunt circumcidere puerum: et
vocabant eum nomine patris sui/
zachariam. Et respondens mater
eius: dixit. Nequaq̄: sed vocabitur
iohannes. Et dixerunt ad illam.
Quia nemo est in cognatione tua:
qui vocetur hoc nomine. Innuebāt
autem patri eius: quem vellet vo-
cari eum. Et postulans pugillarē:
scripsit dicens. Johānes est nomē
eius/et mirati sunt vniuersi. Aper
tū est autem ilico os eius: et lin-
gua eius et loquebatur benedicēs
deū. Et factus est timor super om-
nes vicinos eorum: et super omnia
montana iudee diuulgabātur om
nia verba hec. Et posuerūt omnes
qui audierant in corde suo dicētes.
Quis putas puer iste erit? Etenim
manus domini erat cum illo. Et
zacharias pater eius impletus est
spiritu sancto: et prophetauit di-
cens. Benedictus dominus deus
israel: quia visitauit et fecit/redem
ptionē plebis sue. Non dicitur Cre
do nisi fuerit dominica: aut in ec-
clesia sua. Offertoriū. Justus vt pal-
ma florebit. quere infra in communi
vnius martyris. Secreta.

Tua domine muneribus al-
taria cumulamus: illi⁹ na
tiuitatem honore debito celebran-
tes: qui saluatorem mundi et ceci-
nit affuturum: et adesse monstra-
uit dominum nostrum iesum chri-
stum. Cōio. Tu puer propheta altissi-
mi vocaberis: preibis enim ante faciem do-
mini parare vias eius. Postcōmunio.

Sumat ecclesia tua deus bea
ti iohannis baptiste genera
tione leticiam: per quem sue rege-
nerationis cognouit auctorem do
minum nostrū iesum christum fi-
lium tuum qui tecū. Per octauas
cantatur de sancto iohanne nisi fe
sta impediant et tunc fit memoria
de ipso. ¶ Sancti eligij episcopi et
confessoris Introitus. Statuit ei
domin⁹. Gloria in excelsis dicitur.
Oratio. Da quesumus omnipo-
tens deus. cum secreta et postcom-
munione. Epistola. Ecce sacerdos
magn⁹. quere in cōmuni cōfesso. pōti.
j. f. R. Dn̄e preuenisti. V⁹. Uitam petijt
Alleluya. V. Justus germinabit. que-
re in cōmuni fo. lx. Prosa. Super-

ne matris gaudia. Euangelium. Sint lumbi vestri precincti. quere in cõi. Credo non dicitur nisi dñicā euenerit. Offr. Ueritas mea. Cõio. Beat⁹ seruus. Hec omnia inuenies in cõi vnius confessoris ponti. preter prosam quā inuenies in cõi pluri. mo. mar. ¶ Sanctorum iohannis et pauli martyrū. Introitus. Multe tribulationes iustorum. quere in cõi pluri. mar. fo. v Gloria in excelsis dicitur. Oratio.

Quesumus omnipotens de⁹ vt nos geminata leticia hodierne festiuitatis excipiat: que de beatorū martyrum tuorum iohānis et pauli glorificatiōe procedit: quos eadē fides et passio vere fecit esse germanos. Per dominū. Epistola. In diebus illis. Respondēs vnus de seniorib⁹ in cõi fo. vj. Rñ. Ecce q̄ bonum. ỽ. Sicut vnguentum in capite. Alleluya. ỽ. Isti sunt due oliue. Euangelium. Attendite a fermento phariseorum. Offr. Gloriabuntur in te omnes in cõi pluri. ma. Secreta.

Hostias tibi dñe sanctorum martyrum tuorū iohannis et pauli dicatas benignus assume et ad perpetuū nobis tribue prouenire subsidiū. Per dñm. Cõio. Et si corā homnib⁹ tormēta. in cõi. Postcõio

Sumpsim⁹ dñe sanctorꝝ martyrum tuorū solēnia celebrātes sacramēta celestia p̄sta quesumus: vt quod temporaliter gerimus / eternis gaudijs consequamur. Per dominum nostrū iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit. ¶ In vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum. Ad missam. Introitus.

Dixit dñs petro: cū esses iunior cingebas te et ambulabas vbi volebas / cū autē senueris extēdes manus tuas et alius te cinget / et ducet quo tu non vis: hoc autē dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Gloria pa. Gloria in excel. nō dicitur nisi dominica euenerit Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus vt nullis nos permittas perturbationibus cōcuti: quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per dominū nostrū. ¶ Memoria leonis pape. Oratio.

Exaudi domine p̄ces nostras quas in sancti leonis cōfessoris tui atq; pontificis solennitate deferimus: vt qui tibi digne meruit famulari eius intercedentib⁹ meritis ab omnibus nos absolue peccatis. Per dñm. ¶ Sequitur memoria sancti iohānis baptiste. ¶ Lectio actuum apostolorū. iij.

In diebus illis: Petrus et iohannes ascendebāt in tēplū ad horā orationis nonā. Et quidā vir qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portā templi que dicitur speciosa vt peteret elemosinā ab introeuntib⁹ in tēplū. Is cū vidisset petrū ⁊ iohannē incipiētes introire in templū: rogabat vt elemosinā acciperet. Intuens autem in eum petrus cū iohāne: dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliquid accepturū

ab eis. Petrus autem dixit. Argētum et aurum non est michi: quod autem habeo hoc tibi do. In nomine iesu christi nazareni: surge et ambula. Et apprehensa manu eius dextera: alleuauit eum. Et protinus consolidate sunt bases eius & plante/et exiliens stetit et ambulauit. Et intrauit cum illis in templum ambulans et exiliens: et laudans deum. Et vidit eum omnis populus ambulantem: et laudantem deum. Cognoscebant autem eum: quoniam ipse erat qui ad elemosinā sedebat: ad speciosam portam templi. Et repleti sunt stupore et extasi: in eo quod contigerat illi. ℟ In omnem terrā. ℣ Celi enarrant quere i cōi apostolo. Si dominica euenerit. Alleluya. ℣ Beatus es symon petre quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis.

¶ Secundum Johannem. xxi.

In illo tempore. Dixit iesus petro. Symon iohannis diligis me plus hijs? Dixit ei. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce agnos meos. Dixit ei iterum. Symon iohannis diligis me? Ait illi. Etiam domine: tu scis quia amo te. Dixit ei iterum. Pasce agnos meos. Dixit ei tertio Symon iohannis amas me? Contristatus est petrus quia dixit ei tertio amas me: et dixit ei. Domine: tu omnia scis. tu scis quia amo te. Dixit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi: cū esses iunior cingebas te: et ambulabas vbi volebas. Cum autem senueris extendes manus tuas: & alius te cinget et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit: significans qua morte clarificaturus esset deum. Offr. Michi autem nimis. in cōi apłoꝝ. Secreta.

Munus populi tui domine quesumus apostolica intercessione sanctifica: nosq; a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. ¶ Sancti leonis Secreta

Sancti leonis cōfessoris tui atq; pontificis quesumus domine annua solēnitas pietati tue nos reddat acceptos / per hec pie oblationis officia: et nobis beata retributio comitetur / et gratie tue dona conciliet. Per. ¶ Secreta sancti iohānis baptiste. Cōmunio

Symon iohannis diligis me plus hijs: domine tu omnia nosti. tu scis domine quia amo te. Postcommunio.

Quos celesti domine alimento satiasti apostolicis intercessionibus ab omni aduersitate custodi. Per dominum. ¶ Leonis pape et confessoris. Postcōio.

Deus fideliū remunerator animarū pͥsta nobis vt beati leonis confessoris tui atq; pontificis cuius venerabilem celebramus festiuitatem precibus indulgentiā cōsequamur. Per. Postcō. s. iohā.

¶ In die Ad missam. Introitus.



Nunc scio vere qa misit dominus angelum suū et eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum ps Domine probasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionem meā et resurrectionem meam. Gloria patri & filio. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui hodiernam diem apostolorum tuorum petri et pauli martyrio consecrasti: da ecclesie tue eorum in omnibus sequi preceptū: per quos religionis sumpsit exordium. Per dominum no.

¶ Lectio actuum aplorū. xij.

In diebus illis: Misit herodes rex manus: vt affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autē iacobum fratrem iohānis gladio. Videns autē quia placeret iudeis: apposuit apprehendere et petrum. Erant autem dies azimorū. Quē cum apprehendisset misit in carcerem: tradens quatuor quaternionibus militū ad custodiendū/ volēs post pascha producere eum populo. Et petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissiōe: ab ecclesia ad deū pro eo. Cum autem producturus eū esset herodes: in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus: et custodes ante ostium custodiebāt carcerem. Et ecce angelus domini astitit: et lumen refulsit in habitaculo: percussoq; latere petri excitauit eū dicens. Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Precinge te et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circunda tibi vestimentum tuum: et sequere me. Et exiens sequebatur eum: et nesciebat quia verū est quod fiebat per angelū. Existimabat autem se visum videre. Transeūtes autem primam et secundam custodiam: venerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem: que vltro aperta est eis. Et exeūtes processerūt vicum vnū: et cōtinuo discessit angelus ab eo. Et petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio vere quia misit dominus angelū suū: et eripuit me de manu herodis: et de omni expectatione plebis iudeorū. ℟ Constitues eos principes. ℣ Pro patribus. quere in cōmuni aplorū. Alleluya. ℣ Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Alleluya. ℣ Solue iubente deo terrarum petre cathenas: qui facis vt pateāt celestia regna beatis. Pro sa. Celi solem. quere in cōi apostolorū. fo. j. Vel ista Clare sanctorū. fo. eodē. ¶ Scdm Mattheū. xvj.

In illo tempore. Uenit iesus in partes cesaree philippi: et interrogabat discipulos suos dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij iohannem baptistam Alij autem heliam. Alij vero hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis iesus. Uos autem quem me esse dicitis? Respondens symon petrus: dixit. Tu es christus filius dei viui. Respondens autem iesus: dixit ei. Beatus es symō bariona: quia caro et sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi: non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunq; ligaueris super terrā: erit ligatum et in celis. Et quodcūq; solueris super terram: erit solutum et in celis. Credo dicitur in die et in octauis. Offr. Constitues eos. quere in cōi apostolo... Secreta.

Hostias domine quas nomini tuo sacrandas offerimus/ apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuis et defendi. Per dominum. Prefatio de apostolis

Te domine suppliciter exorare: ut gregem tuum pastor eterne non deseras/ sed per beatos apostolos. etc. Com̄o. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcommunio.

Quos celesti domine alimento satiasti: apostolicis intercessionibus ab omni adversitate custodi. Per dominum nostrum.

¶ In commemoratione sancti pauli. Ad missam. Introitus.

Scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem. Ps. Domine probasti me et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria pa. Gloria in ex. Oro.

Deus qui multitudinem gentium beati pauli apostoli tui predicatione docuisti: da nobis quesumus ut cuius natalicia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per dominum. ¶ Non fit alia memoria de apostolis: sed fit de sancto iohanne. ¶ Lectio epistole beati pauli apostoli ad Galathas. j.

Fratres: Notum vobis facio euangelium quod euangelizatum est a me: quia non est secundum hominem: neque enim ab homine accepi illud/ neque didici: sed per revelationem iesu christi. Audistis enim conversationem meam aliquando in iudaismo: quia supra modum persequebar ecclesiam dei: et expugnabam illam. Et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: habundantius emulator existens paternarum mearum traditionum. Cum autem complacuit ei qui me segregavit ex utero matris mee: et vocavit per gratiam suam ut revelaret filium suum in me: ut annunciarem eum inter gentes: continuo non acquievi carni et sanguini: neque veni hierosolimam ad antecessores meos apostolos: sed abii in arabiam: et iterum reversus sum damascum. Deinde post annos tres veni hierosolimam videre petrum: et mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem apostolorum neminem vidi: nisi iacobum fratrem domini. Que autem scribo vobis: ecce coram deo: quia non mentior. Deinde veni in partes syrie et cilicie. Eram autem ignotus facie ecclesiis iudee: que erant in christo. Tantum autem auditum habebant quoniam qui persequebatur nos aliquando: nunc euangelizat fidem/ quam aliquando expugnabat. Et in me clarificabant dominum iesum christum. R. Qui operatus est petro. V. Gratia dei in me. que re supra in conversione eiusdem sancti pauli. Alleluya. V. Tu es vas electionis beate paule predicator veritatis.

¶ Secundum Mattheum. xix.

In illo tempore. Dixit symon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me / in regeneratione cum sederit filius homi-

nis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum/ aut fratres/ aut sorores/ aut patrē aut matrem/ aut vxorem / aut filios/ aut agros ꝓpter nomē meū: centuplū accipiet: et vitam eternā possidebit. Credo dicitur. Offer. Michi autem nimis. in cōmuni apłorū Prefatio de apostolis. Secreta.

Ecclesie tue domine quesumus preces et hostias apostolica commendet oratio: vt quod pro illorum gloria celebramus nobis prosit ad veniam. Per dominū Cōio. Amen dico vobis. quere in communi apostolorum. Postcōmunio

Perceptis domine sacramentis beatis apostolis tuis interuenientibꝰ deprecamur: vt q̄ pro illorum celebrata sunt gloria/ nobis proficiant ad medelam. Per dominum nostrum. ¶ In octa. sancti iohannis baptiste omnia fiant vt in die. Prosa Tu seculi dominū iordanis in fluenta. quere circa finem de prosa Gaude caterua.

¶ Officium visitationis beate marie celebratur secunda iulij. quere in festis communibus. ¶ Processi et martiniani martyrum missa propria. Introitus. Iudicant sancti gentes. in cōi pluri. marty. fo. v. Gloria in excelsis dicitur propter octauas apostolorum. Oratio.

Deus qui nos sanctorū tuorum processi ⁊ martiniani confessionibus gloriosis circūdas et protegis: da nobis et eorum imitatione proficere et intercessione gaudere. Per dominum. ¶ Item memoria de apostolis petro ⁊ paulo. vt in die. Oro sicut in die. Epła. Fratres: Benedictus deus ⁊ pater domini nostri iesu christi pater misericordiarum. quere in cōi pluri. marty. fo. vij. R. Exultabunt sancti in gloria. V. Cantate. Alleluya. V. Vindica sanguinem. Euangelium. In illo tempore. Sedente iesu supra montem oliueti: accesserunt ad eum discipuli secreto dicētes. Offertorium. Gloriabuntur. in cōi. Secreta.

Suscipe quesumꝰ domine ecclesie tue preces et munera: que vt tuo digna sint cōspectui/ sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per dominū. Cōmunio. Anima nostra. Postcōmunio.

Corporis sacri et sanguinis preciosi repleti libamine quesumus domine deꝰ noster: vt quod pia deuotione gerimus/ certa redēptione capiamus. Per dominum. Precommia intitulata quere in cōi plurimo. marty. ¶ Per octa. petri et pauli apostolorum. officium de cōmuni apostolorum nisi festum impediat. Et tunc fit memo. de ipsis. Oratio sicut in die. ¶ In festo translationis sancti thome apostoli totum officium vt supra in alio festo. prosa non dicitur.

¶ In festo trāslationis sancti martini. Introitus. Statuit ei dominus. dicitur Gloria in excelsis. oro Deus qui conspicis. cum secreta et postcommunione. in cōi. fo. x. Epistola Ecce sacerdos magnus. R. Domine preuenisti. de cōi cōfesso. pontificis. Alleluya. Vꝰ. Sacerdos magnus martinus sanctus; in diebus autem suis placuit deo: et inuentus est perfectus.

Euangelium. In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. A ficu discite parabolam. Offer. Ueritas mea. Secreta. Beati martini. Cōio. Beatus seruus. Postcōio. Tua nos. Hec omnia intitulata quere in cōi vni⁹ confesso. ponti. ¶ In octa. apostolorū petri et pauli. Introitus. Sapientiam sanctorum quere in cōi pluri mo. martyrum. fo. b. Gloria in excelsis dicitur. Oratio.

Deus cui⁹ dextera beatū petrum apostolum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: et coapostolum eius paulū tertio naufragātem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propici⁹ et concede/ vt amborū meritis eternitatis gloriā consequamur. Qui vi. ¶ Lectō libri sapiētie. Eccli. xliiij

Hi sūt viri misericordie: quorum iusticie obliuionem nō acceperunt. Cum semine eorū permanent bona: hereditas sancta nepotes eorū. Et in testamentis stetit semen eorum: ꝛ filij eorum propter eos ineternum manēt. Generatio eorum et gloria eorum: nō derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt: et nomina eorum viuēt in secula. Sapientiam eorum narrant omnes populi: et laudem eorum pronunciat omnis ecclesia sctorum. ℞. Iustorum anime. ℣. Uisi sūt oculis. Alleluya. ℣. Isti sunt due oliue. ¶ Secundum Mattheum. xiiij.

In illo tempore: Iussit iesus discipulos suos ascendere in nauiculam ꝛ precedere cum trans fretum: donec dimitteret turbas. Et dimissa turba: ascendit in montem sol⁹ orare. Uespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autē in medio mari: iactabatur fluctibus. Erat enim contrarius vētus. Quarta autē vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare: et videntes eum supra mare ambulātem: turbati sunt dicētes quia fantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimqꝫ iesus locut⁹ est eis/ dicens. Habete fiduciam: ego sum nolite timere. Respondens autem petrus: dixit. Dn̄e: si tu es iube me venire ad te sup aquas. At ipse ait Ueni. Et descendens petrus de nauicula: ambulabat super aquam/ vt veniret ad iesum. Uidens vero vētum validum: timuit. Et cum cepisset mergi: clamauit dicens. Domine: saluum me fac. Et continuo iesus extendens manum apprehēdit eum: ꝛ ait illi. Modice fidei: quare dubitasti? Et cum ascēdissent in nauiculam: cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant: venerūt et adorauerunt eum dicentes. Uere filius dei es. Credo dicit. Offer. Exultabunt. in cōmuni. Secreta.

Offerimus tibi domine preces et munera que vt tuo digna sint conspectui: apostolorum tuorum petri et pauli precibus adiuuemur Per dominum. Prefatio de apostolis. Cōmunio. Iustorū anime in manu. in cōi. Postcommunio.

Protege dn̄e populū tuum: et apostolorum tuorum petri et pauli patrocinio confidentē/ perpetua defensione cōserua. Per. Hec omnia intitulata in cōi plurimorum martyrum. ¶ De sancto martiale dupler. Introitus. Statuit ei. Gloria in excelsis. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui beatũ marcialem disci-pulum tuum atqꝫ pontificem ecclesie tue sancte preesse voluisti. quesumus/vt nobis eius suffragantibus meritis pietatis tue gratiam largiaris. Per dominum. Epistola. Ecce sacerdos. ℟. Domine preuenisti. ℣. Uitam petijt. Alleluya. ℣. Justus germinabit. quere in cõi. Prosa. Superne matris. in cõi pluri. martyr. fo. vuj. Euangelium. Sint lumbi vestri precincti. quere in cõi. Non dicitur Credo nisi sit dñica. Offr. Ueritas mea. in cõi. Secreta.

Accepta tibi sit q̃s domine nostra deuotio: et hec nobis hostia fiat gl'iosi discipuli tui atqꝫ pontificis marcialis pro cuius solennitate immolatur precibus & meritis salutaris. Per. Cõmunio. Beatus seruus. in cõi. Postcõmunio.

Presta quesumus domine deus noster: vt intercedente beato marciale glorioso discipulo tuo atqꝫ pontifice/& tua in nobis dona multiplices: et tempora nostra ventura disponas. Per. ¶ Septẽ fratrum martyrum missa propria Introitus. Laudate pueri. quere in cõi pluri. martyrũ. fo. v. Oratio. Presta quesumus oĩpotens deus. cum secreta & postcõmunione. Epistola Justorum. ℟. Uindica. ℣. Posuerunt. Alleluya. ℣. Laudate pueri. ¶ Secundum Mattheum. xij.

In illo tempore. Loquẽte iesu ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant foris querentes loqui ei. Dixit autem ei quidam Ecce mater tua & fratres tui foris stant: querentes te. At ille respondens dicẽti sibi/ait. Que est mater mea/et qui sunt fratres mei? Et extendens manũ in discipulos suos/dixit. Ecce mater mea: et fratres mei. Quicunqꝫ enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater et soror & mater est Offr. Aia nostra. Cõmunio. Quicunqꝫ fecerit. Hec omnia intitulata quere infra in cõi plurimo. martyrum ¶ In translatione beati benedicti abbatis et confessoris memoria. Oratio Intercessio nos quesumus domine beati benedicti. quere ĩfra in cõi vnius confessoris non pontificis. ¶ In festo exceptionis corporis beati amatoris episcopi antis. et confessoris. Introitus. Statuit ei dominus. Gloria in excelsis dicitur. Oratio. Deus qui conspicis cum secreta et postcõmunione. quere i cõmuni. fo. x. Epistola Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit. ℟. Domine preuenisti. ℣. Uitam petijt. Alleluya. ℣. Justus germinabit Prosa. Superne matris gaudia representet. Euangelium Sint lũbi vestri precincti. Credo dicit in ecclesia antissiodorẽsi propter presentiam reliquiarũ. Offr. Ueritas mea. Cõio Beatus seruus. Omnia hec intitulata quere in cõmuni vnius cõfessoris põtificis preter prosam quam inuenies in cõi pluri. martyrum. fo. viij. ¶ Eodem die Naboris & felicis marty. memoria. Oratio Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum naboris et felicis. quere in cõmuni plurimorum marty. cum secreta et postcõmunione. ¶ Sãcte margarete virginis et martyris memoria. Orõ.

Exaudi nos deus salutaris noster quere infra in cōmuni unius virginis cum secreta et postcōmunione. ¶ In festo divisionis apostolorū. Introitus. Michi autem nimis. Gloria in excelsis dicitur. Oratio

Deus qui nos per beatos apostolos tuos ad cognitionē tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam et proficiendo celebrare/ et celebrā do proficere. Per dominū. Epistola. Jam non estis hospites et advene sed estis. ℟. Constitues eos principes ℣. Pro patribus tuis. Alleluya. vsus. Non vos me elegistis. ¶ Sequētia sancti evangelii secūdū Lucam. ix.

In illo tempore. Cōvocatis iesus duodecim discipulis suis dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia: et ut languores curarent. Et misit illos predicare regnum dei: et sanare infirmos Et ait ad illos. Nichil tuleritis in via neq virgam/ neq peram/ neq panem/ neq pecuniam/ neq duas tunicas habeatis. Et in quācunq domum intraveritis ibi manete: et inde ne exeatis. Et quicunq non receperint vos: exeuntes de civitate illa/ etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimoniū super illos. Egressi autem circuibāt per castella: evangelizantes et curantes ubiq. Credo dicitur. Prefatio de apostolis. Offer. In omnem terram. quere in cōi. Secreta.

Gloriam domine sāctorum apostolorum tuorum perpetuam venerantes quesumus: ut eā dē sacris mysteriis expiati dignius celebremus. Per. Cōio. Ego vos elegi de mundo. in cōi. Postcommunio.

Perceptis domine muneribus sacris suppliceste rogamus: ut intercedentibus beatis apostolis tuis que pro illorum venerāda gerimus gloria/ nobis proficiant ad medelam. Per dominū nostrū. Hec omnia intitulata quere in cōi apostolorum. ¶ Sancti theodosij antistio. epi et cōfesso. Introitus. Sacerdotes tui dñe. Gloria in excelsis. Oratio. Da quesumus omnipotens deus. ℟. Juravit. Alleluya ℣. Inveni david. Offer. Desiderium. Cōmunio. Domine quinq talēta. Alia necessaria ad officium misse in communi unius confesso. pōtifi. ¶ Sācti arnulphi episcopi et confessoris pontifi. memo. Oratio. Adesto domine precibus nostris. sicut de uno confesso. ponti. ¶ Arsenij monachi et cōfessoris memoria. Oratio. Adesto domine populo tuo ut beati arsenij. quere supra in communi unius confessoris non pontificis: cum secreta et postcommunione. ¶ Marini confessoris memoria Oratio. Misericordiam tuam. ut in cōmuni unius confessoris non pontificis. ¶ De sancto victore duplex. Introitus. Letabitur iustus in domino. quere in cōmuni. Gloria in excelsis dicitur. Oratio.

Deus qui beatum victorem martyrem tuum contra hostis antiqui sevitiam dimicantem angelica visitatione cōfortasti: eius intercedentibus meritis/ ab omni nos absolve peccatorum vinculo: et in eterna leticia fac gaudere cum illo. Per dominum nostrū. ¶ Memoria praxedis virginis. Epistola



Incipit commune sanctorum. Et primo de apostolis. Introitus.



Mihi autẽ nimis honorati sunt amici tui deus nimis cõfortatus est principatus eorum. Ps. Domine probasti me ꝛ cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam et resurrectionem meam. Gloria. Oratio.

Quesumus oĩps deus: vt beatus N. apl's tuus ꝓ nobis tuũ imploret auxiliũ: vt a nostris reatibus absoluti/a cunctis etiã periculis eruamur. Per dñm. Secreta.

Sacrandũ tibi domine munus offerimus: quo beati N apostoli tui solennia recolentes purificationem quoq; nostris mentibus imploramus. Per dñm. Postcõio.

Perceptis domine sacramẽtis suppliciter exoramus: vt intercedente beato N. aplo tuo q̃ pro illius veneranda gerimus solẽnitate nobis proficiãt ad medelam. Per. Lectio epl'e beati Pauli apl'i Ad Romanos. viij. capitulo.

Fratres Scimus quoniã diligẽtibus deũ oĩa cooperãtur in bonũ: his qui secũdũ propositũ vocati sũt sancti. Nã quos presciuit ꝛ p̃destinauit cõformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autẽ predestinauit: hos ꝛ vocauit. Et quos vocauit: hos ꝛ iustificauit. Quos ergo iustificauit/illos ꝛ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus ꝓ nobis: q̃s cõtra nos? Qui etiã ꝓprio filio suo nõ pepercit: sed pro nobis oĩbus tradidit illũ. Quõ nõ etiã cum illo oĩa nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat q̃s est qui cõdẽnet? Christus iesus qui mortuus est: ymmo et qui resurrexit qui est ad dexterã dei/qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a caritate dei? Tribulatio/an angustia. an persecutio. an fames. an nuditas. an periculum/an gladius? Sicut scriptũ est. Quia propter te mortificamur tota die: estimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus: propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors/neq; vita/neq; angeli/neq; principatus/neq; potestates/neq; virtutes/neq; instantia/neq; futura/neq; fortitudo/neq; altitudo neq; profundũ/neq; creatura alia poterit nos separare a caritate dei. Que est in christo iesu domino nostro. Ad Ephesios.

F Ratres: Iam non estis hospites ⁊ aduene: sed estis ciues sanctorum ⁊ domestici dei superedificati sup fundamētū apostoloꝝ ⁊ ꝓphetarū. ipso summo angulari lapide christo iesu: in quo oīs edificatio ꝯstructa: crescit in tēplū sanctū in dño. In quo ⁊ vos coedificamini in habitaculū dei: in spū sctō in christo iesu dño nostro.

Lectio libri Sapiētie. Eccli. xliiij.

H Ii sūt viri misericordie quorū iusticie obliuionē non acceperūt. Cū semine eorū pmanent bona/hereditas sctā nepotes eoꝝ Et in testamētis stetit semen eoꝝ: ⁊ filij eoꝝ propter eos vsqꝫ in eternū manēt. Generatio eoꝝ ⁊ gloria eoꝝ nō derelinquet. Corpora eorū in pace sepulta sunt: ⁊ noīa eoꝝ viuēt in secula. Sapiētiā eoꝝ narrēt oēs populi: ⁊ laudē eoꝝ pnūciet oīs ecclīa sanctoꝝ. ℟. Nimis honorati sunt amici tui deꝰ: nimis cōfortatꝰ est principatus eoꝝ. ℣. Dinumerabo eos: ⁊ super arenā multiplicabunt. ℟. In omnē terrā exiuit sonus eorū: ⁊ in fines orbis terre vba eorū. ℣. Celi enarrāt gloriā dei: ⁊ opera manuū eiꝰ ānūciat firmamētū ℟. Cōstitues eos pricipes sup omnē terrā: memores erūt nōis tui dñe. ℣. Pro patribꝰ tuis nati sūt tibi filij: propterea populi ꝯfitebūtur tibi. Alla. ℣. In omnē terrā exiuit sonus eorū: ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Alla. ℣. Per manꝰ aūt apostolorū fiebāt signa ⁊ ꝓdigia multa in plebe. Alla. ℣. Nō vos me elegistis sed ego vos elegi ⁊ posui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis ⁊ fructus vester maneat. Alla. ℣. Ego vos elegi de mūdo vt eatis ⁊ fructum afferatis. Alla. ℣. Michi aūt nimis honorati sunt amici tui deꝰ. Alla. ℣. Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt. Alla. ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confortatus est principatus eorū. Tractꝰ

C Eli enarrant gloriam dei et opera manuū eius annūciat firmamentum. ℣. Dies diei eructat verbum et nox nocti indicat scientiā. ℣. Nō sunt loquele neqꝫ sermones quorum non audiantur voces eorum. ℣. In omnē terrā exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre vba eoꝝ. Tr.

I N omnē terrā exiuit sonꝰ eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre verba eoꝝ. ℣. Nō sunt loquele neqꝫ sermōes quorū nō audiātur voces eorū. Prosa de apostolis.

C Lare sctōrū senatꝰ apostolorꝫ princeps orbis terrarū rectorqꝫ regnorū. Ecclesiarū mores ⁊ vitā moderare. Que per doctrinā tuā fideles sunt vbiqꝫ. Antiochus et remus cōcedunt tibi petre regni solium. Tyrānidem tu paule alexādrinā inuasisti grecā. Ethiopes horridos mathee agnelli vellere. Qui maculas nesciens aliquas vestisti cādido Thoma bartholomee iohānes philippe symō. Iacobiqꝫ pariles ādrea thadee dei bellatores incliti. En vos ortēs ⁊ occidēs. Immo teres mūdi circulꝰ se patres habere gaudet ⁊ expectat iudices. Et idcirco mūdus oīs laudes nobis et honorem sctis debitū suplex īpendit Amen.

Item alia prosa de apostolis.

C Eli sole imitātes sub occasu triūphātes ortū solis referūt. Ortū solis ⁊ occasū quorum oēs ita casum terre fines asserūt. Petrū paulū et andreā per neronē ⁊ egeā roma patras perimunt. Herodes gēs pharisea iacobis et i-

iudea binis vitā adimunt. Iohānes est segregat⁹ / sic manēs vt est vocatus ad christi cōuiuia. Mauri trucidāt mattheū ꝛ indi bartholomeum ꝛ philippū sithia. Thomā indi iudam perse symonēqꝫ sic diuerse celi celos penetrant. Sic ascēdunt celi celos vbi christo fundunt melos nobis vitā impetrant Amen.

¶ De euangelistis Prosa.

Iocundare plebs fidelis cuius pater est in celis recolēs ezechielis prophete preconia. Est iohānes testis christi dicēs in apocalypsi vere vidi vere scripsi vera testimonia. Circa thronū maiestatis cū spiritib⁹ beatis quattuor diuersitatis astant aīalia. Formā primū aquilinā ꝛ secundū leoninā sed humanāꝫ bouinā duo gerunt alia. Forme formant figurarū formas euāgelistarū quib⁹ imber doctrinarū stillat ī ecclesia Hij sūt marcus ꝛ matthe⁹ lucas ꝛ quem zebedeus pater misit tibi deus dū laxaret retia. Formā viri dāt matheo q̄ scripsit sic de deo sicut descēdit ab eo quē plasmauit hominē. Lucas vos est in figura quē pretēdit in scriptura bestiarū tangens iura legis subvelamine. Marcus leo per desertū clamās rugit in apertum iter deo fiat certum mūdum cor a crimine. Sed iohānes ala bina claritatis aquilina forma fertur in diuia puriori lumine. Quattuor describunt isti quadriformes act⁹ christi ꝛ figurāt vt audisti q̄sqꝫ suā formulā Natus homo declaratur / vitul⁹ sacrificat̄ / leo mortē depredatur / ꝛ ascēdit aquila. Ecce forma bestialis quā scriptura prophetalis notat sed materialis hec est īpositio. Currūt rotis volant alis visus lux est discret alis rota sensus litteralis ala contēplatio. Paradisus irrigat̄ floret viret fecūdat̄ / hijs abundat hijs letatur quattuor fluminibus. Fons est christus hij sūt riui fōs est alt⁹ hij proclivi vt saporē fōtis [illegible] ministrēt fidelib⁹. Horū riuo debriatis riu⁹ crescat charitatis vt de fōte deitatis satiemur pleni⁹ Hor trahat nos doctrīa viciorū de sentina sicqꝫ ducat ad diuina ab imo superius.

¶ Secundum Johannem. xv. ca.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Hoc est preceptū meū vt diligatis inuicē: sicut dilexi vos. Maiorē hac dilectionē nemo habet: vt animā suā ponat q̄s p amicis suis. Vos amici mei estis: si feceritis q̄ p̄cipio vobis. Iā nō dicā vos seruos: q̄ seru⁹ nescit q̄d facit dn̄s ei⁹. Vos aūt dixi amicos: q̄ oīa q̄cūqꝫ audiui a p̄re meo nota feci vobis. Nō vos me elegistis / sed ego elegi vos: et posui vos vt eatis ꝛ fructū afferatis: et fructus vester maneat. Ut q̄dcūqꝫ petieritis patrē ī noīe meo: det vobis

¶ Secundum Mattheum. x. cap.

In illo tēpore: Dixit iesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos: sicut oues in medio luporꝫ. Estote ergo prudentes sicut serpētes: ꝛ simplices sicut columbe. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs: et in synagogis suis flagellabunt vos. Et ante reges et presides ducemini propter me in testimonium

illis et gẽtibus. Cum autem tradent vos: nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur eni vobis in illa hora: qđ loquamini. Non eni vos estis qui loquimini: sed spirit⁹ patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autẽ frater fratrẽ in mortẽ: et pater filiũ / et insurgẽt filij in parẽtes / ⁊ morte eos afficiẽt. Et eritis odio omnib⁹ hominib⁹: ꝓpter nomẽ meũ. Qui autem perseuerauerit vsqꝫ in finem: hic salu⁹ erit. ¶ Scḋm Lucã. xxij.

In illo tẽpore. Facta est contẽtio inter discipulos iesu: quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis iesus. Reges gẽtium dominantur eorũ: et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in vobis: fiat sicut iunior. Et q̇ precessor est: sicut ministrator. Nã qui maior est qui recũbit / an q̇ ministrat? Non ne qui recũbit? Ego autẽ in medio vestrũ sũ: sicut q̇ ministrat. Vos estis qui permãsistis mecũ in tẽtatiõib⁹ meis: ⁊ ego dispono vobis sicut disposuit michi pr̃ me⁹ regnũ: vt edatis et bibatis sup mẽsã meã ĩ regno meo. Et sedeatis sup thronos duodecĩ: iudicãtes duodecim trib⁹ israel. ¶ Scḋm Johãnẽ. xv.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Ego sũ vitis vera: ⁊ vos palmites. Qui manet in me ⁊ ego in eo: hic fert fructũ multũ: quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me nõ mãserit mittetur foras sicut palmes et arescet: ⁊ colligent eũ et in ignem mittent ⁊ ardet. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint: quodcũqꝫ volueritis petetis ⁊ fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: vt plurimum fructum afferatis / et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis / manebitis in dilectione mea: sicut ⁊ ego patris mei precepta seruaui: et maneo in eius dilectione. Hec locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit: et gaudiũ vestrum impleatur.

¶ Secundum Johannem. xv.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Hec mando vobis vt diligatis inuicẽ. Si mũdus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mũdo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis / sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Memẽtote sermonis mei quẽ ego dixi vobis: nõ est seru⁹ maior dño suo. Si me ꝑsecuti sunt: ⁊ vos persequẽtur. Si sermonẽ meũ seruauerũt: et vestrũ seruabũt. Sed hec oĩa faciẽt vobis ꝓpter nomen meũ: quia non nouerunt eum qui misit me. Si non venissem et locutus non fuissem eis: peccatum nõ haberẽt. Nũc autem excusationẽ non habẽt de peccato suo Qui me odit: et patrẽ meũ odit. Si opa nõ fecissẽ in eis que nemo alius fecit: peccatũ nõ haberẽt. Nunc autẽ et viderũt ⁊ oderũt / et me et patrem meũ. Sed vt impleatur sermo qui in lege eorũ script⁹ est: quia odio habuerũt me gratis. Offertoriũ.

Michi autẽ nimis honorati sunt amici tui deus nimis cõfortatus est principatus eorum. Offer. Cõstitues eos principes super omnẽ terrã: memores erũt nominis tui dñe in omni progenie et generatione. Offertoriũ. In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ: et in fines orbis terre verba eorũ. Cõio. Ego vos elegi de mũdo vt eatis et fructũ afferatis et fructus vester maneat. Cõio. Amẽ dico vobis q vos qui reliquistis oĩa et secuti estis me centuplũ accipietis et vitam eternam possidebitis. Cõio. Uos qui secuti estis me sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel all'a. ¶ In natali vni9 martyris. Ad missam. Introitus.

Letabitur iustus in domino et sperabit in eo: et laudabuntur omnes recti corde. Ps. Exaudi de9 orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animã meã. Gloria patri et filio. Sicut erat in principio. Letabitur. Alius Introitus.

In virtute tua domine letabitur iustus / et super salutare tuum exultabit vehemẽter / desideriũ anime ei9 tribuisti ei. Ps. Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Gloria patri et filio. Sicut erat. Alius Introit9.

Gloria et honore coronasti eum / et constituisti eum super opera manuũ tuarum. Ps. Domine dominus noster: q admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Gloria patri et. Alius Introitus.

Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabit plantatus in domo domini in atrijs domus dei nostri. Ps. Bonum est cõfiteri domino et psallere nomini tuo altissime. Gloria patri et filio. Sicut. Introitus.

Iustus nõ cõturbabitur qr dñs firmat manũ ei9 tota die miseret et cõmodat / et semẽ ei9 in bñdictione erit incteriũ cõseruabitur. Ps. Noli emulari in malignãtibus / neqz zelaueris faciẽtes iniquitatẽ. Gloria pa.

¶ In tempore paschali. Introit9

Protexisti me de9 a conuẽtu malignãtiũ all'a a multitudie operãtiũ iniquitatem alleluya all'a. all'a. Ps. Exaudi de9 orationẽ meã cũ deprecor: a timore inimici eripe animã meã. Gloria patri et fil.

¶ Orõnes vni9 martyr. ponti. cum secre. et postcõ. Oratio.

Letetur ecclesia tua deus / beati. N martyris tui atqz põtificis confisa suffragijs: atqz eius precibus gloriosis et deuota permaneat et secura consistat. Per dominum nostrum. Secreta.

Suscipe dñe munera que in eius solennitate tibi deferimus: cuius nos cõfidimus patrocinijs liberari. Per dñm. Postcõ.

Saciasti domine familiam tuã muneribus sacris eius quesumus interuentione nos refoue: cuius solẽnia celebramus. Per dominum. Item a[lia] o[ratio]. [illegible]

Deus qui nos annua bti N martyris tui atqz põtificis

solẽnitate letificas: cõcede ppiciꝰ: vt cuiꝰ natalitia colimꝰ / de eiusdẽ etiã ptectiõe gaudeamꝰ. P. Sec.

Munera tibi dñe dicata sanctifica / ꝛ intercedẽte btõ N. martyꝛe tuo atqꝫ pontifice / p eadẽ nos placatꝰ intẽde. Per. Postcõio.

Hec nos cõio dñe purget a crimie: ꝛ intercedẽte btõ. N. martyꝛe tuo atqꝫ põtifice / celestis remedij faciat esse cõsortes. P. Oõ.

Da q̃s oñs deus. vt q̃ btĩ. N. martyꝛis tui atqꝫ põtificis solẽnia colimꝰ: eiꝰ apud te intercessionibꝰ adiuuemur. Per. Secreta

Hostia q̃s dñe emundet nr̃a delicta / et ad sacrificiũ celebꝛãdũ subditoꝛũ tibi coꝛpoꝛa mẽtesqꝫ sanctificet. Per. Postcõio

Refecti participatione muneris sacri q̃s dñe deus noster: vt cuiꝰ exeqmur cultũ sentiamus effectũ. P. Oꝛõnes vniꝰ mar. nõ pontificis cũ secre. et postcõio.

Adesto q̃s dñe supplicatiõibꝰ nr̃is: vt qui ex iniq̃tate nr̃a reos nos esse cognoscimꝰ: btĩ N. martyꝛis tui itercessione liberemur. Per dominum. Secreta.

Muneribus nr̃is q̃s dñe pꝛecibusqꝫ susceptis / et celestibus nos mũda mysterijs / ꝛ clemẽter exaudi. Per domi. Postcõio.

Uesumꝰ oĩps deꝰ: vt qui celestia alimẽta pcepimus: intercedẽte beato. N. martyꝛe tuo per hec cõtra omnia aduersa muniamur. Per dominũ. Alia oꝛõ.

Presta q̃s oipotẽs deus: vt q̃ beati N. martyꝛis tui natalicia colimꝰ / iter cessiõe eiꝰ in tui noĩs amoꝛe roboꝛemur. P. Sec.

Oblatis dñe placare muneribus: et intercedẽte beato N. martyꝛe tuo a cunctis nos defẽde periculis. Per dominũ. Postcõio.

Sit nobis dñe reparatio mẽtis et coꝛpoꝛis celeste mysteriũ: vt cuius exequimur actionẽ sẽtiamus effectum. Per dominũ.

¶ Lectio lib. sapiẽtie. Eccle. xiiij.

Beatus vir qui in sapientia moꝛabitur / et qui in iustitia meditabitur: et in sensu cogitabit circũspectiõnẽ dei. Cibabit illũ pane vite et intellectus: ꝛ aqua sapiẽtie salutaris potabit illum. Et firmabitur in illo ꝛ nõ flectetur: ꝛ cõtinebit illũ et nõ cõfũdetur: ꝛ exaltabit illũ apud pꝛoximos suos. Et noĩe eterno hereditabit illũ: dñs deus noster. ¶ Lectio ep̃le beati pauli apostoli. Ad thimotheũ. ij. ij.

Charissime. Nemo militãs deo iplicat se negocijs secularibꝰ: vt ei placeat cui se pꝛobauit. Nã qui certat i agone nõ coꝛonabit: nisi legitime certauerit. Laboꝛãtẽ agricolã opoꝛtet pꝛimũ de fructibus pcipere. Intellige q̃ dico: dabit eni tibi dñs in oĩbus intellectũ. Memoꝛ esto dñm iesũ xp̃m resurrexisse a moꝛtuis: ex semine dauid scdm euãgeliũ meũ in quo laboꝛo vsqꝫ ad vincula quasi male operãs: sed verbũ dei nõ est alligatũ. Ideo oĩa sustineo pꝓpter electos: vt ꝛ ipĩ salutẽ cõsequãt. Que est in chꝛisto iesu: domino nostro.

¶ Lectio libꝛi sapientie. iiij

Iustus si moꝛte pꝛeoccupatꝰ fuerit: i refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est: non diuturna neqꝫ annoꝛ numero cõ-

putata. Cani sunt autem sensus hoīs ⁊ etas senectutis vita immaculata. Placens deo factus est dilectus: et viuens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malicia mutaret intellectū illius: aut ne fictio malicie deciperet animā illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona: ⁊ incōstātia cō cupiscentie trāsuertit sensum sine malicia. Cōsummatus in breui: expleuit tēpora multa. Placita enī deo erat anima illius: propter qđ properauit educere illū de medio iniquitatū. Populi autē videntes et nō intelligentes: nec ponētes in precordiis talia. Quoniā gratia dei et misericordia est in sctīs eius: et respectus in electos illius.

¶ Lectō libri sap. eccliastici. xxxi.

Beatus vir qui inuentus est sine macula: et qui post aurum nō abijt: nec sperauit in pecū niethesauris. Quis est hic ⁊ laudabimus eū? Fecit enī mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo et perfect⁹ inuentus est: et erit illi gloria eterna. Qui potuit trāsgre di et nō est trāsgress⁹: et facere mala ⁊ nō fecit. Ideo stabilita sūt bo na illius in dño: et elemosinas illius enarrabit oīs ecclesia sctōrū. ℞. Posuisti dñe super caput ei⁹ coronā de lapide precioso. ℣. Desideriū aīe eius tribuisti ei: et voluntate labiorū eius non fraudasti eum. ℞. Beatus vir qui timet dñm: in mādatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. ℞. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in d[illegible] ▯o dñi. ℣. Ad annūciādū mane misam[illegible] veritatē euā pee noctē. ℞.

Iustus nō cōturbabitur q̄r dñs firmat manū eius. ℣. Tota die miseretur et cōmodat et semen eius in benedictione erit. Alla. ℣. Letabit̄ iust⁹ in dño: et sperabit in eo et laudabūtur omnes recti corde. Alla. ℣. Posuisti dñe super caput ei⁹ coronā de lapide precioso. Alla. ℣. Beatus vir q̄ timet dñm: in mādatis ei⁹ cupit nimis. Alla. ℣. Beat⁹ vir qui suffert tētati[illegible] qm̄ cū probat⁹ fuerit accipiet coronā vi[illegible]. Alla. ℣. Iste sanctus digne in memoriā vertitur hominū qui ad gaudium teāsit angelorū. Alla. ℣. O mar tyr sanctissime sedule pro salute totius mū di christum deprecare. Tractus.

Desideriū anime eius tribuisti ei: ⁊ voluntate labiorū eius nō fraudasti eum. ℣. Quoniā preuenisti eum in benedictionib⁹ dulcedinis. ℣. Posuisti sup caput ei⁹ coronā de lapide precioso. Tract.

Beatus vir qui timet dñm: in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. ℣. lus. Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculum seculi. Prosa.

Adest nāq̄ dies alma ⁊ magno gaudio plena. In qua sctā deo grata cōgaudet hec ecclia. Hodie celestis letat̄ turma que gloriā cantat in excelsis voce dulcissia cū simphonia. Hodie polorum saucta agmina collaudāt regē deū nostrū natum de virgine sācta maria. Hic inclite martir christi P. flos pulcherrime. Tu vestigia xpi secut⁹ es fide deuota. Et tui regis adept⁹es regna. ⁊ gratularis in domo superna: possidens sedes almas. Tā gratulamur ⁊ poscim⁹ vna. Adiment tua scīs suffragia ⁊ sonas voces ii ≠ as

O beate o sācte. R. clemens laus tibi gloria. O beate o scte clemēs saluā cateruam hanc. Nos vna mereamur sācta celorum regna. Possidere leta cernentes alma gaudia que sunt plena. Sit deo laus et honor et iubilatio casta. Qui regnat per oia secula seculorū seculorum. amen dicant omnia.

Scdm Johānem. xii.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Amen dico vobis: nisi granū frumēti cadens in terrā mortuū fuerit: ipsū solū manet. Si autē mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat aiam suā: perdet eam. Et qui odit aiam suā in hoc mūdo: in vitā eternam custodit eam. Si quis michi ministrat: me sequatur. Et vbi sū ego: illic et minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eū pater meus: qui est in celis.

Secūdum lucā. xiv.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si quis venit ad me: et non odit patrem suū et matrem / et vxorē et fratres et sorores: adhuc autē et animā suā: non potest meus esse discipul⁹. Quis enī ex vobis volēs turrim edificare / nonne prius sedens computat sūptus qui necessarij sunt si habeat ad perficiendū: Ne postea q̄ posuerit fundamentū et non potuerit perficere: omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes. Quia hic homo cepit edificare: et nō potuit cōsūmare. Aut q̄s rex iturus cōmittere bellū aduersus aliū regē: non ne prius sedēs cogitat si possit cū decem milibus occurrere illi qui cū viginti milibus venit ad se: Alio quin adhuc illo lōge agente: legationē mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui nō renunciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus.

Scdm Matheū. xvi.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Si quis vult venire post me: abneget semetipsū et tollat crucem suā: et sequatur me. Qui enim voluerit animā suā saluam facere: perdet illā. Nam qui pdiderit animā suā propter me: saluā faciet illā. Quid enim proficit homini si vniuersum mūdū lucretur / seipsum aūt pdat et detrimentū sui faciat: Nā qui me erubuerit / et meos sermones: hunc filius hominis erubescet / cum venerit in maiestate sua et patris et sanctorū angelorū. Dico autē vobis: vere sunt aliqui hic stātes / qui nō gustabūt mortē: donec videant filium hominis venientē in regno suo.

Offr. Gloria et honore coronasti eum / et constituisti eum super opera manuum tuarum dñe. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronam de lapide precioso vitā petijt a te et tribuisti ei. alla. Offr. In virtute tua dñe letabitur iustus / et super salutare tuum exultabit vehementer / desideriū anime ei⁹ tribuisti ei. Offr. Iustus vt palma florebit sicut cedrus q̄ in libano est multiplicabit. Offr. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: et veritatem tuam in ecclesia sanctorū. alleluya. alla. Cōio. Qui michi ministrat me sequatur / et vbi ego sū illic et minister meus erit. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsū et tollat crucem suam et sequatur me. C[illegible]

Magna est gloria eius in salutari tuo/ gloriam et magnum decorem impones super eum dñe. Cõio. Letabitur iustꝰ in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. Cõio. Ego sũ vitis vera et vos palmites / qui manet in me et ego in eo hic fert fructũ multũ alla alla.

In natali plurimorum martyrum.

Introitus.

Intret in cõspectu tuo domine gemitus cõpeditorũ redde vicinis nostris septuplũ i sinu eorum vindica sanguinẽ sãctorũ tuorũ qui effusus est. ps. Deus venerunt gentes in hereditatẽ tuã/ polluerunt templũ sanctũ tuum posuerũt hierusalem in pomorum custodiã. Gloria patri et filio.

Introitus.

Sapiẽtiam sanctorum narrant populi/et laudem eorũ nũciat ecclesia/ nomina autem eorum manent in seculũ seculi. ps. Exultate iusti in dño; rectos decet collaudatio. Gloria.

Introitus.

Iusti epulentur et exultent in cõspectu dei delectẽtur in leticia. ps. Exurgat deus et dissipẽtur inimici eius/ ⁊ fugiant qui oderũt eũ a facie eiꝰ. Glia.

Introitus.

Clamaverunt iusti et dominus exaudivit eos/et ex omnibus tribulationibꝰ eorũ liberavit eos. ps. Benedicã dominũ in omni tẽpore: sẽper laus eius in ore meo. Gloria patri et filio et spiritui sancto Sicut erat.

Alius Introitus.



Salus autẽ iustorũ a domino/ ⁊ protector eorum est in tẽpore tribulatiõis. ps. Noli emulari in malignantibus : neq; zelaveris faciẽtes iniquitatẽ. Glia patri et filio.

Alius Introitus.



Loquetur dominꝰ pacem in plebem suã ⁊ super sãctos suos et in eos qui convertuntur ad illum. ps. Benedixisti domine terrã tuam; avertisti captivitatem iacob. Glia patri.

Introitus.



Iudicant sancti gẽtes et dominabunt populis ⁊ regnabit dñs deus illorũ in perpetuũ. ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio;

Introitus.



Timete dñz omnes sãcti eius / quoniã nihil deest timẽtibꝰ eũ divites eguerũt et esurierunt/inquirentes autem dñm non deficiẽt omni bono. ps. Benedicã dominũ in omni tẽpore : sẽp laus eiꝰ in ore meo. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat.

Introitus.



Multe tribulatiões iustorum et de hijs omnibꝰ liberabit eos dñs. dñs custodit omnia ossa eorum unum ex hijs non conteretur. ps. Benedicam dominũ in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo. Gloria patri et filio. Introitus.


Laudate pueri do- minū laudate no- men dñi qui habi- tare facit sterilē in domo matrē filioꝝ letantē. ps. Sit no- men dñi benedictum / ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Gloria patri. Introitus.


Sancti tui dñe bene dicent te gloriā re- gni tui dicent alla. ps. Exaltabo te deus meus rex / et benedicam nomini tuo in seculum: ꝫ i seculū seculi. Glo. ¶ In tpe pascha li plurimoꝝ martyrū. Introitus.


Ecce oculi dñi sup timētes eum sperā tes in misericordia ei⁹ alleluya. vt eri- piat a morte aīas eorum / quoniā ad- iutor et protector eorū est allelupa alla. ps. Exultate iusti in dño / rectos de cet collaudatio. Gloria patri. Oratio.

Deus qui nos concedis san ctorum martyrū tuorū N. et. N. natalicia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum socie tate gaudere. Per. Secreta.

Munera tibi dñe nostre de- uotionis offerim⁹: que pro tuorū tibi grata sint honore san- ctorum / et nobis salutaria te mise- rante reddantur. Per. Postcōio.

Presta nobis qs dñe interce dentibus sanctis tuis. N. vt que ore contigimus / pura mente capiamus. Per. Oratio.

Presta quesumus omnipo- tēs deus: vt qui gloriosos martyres tuos fortes in sua con- fessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentia- mus. Per dominum. Secreta.

Sacrificijs presentibus do- mine quesumus intēde pla catus / et intercedentibus sanctis tuis et deuotioni nostre proficiāt et saluti. Per. Postcōio.

Quesumus omīps deus: vt illius salutaris capiam⁹ effectū: cuius per hec mysteria pi- gnus accepim⁹. Per domi. Oro.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui beatorū mar- tyrū tuorum N. solēnia colimus: eorū apud te intercessionib⁹ adiu- uemur. Per dominū. Secreta.

Hostias tibi domine beato- rū martyrum tuorū N. di- catas meritis benignus assume: et ad perpetuū nobis tribue perue nire subsidiū. Per do. Postcōio.

Quesumus omnipotēs de⁹ vt qui celestia alimēta per- cepimus: intercedentibus sanctis tuis N. per hec contra omnia ad- uersa muniamur. Per dominū.

¶ Oratio pro sāctis vtriusqꝫ sex⁹.

Omnipotens sēpiterne deus: qui in sanctorū tuorū cordi bus flāmā tue dilectionis accēdis da mētibus nostris eādem fidei ꝫ caritatis virtutē: vt quorū gaude mus triūphis proficiam⁹ exēplis. Per dominū nostrum. Secreta.

Salutari sacrificio domine populus tuus sēper exultet quo ꝫ debitus honor sanctis exhi betur ꝫ sanctificationis tue mun⁹ acquiritur. Per domi. Postcōio.

Celebrantes domine myste- ria que pro sanctorū tuorū

beata solēnitate peregim⁹ ipsorū nobis q̄sumus fiāt intercessione salutaria quorū natalicijs sūt exultāter impleta. Per dominum.

¶Lectio lib. apoc. bti io. apo. v.

In diebus illis. Ecce ego iohānes vidi in medio throni et quatuor aīalium et in medio seniorū agnū stantē tanq̄ occisū habentē cornua septem/et oculos septem qui sūt septē spiritus dei missi in omnem terrā. Et venit et accepit de dextera sedētis in throno librū. Et cum aperuisset librū: quatuor animalia ⁊ viginti quatuor seniores ceciderūt corā agno habentes singuli citharas et fialas aureas plenas odoramētorū que sunt orationes sanctorū. Et cātabant canticum nouū dicentes. Dignus es domine deus accipere librū/⁊ aperire signacula eius quoniam occisus es/et redemisti nos deo in sāguine tuo ex omni tribu et lingua/et populo et natione/et fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes: et regnabim⁹ sup terrā. Et vidi et audiui vocē angelorū multorum in circuitu throni et animaliū et seniorū: et erat numerus eorum milia miliū voce magna dicentiū. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutē et diuinitatem: et sapientiā et fortitudinem et honorē et gloriā et benedictionem: et omnē creaturam que in celo est et super terrā et sub terra/et que in eo sūt et que sūt in mari omnes audiui dicentes sedēti in throno ⁊ agno. Benedictio et honor et gloria et potestas in secula seculorum.

¶Lectio epistole beati pauli apo. Ad hebreos xi.

Fratres. Sancti per fidem vicerūt regna: operati sūt iustitiā/adepti sunt repromissiones. Obturauerūt ora leonū/extinxerunt impetū ignis: effugauerunt aciē gladij/conualuerunt de infirmitate/fortes facti sūt in bello. Castra verterūt exterorum: acceperūt mulieres de resurrectiōe mortuos suos. Alij autē distenti sunt/non suscipientes redēptionē: vt meliorē inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria ⁊ verbera experti: insuper ⁊ vincula et carceres. Lapidati sunt/secti sūt/tentati sunt/in occisione gladij mortui sunt: circuierūt i melotis: ⁊ in pellibus caprinis/egentes angustiati afflicti: quibus dign⁹ non erat mūdus. In solitudinibus errantes: in montibus et in speluncis et in cauernis terre. Et hij oēs testimonio fidei: probati inuēti sunt. In christo iesu: domino nostro.

¶Lectio libri sapientie. x.

Reddet deus mercedē laborū sanctorū suorū: et deducet eos in via mirabili. Et fuit illis in velamēto diei: et in luce stellarum nocte. Transtulit illos per mare rubrū: ⁊ transuexit illos per aquā nimiā. Inimicos autē illorū demersit in mare: ⁊ ab altitudine inferorū eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: et decantauerūt domine nomē sanctū tuū; Et victricē manū tuā laudauerunt pariter: domine deus noster.

¶Lectio libri sapientie. iii.

Iustorū anime in manu dei sunt: et nō tanget illos tor

mentū mortis. Uisi sunt oculis in
sipiētiū mori: et estimata est afflic-
tio exitus illorū. Et qđ a nobis
est iter extermini: illi autē sūt in
pace. Et si corā hominibus tormē
ta passi sunt: spes illorū imortali
tate plena est. In paucis vexati in
multis bene disponētur. Quoniā
deus temptauit eos: et inuenit illos
dignos se. Tanq̄ aurū in forna-
ce probauit eos/et quasi holocau-
sta hostie accepit eos: et in tempo
re erit respectus illorū. Fulgebūt
iusti: et tanq̄ scintille in arūdine-
to discurrent. Iudicabunt natio-
nes: et dominabuntur populis: et
regnabit dn̄s illorū imperpetuū.
¶ Lectō libri sapiētie. Prouer. xv.

Lingua sapientium ornat
scientiā: os stultorū ebul-
lit stulticiā. In omni loco oculi do
mini contēplātur bonos et malos
Lingua placabilis lignum vite:
que autē immoderata est cōteret
spiritū. Domus iusti plurima for
titudo: et in fructibus impij cōturba
tio. Labia sapiētiū disseminabūt
sciētiā: cor stultorū dissimile erit.
Uictime impiorū abhominabiles
domino: vota iustorū placabilia.
Qui sequitur iusticiā: diligetur a
dn̄o. ¶ Lectō libri sapiētie. v.

Iusti autē iperpetuū viuent:
et apud dominū est merces
eorum: et cogitatio illorū apud al
tissimū. Ideo accipient regnū de-
co[ris et] diadema speciei de manu
domini quoniā dextera sua teget
illos et brachio sancto suo defen-
det eos. Accipient armaturā zeli
illius. et armabit creaturā ad vl-
tionē inimicorū. Induēt pro [t]hora
ce iusticiā: et accipiēt pro galea iu
diciū certum. Sument scutū inex
pugnabile equitatē: ibunt directe
promissiones. Et ad certū locū de
ducet illos: dominus deus noster.
Lectō lib. apoc. btī ioānis apl̄i. vij.

In diebus illis. Respondēs
vnus de senioribus dixit mi-
chi. Hij qui amicti sūt stolis albis
qui sunt et vnde venerūt? Et dixi
illi. Dn̄e mi: tu scis. Et dixit mi-
chi. Isti sūt qui venerūt ex magna
tribulaciōe: et lauerūt stolas suas
et dealbauerūt eas i sāguie agni.
Ideo sūt āte thronū dei: et seruiūt
ei die ac nocte i tēplo eius. Et qui se
det in throno: habitabit super il-
los. Non esuriēt neq̄ sitiēt āplius/
et nō cadet super illos sol neq̄ vllus
estus: quoniā agnus qui in medio
throni est reget eos/et deducet il-
los ad vite fontes aquarū. Et ab-
sterget deus omnē lachrimā: ab
oculis eorū. ¶ Lectō libri sapiē. v.

Stabunt iusti in magna cō
stantia aduersus eos qui se
angustiauerūt: et qui abstulerunt
labores eorū. Uidentes turbabū-
tur timore horribili: et mirabūtur
in subitatione insperate salutis.
gementes pre angustia spiritus.
dicentes intra se penitentiā agen
tes: et pre angustia spiritus gemē-
tes. Hij sūt quos aliquādo habui-
mus in derisū: et in similitudinem
improperij. Nos insensati vitā illo
rū estimabamus insaniā: et finē
illorū sine honore. Ecce quomodo
computati sunt inter filios dei: et
inter sanctos sors illorum est.
¶ Lectō epl̄e beati pauli apostoli.
Ad corinthios .j. iiij.

Fratres. Spectaculū facti sumus mūdo: et angelis et hominib⁹. Nos stulti propter christū: vos autem prudentes in christo. Nos infirmi: vos autē fortes. Vos nobiles: nos autē ignobiles. Usqȝ in hanc horam et esurimus et sitimus: et nudi sumus et colaphis cedimur et instabiles sum⁹: et laboramus operātes manibus nostris. Maledicimur: et benedicimus. persecutionē patimur et sustinem⁹. Blasphemamur: et obsecramus. Tanqȝ purgamenta huius mūdi facti sumus omniū peripsima usqȝ adhuc. Non ut confundā vos hec scribo: sed ut filios meos charissimos moneo. In christo iesu domino nostro.

¶ Lectio epl'e beati Pauli apostoli. Ad hebreos. x.

Fratres. Rememoramini pristinos dies: in quibus illuminati magnū certamē sustinuistis passionū. Et in altero quidē opprobrijs et tribulationib⁹ spectaculū facti: in altero autē socij taliter conuersātiū effecti. Nā et vinctis compassi estis: et rapinā bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis cognoscētes vos habere meliorē et manentē substantiā. Nolite itaqȝ amittere confidētiam vestram: que magnā habet remunerationē. Patientia enim vobis necessaria est: ut voluntatē dei facientes reportetis pmissionē. Adhuc enim modicum aliquātulūqȝ qui venturus est veniet et non tardabit. Justus autē me⁹: ex fide viuit.

¶ Lectio epl'e beati Pauli apostoli. Ad corinthios. ij. j.

Fratres. Benedictus deus et pater domini nostri iesu christi. pater misericordiarum et deus totius cōsolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus et ipsi cōsolari eos qui in omni pressura sunt: per exhortationem qua exhortamur et ipsi a deo. Quoniam sicut abūdāt passiones christi in nobis ita et per christum abūdat cōsolatio nostra. Siue autē tribulamur pro vestra exhortatione et salute: siue cōsolamur pro vestra cōsolatione: que operatur in vobis tollerantiā earūdem passionū quas et nos patimur ut spes nostra firma sit pro vobis. Scientes quoniā sicut socij passionū estis: sic eritis et consolationis. In christo iesu: domino nostro.

¶ Lectio epl'e beati Pauli apostoli. Ad corinthios. ij. iiij.

Fratres. Habentes hāc ministrationē iuxta quod misericordiā consecuti sumus: nō deficim⁹: sed abdicam⁹ occulta dedecoris. Nō ambulātes in astutia: neqȝ adulterantes verbū domini. Sed in manifestatione veritatis cōmendātes nosmetipsos ad oēm conscientiā hominum coram deo. Quod si etiam opertū est euangeliū nostrum in hijs qui pereūt: est opertū in quibus deus huius seculi excecauit mētes infideliū ut nō fulgeat illuminatio euāgelij glorie christi.

¶ Lectio epl'e beati Pauli apostoli. Ad corinthios. ij. iiij.

Fratres. Habētes autē thesaurū istum in vasis fictilib⁹: ut sublimitas sit virtutis dei et nō ex nobis. In omnibus tribu

lationē patimur: sed nō angustiamur. apoꝛiamur sed non destituimur: persecutionem patimur sed non derelinquimur. Humiliamur sed non ꝯfundimur. deijcimur sed nō perimus semper moꝛtificationem iesu chꝛisti in coꝛpoꝛe nostro circūferentes: vt ⁊ vita iesu chꝛisti in coꝛpoꝛe nostro manifestet. Sēper enim nos qui viuimus: in moꝛtem tradimur pꝛopter iesum chꝛistum: dominum nostrum. ℟. Gloriosus deus in sctis suis: mirabilis in maiestate faciens pꝛodigia. ℣. Dextera tua domine gloꝛificata est in virtute dextera manus tua cōfregit inimicū. ℟. Timete dominum omnes sancti eius: quoniam nichil deest timentibus eum. ℣. Inquirentes autem dominū: non deficient omni bono. ℟. Vindica domine sanguinē sanctoꝛū tuoꝛum qui effusus est. ℣. Posuerūt moꝛtalia seruoꝛum tuoꝛum escas volatilibus celi: carnes sanctoꝛū tuoꝛū bestiis terre. ℟. Exultabunt sancti in gloꝛia/ letabuntur in cubilibus suis. ℣. Cantate dño cāticum nouum: laus eius in ecclesia sanctoꝛum. ℟. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocūdū: habitare fratres in vnū. ℣. Sicut vnguentū in capite qđ descēdit in barbā: barbā aarō. ℟. Iustoꝛum anime in manu dei sunt: ⁊ non tanget illos toꝛmentū malicie. ℣. Visi sunt oculis insipientiū moꝛi: illi autem sunt in pace. ℟. Clamauerūt iusti ⁊ dñs exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eoꝛum liberauit eos. ℣. Iuxta est dñs his qui tribulato sūt coꝛde: ⁊ humiles spiritu saluabit. ℟. Anima nr̄a sicut passer erepta est: de laqueo venantium. ℣. Laqueus contritus est ⁊ nos liberati sumus: adiutoꝛiū nostrū in nomie dñi/ qui fecit celum ⁊ terram. Alleluya. ℣. Iudicabūt sancti nationes ⁊ dominabuntur populis ⁊ regnabit illoꝛum rex in eternū. Alleluya. ℣. Sancti tui dñe benedicēt te: gloriam regni tui dicēt. Alleluya. ℣. Mirabilis dñs noster: in sanctis suis. Alleluya. ℣. Te martyꝛum candidatus laudat exercitus dñe. Alleluya. ℣. Iusti epulētur ⁊ exultent in conspectu dei: delectentur in leticia. Alleluya. ℣. Fulgebunt iusti ⁊ tāq̄ scintille in arundineto discurrent et regnabunt in eternū. Alleluya. ℣. Laudate pueri dominū: laudate nomen domini. Alleluya. ℣. Isti sunt due oliue ⁊ duo cādelabꝛa lucētia ante dominū habent potestatē claudere celū nubibus: ⁊ aperire poꝛtas eius quia lingue eoꝛū claues celi facte sunt. Alleluya. ℣. Stabūt iusti in magna constantia aduersus eos q̄ se angustiauerūt. Allelnya. ℣. Sancti ⁊ iusti in dño gaudete: vos elegit deus in hereditatem sibi. Alleluya ℣. Exultabunt sancti in gloꝛia: letabūtur in cubilibus suis. Alleluya. ℣. Sancti mei qui in carne positi certamen habuistis: mercedem laboꝛis ego reddam vobis: Alleluya. ℣. Gaudete iusti in dño: rectos decet collaudatio. Alleluya. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione/ ⁊ lauerunt stolas suas: ⁊ dealbauerunt eas in sanguine agni. Alleluya. ℣. Vindica domine sanguinem sanctoꝛū tuoꝛum qui effusus est super terrā. Alleluya ℣. Cū sederit fili⁹ hoīs in sede maiestatis sue/ tunc dicet illis qui a dextris eius erūt venite bñdicti patris mei: possidete regnū cum gaudio magno. Tractus.

Qui semināt in lachꝛymis: in gaudio metent. ℣. Euntes ibant ⁊ flebant: mittentes semina sua. ℣. Venientes autē venient in exultatione poꝛtantes manipulos suos. ¶ Pꝛosa de martyꝛi.

Superne matris gaudia repꝛesentet ecclesia. Dum fe

sta colit annua suspiret ad perpetua. In hac valle miserie mater succurrat filie. Hic celestes excubie nobiscum stant in acie. Mundus caro demonia diuersa mouẽt prelia. Incursu tot fantasmatũ turbatur cordis sabbatũ. Dies festos cognatio simul hec habet odio. Certantq; pari federe pacẽ de terra tollere. Cõfusa sunt hec oia spes metus meror gaudium. Vix hora vel dimidia fit in celo silentium. Quã felix illa ciuitas in qua iugis solennitas. Et quã iocunda curia que cure prorsus nescia. Nec lãguor hic nec seniũ nec fraus nec terror hostium sed vna vox letantiũ et vnus ardor cordiũ. Illic ciues ãgelici sub ierarchia triplici trine gaudẽt et simplici se monarchie subici. Mirantur nec deficiunt in illũ quem prospiciunt fruũtur nec fastidiũt quo frui magis sitiunt. Illic patres dispositi pro dignitate meriti semota iam caligine lumen vident in lumine. Hij sancti quorum hodie celebrã tur solẽnia. Iã reuelata facie regem cernunt in gloria. Illic regina virginũ transcendens culmen ordinũ. Excuset apud dominum nostrorum lapsus criminũ. Nos ad sanctorũ gloriã per ipsorũ suffragia. Post presentem miseriã christi perducat gratia. Amen.

Secundum Mattheum .v. cap.

In illo tempore. Videns turbas iesus: ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserũt ad eum discipuli eius. Et aperiẽs os suum: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorum est regnum celorum Beati mites: quoniã ipsi possidebũt terrã. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabũt. Beati qui esuriũt et sitiũt iusticiã: qm ipsi saturabũt. Beati misericordes: quoniã ipsi misericordiã consequentur. Beati mũdo corde: qm ipsi deum videbunt. Beati pacifici: quoniã filij dei vocabuntur. Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iusticiã: qm ipsorum est regnum celorũ. Beati eritis cum maledixerint vobis homines: et persecuti vos fuerint/ et dixerint omne malũ aduersum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate: quoniã merces vestra copiosa est i celis. Scdm Lucã. vj

In illo tempore. Descendẽs iesus de monte: stetit in loco campestri et turba discipulorũ ei9 et multitudo copiosa plebis ab omni iudea et hierusalẽ/ et maritima/ et tiri. et sydonis. qui venerãt vt audirent eum/ et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabãtur a spiritibus immundis curabantur. Et oĩs turba querebat eũ tangere: quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos: dicebat. Beati pauperes spiritu: quia vestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines/ et cũ separauerint vos et exprobrauerint et eiecerint nomẽ vestrum tãq̃ malum: propter filiũ hominis. Gaudete in illa die et exultate: ecce enim merces vestra multa est in celo. Scdm Luca.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Cū audieritis prelia et seditiões: nolite terreri. Oportet enim primū hec fieri s; nōdū statī finis. Tūc dicebat illis Surget gēs cōtra gētē: et regnum aduers⁹ regnū: ꝛ fremot⁹ magni erūt per loca ꝛ pestilētie et fames. Terroresq; de celo: ꝛ signa magna erūt. Sed añ hec oia iniciēt vobis manus suas: et psequēt tradētes in sinagogas ꝛ custodias, trahentes ad reges et psides ꝓpter nomē meū. Contingent autē vobis in testimoniū. Ponite ergo in cordib⁹ vestris: nō premeditari quēadmodum respondeatis. Ego enim dabo vobis os et sapientiā: cui nō poterunt resistere ꝛ contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentibus ꝛ fratribus/ et cognatis et amicis: ꝛ morte afficient ex vobis. Et eritis odio omnib⁹ hoib⁹: ꝓpter nomē meū. Et capillus de capite vēo: nō peribit. In patiētia vestra: possidebitis aïas vestras. ¶ Scdm̄ Mattheū. xxiiij

In illo tempore. Sedente ie su super mōtem oliueti: accesserūt ad eū discipuli ei⁹ secreto dicētes. Dic nobis quādo hec erūt et quod signū aduentus tui: ꝛ consummationis seculi. Et respōdēs iesus: ait illis. Uidete ne quis vos seducat vllo modo. Multi eni venient in nomine meo dicētes: ego sum christus et multos seducent. Audituri enim estis prelia: et opiniones preliorum. Uidete ne conturbemini. Oportet enim primū hec fieri: sed nondū est finis. Consurget enim gens contra gentem: et regnū aduersus regnum/ ꝛ erūt pestilētie et fames/ et terremotus per loca. Hec autem oia initia sūt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationibus / et occident vos: et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meū. Et tunc scandalizabuntur multi et inuicē tradent: et odio habebūt inuicem. Et multi pseudo prophete surgent: et seducēt multos. Et quoniam abūdauit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit. Secundum Lucam. xij.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis. Attendite a fermēto phariseorū: qḋ est ypocrisis. Nichil aūt opertū qḋ nō reuelet: neq; absconditū qḋ nō sciat. Qm̄ in tenebris dixistis: in lumie dicet Et qḋ i aure locuti estis in cubiculis: predicabit in tectis. Dico autē vobis amicis meis/ne terreamini ab hijs qui occidunt corpus: ꝛ post hec non habent amplius quid faciant. Ostēdā autem vobis: quem timeatis. Timete eum qui postq̄ occiderit: habet potestatem mittere in gehennā. Ita dico vobis: hūc timete. Nonne quinq; passeres veneunt dipondio: ꝛ vnus ex illis nō est in obliuione coram deo. Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sūt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. Dico autē vobis omnis quicunq; me cōfessus fuerit coram hominib⁹: et filius hoīs cōfitebit eū corā angelis dei. Secūdū Mattheum. x.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nichil oper

tum quod nõ reueletur/et occultũ quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine. Et quod in aure auditis: predicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Sed potius eum timete qui potestatem habet et corpus et animã perdere in gehẽnam. Nonne duo passeres asse veneunt/et vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem ⁊ capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere. multis passeribꝰ meliores estis vos. Omnis ergo qui cõfitebitur me coram hominibus: confitebor et ego eum coram patre meo: qui est in celis.

Secundum Marcum. xiij.

In illo tẽpore. Egrediente iesu de tẽplo: ait illi vnus ex discipulis suis. Magister: aspice quales lapides. et quales structure. Et respõdẽs iesus: ait illi. Vides has oẽs magnas edificationes? Non relinquet lapis sup lapidẽ. qui nõ destruat. Et cũ sederet iesus in mõte oliuarũ cõtra tẽplũ: interrogabãt eũ separatim. petrus/iacobꝰ/iohannes/et andreas. Dic nobis quando ista fient/et quod signum erit quãdo hec omnia incipient cõsummari. Et respondens iesus cepit dicere illis. Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo: dicentes quia ego sum et multos seducent. Cum audieritis autem bella ⁊ opiniones bellorum: ne timueritis. Oportet enim hec fieri: sed nondum statim finis. Exurget enim gens super gentem

Anti

et regnum super regnũ: et erit terremotus per loca et fames: initiũ dolorum hec. Videte autẽ vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis et in sinagogis suis vapulabitis. Et ante reges et presides stabitis/propter me in testimoniũ illis. Et in omnes gentes primum oportet predicari euangelium. Et cum duxerint vos tradentes: nolite precogitare quid loquamini. Sed qđ datũ fuerit vobis in illa hora: id loquamini. Non enim vos estis loquẽtes: sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem/et pater filium: et insurgent filij in parentes/⁊ morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem: hic saluus erit.

Offertorium. Letamini in domino et exultate iusti/et gloriamini omnes recti corde. Offer. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel/ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus. Offertoriũ. Exultabunt sãcti in gloria: letabũtur in cubilibus suis/exultationes dei in faucibus eorum. Offer. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venãtium/laqueus contritus est et nos liberati sumus. Offer. Gloriabuntur in te omnes qui diligũt nomen tuum: quoniam tu domine benedices iusto/domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos.

Communio. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt/beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur/beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum celorum.

Cõmunio. Multitudo languentium ⁊ qui vexabantur a spiritibus immũdis veniebant ad eum quia virtus de illo exibat/

et ſanabat omnes. Cōio. Iuſtorum anime in manu dei ſunt et nō tanget illos tormentum malicie/viſi ſunt oculis inſipientium mori/illi autem ſūt in pace alleluya. Cōio. Poſuerunt mortalia ſeruorū tuorum domine eſcas volatilibus celi: carnes ſanctorum tuorum beſtijs terre/ſecundum magnitudinē brachij tui poſſide filios morte punitorū. Cōio. Amē dico vobis qđ vni ex minimis meis feciſtis michi feciſtis: venite bñdicti pr̄is mei poſſidete ꝑparatū vobis regnū ab initio ſeculi. Cōio. Et ſi coram hominibus tormēta paſſi ſunt deus tentauit eos tanꝙ aurū in fornace probauit eos ꝛ quaſi holocauſta accepit illos. Cōio. Signa eos qui in me credunt hec ſequētur/demonia eijciēt/ſuper egros manus imponent/et bene habebunt. Cōio. Quicunqꝫ fecerit voluntatē patris mei qui in celis eſt: ipſe meus frater ſoror ꝛ mater eſt dicit dominus. Cōio. Dico autē vobis amicis meis ne terreamini ab hijs qui vos perſequūtur. Cōio. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine dicit dominus ꝛ quod in aure auditis predicate ſuper tecta. Cōio. Aia noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Cōio. Gaudete iuſti in domino alleluya rectos decet collaudatio alleluya.

In natali vni⁹ cōfeſ. pō. Offm.



Statuit ei domin⁹ teſtamētum pacis et principē fecit eū vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternū. Ps. Miſericordias dñi: in eternū cātabo. Gl'ia. Alius Introit⁹



Sacerdotes tui dñe induant iuſticiam et ſcti tui exultent/ꝓpter dauid ſeruū tuū nō auertas faciem chriſti tui. Ps. Memento domine dauid: et omnis manſuetudinis eius. Alius Introitus.



Sacerdotes dei benedicite dño ſancti et humiles corde laudate deū. Ps. Benedicite oia opera dñi dño: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Alius Introitus.



Sacerdotes eius induāt ſalutari ꝛ ſancti eius exultatione exultabunt. Ps. Memento domine dauid: et omnis manſuetudinis eius. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Oratio.

Da q̄ſumus oīpotens deus: vt beati N. confeſſoris tui atqꝫ pōtificis venerāda ſolēnitas et deuotionem nobis augeat et ſalutem. Per dominum. Secreta.

Sancti tui nos q̄s dñe vbiqꝫ letificēt: vt dum eorum merita recolimus patrocinia ſentiamus. Per dominum. Poſtcōio.

Preſta queſumus omnipotēs de⁹: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes beneficia potiora ſumamus. Per dñm noſtrum ieſum. Alia Oratio.

Deus qui conſpicis quia ex nulla noſtra virtute ſubſiſtimus/cōcede propicius: vt interceſſione beati N. confeſſoris tui atqꝫ pontificis contra omnia aduerſa muniamur. Per. Secreta.

Beati N. confeſſoris tui atqꝫ pontificis queſumus domine nobis pia non deſit oratio que et munera noſtra conciliet/et tuam nobis indulgentiam ſemper obtineat. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium. Poſtcōio.

Ecia nos domine sancta sa cramenta sumetes suppliciter deprecamur: vt cuius venera mur confessionem presidia sentia mus. Per dominum. Alia oratio.

Exaudi domine preces nostras quas in sancti N. confessoris tui atque pontificis solennitate deferim⁹: vt qui tibi digne meruit famulari/eius intercedentibus meritis ab omnibus nos absolue peccatis. Per dominum. Secreta.

Munera que domine dicata sanctifica et intercedente beato N. confessore tuo atque pontifice per eadem nos placatus intende. Per dominum nostrum. Postcōio.

Presta quesumus omnipotens deus vt de perceptis muneribus gratias exhibentes intercedente beato N. confessore tuo atque pontifice beneficia potiora sumamus. Per dominum nostrum. Alia oratio.

Adesto domine precibus nostris quas in sancti N. confessoris tui atque pontificis solennitate deferimus: vt qui nostre iustitie fiduciam non habemus: eius qui tibi placuit precibus adiuuemur. Per dominum. Secreta.

Propitiare domine supplicationibus nostris: et intercueniente pro nobis sancto N. confessore tuo atque pontifice/hijs sacramentis celestibus seruientes ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos tua gratia/hijsdem quibus famulamur muneribus mysterijs emundemur. Per. Postcōio.

Ut nobis domine tua sacrificia dent salutem: beatus N. confessor tuus atque pontifex quesumus precator attendat. Per dnm.

Plurimorū confessorū pon. Offo.

Deus qui nos sanctorū confessorum tuorum atque pontificum N. et N. confessionibus gloriosis circūdas et protegis da nobis ex eorum imitatione proficere/et intercessione gaudere. Per dominum nostrum iesum. Secreta.

Suscipe domine preces et hostias que vt tuo sint digna conspectui: sanctorum tuorum precibus adiuuemur. Per. Postcōio.

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine que sumus domine deus noster: vt quod pia deuotione gerimus certa redemptione capiamus. Per dominum.

¶ Lectio libri Sapientie. xliiij.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo: et inuentus est iustus. Et in tempore iracundie: factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi: qui cōseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando: fecit illū domin⁹ crescere in plebem suam. Benedictionē omniū gētium dedit illi: et testamētum suum confirmauit super caput eius. Cognouit eū in benedictionib⁹ suis/cōseruauit illi misericordiā suā: et inuenit gratiam coram oculis dñi. Magnificauit eum in conspectu regū: et dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamētum sempiternum: et dedit illi sacerdotium magnū: et beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio et habere laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incēsū dignū in odorē suauitatis. Lectō epistole btī Pauli apli ad Tymotheū. ij. iiij.

Chariſſime. Teſtificor corā deo ⁊ chriſto ieſu qui iudicaturus eſt viuos et mortuos/ et aduentum ipſius ⁊ regnum eius. predica verbum. inſta oportune importune. Argue/ obſecra/ increpa: in omni patiētia et doctrina. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam nō ſuſtinebūt: ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Tu vero vigila: in omnibus labora/ opus autem fac euāgeliſte/ miniſterium tuū imple. ſobrius eſto. Ego enim iam delibor: et tempus mee reſolutionis inſtat. Bonum certamē certaui/ curſum conſummaui: fidem ſeruaui. In reliquo repoſita eſt michi corona iuſticie/ quam reddet michi dominus in illa die iuſtus iudex. Non ſolum autem michi: ſed et hys qui diligunt aduentum eius.

¶ Lectio libri ſapientie. Eccli. l.

Ecce confeſſor magnus qui in vita ſua ſuffulſit domū: et in diebus ſuis corroborauit tēplum. In dieb9 ſuis emanauerūt putei aquarum: et quaſi mare adimpleti ſūt ſupra modum. Qui curauit gentem ſuam / et liberauit eam a perditione. Qui preualuit amplificare ciuitatē: qui adeptus eſt gloriam in conuerſione gentis Amplificatus eſt quaſi ſtella matutina in medio nebule: et quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et quaſi ſol fulgēs inter nebulas glorie/ et quaſi flos roſarum in dieb9 vernis. Quaſi lilia que ſunt in trāſitu aque: et quaſi thus redolens in dieb9 eſtatis. Quaſi ignis effulgens: ⁊ thus ardens in igne. Quaſi vas auri ſolidum: ornatum omni lapide precioſo Quaſi oliua pullulans: et cypreſſus in altitudinē ſe extollens. In accipiendo ipſam ſtolam glorie: et veſtiri eum in conſummationem virtutis in aſcenſu altaris ſancti: gloriā dedit ſanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu ſacerdotū et ipſe ſtans iuxta aram. Circa illum corona fratrum: quaſi plantatio cedri i mōte libano: ſic circa illum ſteterunt quaſi plantatio cedri in monte libano. Circa illum ſteterunt quaſi palme omnes filij aaron in gloria ſua amplificare oblationem excelſi regis. Porrexit manum ſuam in libatione: et libauit de ſāguine vue: effudit in fundamento altaris odorem diuinum: excelſo principi.

¶ Lectō epiſtole beati Pauli apl'i Ad Hebreos. v. capitulo.

Fratres. Omnis pōtifex ex hoībus aſſumptus: pro hominibus cōſtituit in hijs que ſunt ad deū: vt offerat dona et ſacrificia pro pctis. Qui condolere poſſit hijs qui ignorant et errāt: quoniā ⁊ ipſe circundatus eſt infirmitate Et propterea debet quemadmodum et pro populo: ita etiam ⁊ pro ſemetipſo offerre p peccatis. Nec quiſq̄ ſumit ſibi honorem: ſed qui vocatur a deo tanq̄ aaron. Quēadmodum ſcriptum eſt. Tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinem melchiſedech. ¶ Lectio ep'le beati Pauli apl'i. ad Hebreos. vij.

FRatres. Plures facti sunt
sacerdotes secundum legē:
idcirco quod morte prohiberentur
permanere. Jesus autem eo quod
maneat in eternum/sempiternum
hābet sacerdotium. Unde et salua
re imperpetuum potest: accedens
per semetipsum ad deum/ semper
viuens ad interpellandum pro no
bis. Talis enim decebat vt nobis
esset pontifex sanctus / innocens/
impolutus/segregatus a peccato
rib9/et excelsior celis factus. Qui
nō haberet quotidie necessitatem
quemadmodum sacerdotes prius
pro suis delictis hostias offerre:
deinde pro populo. Hoc enim fecit
semel se offerēdo: dominus noster
iesus christus. Responsoriū. Ecce
sacerdos magnus qui in diebus suis pla=
cuit deo. Vsus. Non est inuentus similis
illi qui conseruaret legem excelsi. Respō=
sorium. Domine preuenisti eum in be
nedictionib9 dulcedinis posuisti in capite
eius coronam de lapide precioso. V9. Vitā
petijt et tribuisti ei longitudinem dierum
in seculum seculi. R. Jurauit dominus
et non penitebit eum tu es sacerdos in eter
nū secundū ordinē melchisedech. V. Dixit
dominus domino meo sede a dextris meis.
R. Inueni dauid seruū meum oleo san=
to vnxi eum: manus enim mea auxiliabit
ei et brachium meum confortabit eum. V.
Nichil proficiet inimicus in eo et filius ini
quitatis non nocebit eū. Alleluya. V.
Inueni dauid seruum meū oleo sācto meo
vnxi eum. Alla. V. Sacerdotes tui dñe
induantur iusticiam/et sancti tui exultent
in eternum. Alla. V. Jurauit dominus
et non penitebit eū tu es sacerdos in eternū
secundum ordinem melchisedech. Alla.
V. Justus germinabit sicut lilium et flore=
bit in eternū ante dñm. Alleluya. Vs.
Posui adiutoriū super potentē: et exaltaui
electum de plebe mea.

Secundum Lucam. xij.

IN illo tpe. Dixit iesus disci
pulis suis. Sint lūbi vestri
precincti: et lucerne ardētes in ma
nib9 vestris. Et vos similes homi
bus expectantibus dñm suū quā=
do reuertatur a nuptijs: vt cum ve
nerit et pulsauerit: confestim ape
riāt ei. Beati sunt serui illi: quos
cū venerit dñs inuenerit vigilātes
Amen dico vobis quod precinget
se et faciet illos discūbere: et tran=
siens ministrabit illis. Et si vene=
rit in secunda vigilia. et si in ter=
tia vigilia venerit et ita inuenerit:
beati sunt serui illi. Hoc autē scito
te: qm̄ si sciret paterfamilias qua
hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ: et
nō sineret perfodi domū suam. Et
vos estote parati: qr qua hora nō
putatis filius hominis veniet.

Secundum Marcum. xiiij.

IN illo tpe. Dixit iesus disci=
pulis suis. Uidete: vigilate
et orate. Nescitis enim qñ tempus
sit. Sicut homo qui peregre profe
ctus reliquit domū suā: et dedit ser
uis suis potestatē cuiusqꝫ operis:
et ianitori precepit vt vigilet. Uigi
late ergo. Nescitis enim quando
dñs domus veniat. Sero: an me=
dia nocte: an gallicātu: an mane.
Ne cum venerit repente: inueniat
vos dormientes. Quod autem vo
bis dico: omnibus dico vigilate.

Secundum Mattheum. xxiiij.

IN illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis. Uigilate qr
nescitis qua hora dominus vester

venturus ſit. Illud autem ſcito=
te: quoniã ſi ſciret paterfamilias
qua hora fur venturus eſſet vigi=
laret vtiq: et non ſineret perfodi
domũ ſuã. Ideo & vos eſtote para
ti: quia neſcitis qua hora filius
hominis vẽturus eſt. Quis putas
eſt fidelis ſeruus & prudens/ quem
cõſtituit dominus ſuper familiã
ſuam vt det illis cibum in tempore
Beatus ille ſeruus: quem cum ve
nerit dominus eius/ inuenerit ſic
facientem. Amen dico vobis: qm̃
ſuper oĩa bona ſua: conſtituet eũ.

¶ Secundũ Mattheum. xxv. ca.

In illo tpe. Dixit ieſus diſci=
pulis ſuis parabolã hanc.
Homo quidã peregre pficiſcẽs vo=
cauit ſeruos ſuos: et tradidit illis
bona ſua. Et vni dedit quinq: talẽ
ta: alij autem duo/ alij vero vnum
Unicuiq: ſecundũ propriã virtutẽ:
et profectus eſt ſtatim. Abijt autẽ
qui quinq: talẽta acceperat: et ope
ratus eſt in eis/ & lucratus eſt alia
quinq:. Similiter qui duo accepe=
rat: lucratus eſt alia duo. Qui au
tem vnum acceperat: abiens fo=
dit in terram et abſcondit pecuni=
am domini ſui. Poſt multũ vero
tẽporis venit domin⁹ ſeruorũ illo=
rũ: & poſuit rationẽ cũ eis. Et acce
dẽs qui quinq: talẽta acceperat: ob
tulit alia quinq: talẽta dicẽs. Dñe:
quinq: talẽta tradidiſti michi: ecce
alia quinq: ſuperlucratus ſũ. Ait
illi dñs eius. Euge ſerue bone & fi=
delis: q2 ſuper pauca fuiſti fidelis
ſupra multa te cõſtituã. Intra in
gaudiũ dñi tui. Acceſſit aũt & qui duo
talenta acceperat: et ait. Domine/
duo talẽta tradidiſti michi: ecce
alia duo ſuperlucratus ſum. Ait
illi dominus eius. Euge ſerue bo=
ne & fidelis: qui ſuper pauca fuiſti
fidelis ſupra multa te conſtituam
Intra in gaudium domini tui.

¶ Secundum Marcum. xiij.

In illo tempore. Dixit ieſus
diſcipulis ſuis. A ficu diſci=
te parabolam. Cum iam ramus
eius tener fuerit/ et nata fuerint
folia: cognoſcitis q2 in proximo
ſit eſtas. Sic et vos cum videritis
hec fieri: ſcitote quoniam in proxi
mo ſit in oſtijs. Amen dico vobis:
quoniã nõ trãſibit generatio hec:
donec omnia iſta fiant. Celum et
terra tranſibunt: verba autẽ mea
non tranſibunt. De die autem illo
vel hora nemo ſcit/ neq: ãgeli in ce
lo neq: filius niſi pater. Uidete vi=
gilate: & orate. Neſcitis enim quã
do tẽpus ſit. Sicut homo qui per=
egre profectus reliquit domũ ſuã:
& dedit ſeruis ſuis poteſtatem cu=
iuſq: operis: et ianitori precepit vt
vigilet. Uigilate ergo. Neſcitis
enim: quãdo dominus domus ve
niet Sero/ an media nocte: an gal
licantu/ an mane. Ne cum vene=
rit repente inueniat vos dormien=
tes. Quod autem vobis dico: om=
nibus dico vigilate. Offertorium.

Ueritas mea et miſericordia mea cum
ipſo et in noĩe meo exaltabitur cornu eius

Offertorium. Inueni dauid ſeruum
meum oleo ſancto vnxi eum: manus enim
mea auxiliabitur ei: et brachium meum
confortabit eũ. Cõmunio. Beatus ſer
uus quẽ cũ venerit dominus inuenerit vi
gilantem/ amen dico vobis ſuper omnia
bona ſua conſtituet eum. Communio.
Semel iuraui in ſãcto meo ſemẽ eius in

eternū manebit: ꝛ sedes eius sicut sol in cō spectu meo et sicut luna perfecta in eternū ꝛ testis in celo fidelis. Cōio. Fidelis ser uus et prudens quē constituit dñs sup fa miliā suā: vt det illis in tempore tritici mē suram. ¶ In natali vnius confesso ris nō ponti. Ad missam Introit᷒



Os iusti meditabit sapientiā et lingua eius loquetur iudi cium: lex dei eius in corde ipsi᷒. alla al leluya alla. Ps. Noli emulari in malignātib᷒: neqꝫ zelaueris fa cientes iniquitatem. ¶ Ali᷒ Introi᷒.



Iustus vt palma flo rebit sicut cedrus li bani multiplicabit plantatus in domo dñi in atrijs domus dei nr̄i. Ps. Bonū est cō fiteri dño: ꝛ psallere nomini tuo altissime.

¶ Item alius Introitus.



Iustus nō cōturbabit q2 dñs firmat manū ei᷒ tota die miseretur et cōmodat et semē ei᷒ in bñdictione erit: in eternū cōseruabitur. Ps. Noli emula ri in malignātibus: neqꝫ zelaueris facien tes iniquitatem. Gloria patri. Oratio.

Adesto dñe ppl̄o tuo vt bea ti N cōfessoris tui merita preclara suscipiēs: ad impetrādā miam tuā semp ei᷒ patrociniȷs ad iuuetur et meritis. Per. Secreta.

Suscipe dñe munera propi ci᷒ oblata que maiestati tue beati N. confessoris tui commen det oratio. Per dominū. Postcōio.

Perficient nos dñe sacramē ta que sumpsimus: et inter cedente beato N. confessore tuo a cunctis efficiant vitijs absolutos. Per dñm. Unius abbatis. Oratio

Intercessio nos qs dñe beati N abbatis cōmendet: vt qd̄ nostris meritis non valemus ei᷒ patrocinio assequamur. Per. Secr

Sacris altarib᷒ domine ho stias superpositas beatus N. confessor tuus et abbas in sa lutem quesumus nobis prouenire deposcat. Per dñm. Postcōio.

Protegat nos qs domine cū tui perceptione sacramenti beatus N cōfessor tuus/et abbas pro nobis intercedendo: vt et con uersatiōis ei᷒ experiamur isignia ꝛ intercessiōis ipsius percipiam᷒ suffragia. Per dñm. Alia Oratio

Misericordiam tuam nobis dñe qs interueniente beato N confessore tuo clementer impē de: et nobis peccatorib᷒ ipsius pro piciare suffragijs. Per. Secreta.

Hostias tibi dñe vti N cōfes soris tui dicatas meritis be nignus assume: et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium Per dominum nostrum. Postcōio

Quesum᷒ oṗs deus vt qui ce lestia alimenta percepim᷒ intercedente btō N. confessore tuo per hec cōtra oīa aduersa munia mur. Per. Lec. libri sa. Eccli. xliiij.

Dedit dñs cōfessionē sācto suo ꝛ excelso in verbo glie: et excelsum fecit illū. De oī corde suo laudauit dominum: et dilexit deum qui fecit illum: et dedit illi cōtra inimicos potentiā ꝛ stare fe cit cantores contra altare: ꝛ in so no eorum dulces fecit modos. Et

dedit in celebrationibus decus: et ornauit tpa vsq ad cōsummationem vite: Christus purgauit peccata illius: et exaltauit in eternū cornu ipsi⁹. Sapiētia laudabit animā suā: et in deo honorificabitur et in medio populi sui gloriabitur Et in ecclesijs altissimi aperiet os suum: et in conspectu virtutis illi⁹ gloriabit. Et in medio populi sui exaltabitur: et in plenitudine sancta admirabitur. Et in multitudine sanctorū habebit laudē: et inter benedictos benedicetur.

Lectō libri Sapiētie. Eccli. xxxix

Iustus cor suū tradet ad vigilandum diluculo ad dñm qui fecit illū: ⁊ in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione: ⁊ pro delictis suis deprecabitur. Si enim magnus dñs voluerit: spū intelligentie replebit illū. Et ipse tanq̄ imbres mittet eloquia sapientie sue: et in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consiliū eius/ et disciplinā doctrine sue: et in absconditis suis consiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinā doctrine sue et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiā eius: et vsq in seculum nō delebitur. Non recedet memoria eius et nomē eius inquiretur a generatione in generationem.

Lectio libri Sapiētie. xlv. capitlo

Dilectus deo et hoībus: cui⁹ memoria in benedictione est. Similem fecit illum in gloria sanctorum et magnificauit eū in timore inimicorū: ⁊ in verbis suis monstra placauit. Glorificauit eum in conspectu regū: et ostendit illi gloriā suā. In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illū: et elegit eum ex omni carne. Audiuit enim eum et vocem ipsius: ⁊ induxit eū in nube. Et dedit illi cor ad pcepta: ⁊ legē vite et discipline.

Lectio libri Sapientie. x. capitlo.

Iustum deduxit dñs per vias rectas: ⁊ ostendit illi regnū dei: et dedit illi scientiā sanctorū. Honestauit eum in laboribus: et compleuit labores illius. In fraude circūuenientiū illi affuit: et honestum fecit illū. Custodiuit eū ab inimicis: et a seductorib⁹ tutauit illum. Et certamen forte dedit illi vt vinceret: ⁊ sciret quoniā omniū potentior est sapientia. Hec venditū iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberauit eū. Descenditq̄ cū eo in foueā ⁊ in vinculis nō dereliquit eū. Donec afferret illi sceptrum regni: et potentiā aduersus eos qui eū deprimebant. Et mēdaces ostendit: qui maculauerūt eū. Et dedit ei claritatē eternam: dominus deus noster. Responsoriū.

Os iusti meditabitur sapiētiā et lingua eius loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde ipsius et nō supplātabuntur gressus ei⁹. R. Iustus vt palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur in domo domini. V. Ad annunciandū mane misericordiā tuā et veritatem tuā per noctem. R. Iustus non conturbabitur quia dominus firmat manum eius. V. Tota die miseretur et commodat et semē eius in benedictione erit. Alla. V. Amauit eum domin⁹ et ornauit eum stola glorie induit eū. Alla. V. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius loquetur iudicium. Alla. V.

disposui testamentum electis meis: iuravi dauid servo meo. Tractus.

Ecce vir prudens qui edificavit domũ suã supra firmam petram. V. In cuius ore non est inuentus dolus quia deus eum sibi elegit in sacerdotem. V. Iste est qui non proposuit temporalem leticiã: sed pugnauit cum antiquo serpente virili ter. V. Modo coronatur et perfruitur palma quia fideliter vixit in mandatis dei.

Secundum Lucam. xj. capitulo.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Nemo accendit lucernam et in abscondito ponit/ neque sub modio sed super candelabrum: ut qui ingrediuntur lumen videãt. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuũ lucidum erit. Si autẽ neq̃ fuerit: etiã corpus tuum tenebrosum erit. Uide ergo ne lumen quod in te est: tenebre sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit non habẽs aliquam partẽ tenebrarum: erit lucidum totũ. Et sicut lucerna ful goris illuminabit te. Aliud euangeliũ. Uide et vigilate. quere su. in cõi vni confes. pon. Offer. Desiderium aie eius tribuisti ei dñe et volũtate la biorũ eius nõ fraudasti eũ: posuisti in capite eius coronã de lapide precioso. Cõio. Domine quinque talenta tradidisti michi ecce alia quinque superlucratus sũ: euge serue fidelis quia in pauca fuisti fidelis supra mul ta te cõstituã intra in gaudiũ domini tui.

In natali unius virgi. Introitus



Dilexisti iustitiã et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie pre cõ sortibus tuis. Psalmus.

Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Alius introitus.



Uultũ tuũ deprecabũtur omnes diuites plebis: adducẽtur regi virgines post eã proxime eius adducentur tibi in leticia et exultatione. Ps. Eructauit cor meũ verbum bonũ: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Alius Introitus.



Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum et non confundebar et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Gloria patri et filio. Alius Introitus.



Me expectauerunt peccatores ut perderent me testimonia tua domine intellexi omnis cõsũmationis vidi finẽ latum mandatũ tuum nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini. Gloria. Alius Introitus



Cognoui dñe quia equitas iudicia tua et in veritate tua hũiliasti me cõfige timore tuo carnes meas/ a mãdatis tuis nõ me repellas Ps. Beati immaculati in via: qui ãbulãt in lege dñi. Glo. Oratio

Exaudi nos deus salutaris noster ut sicut de btẽ N. virginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotiõis erudiamur affectu. Per

Accepta tibi sit dñe sacratae plebis oblatio pro ... quorum

honore sanctorum quorum se me ritis percepisse de tribulatione cognoscit auxiliũ. Per dñm. Postcõ.

Satiasti dñe familiã tuam muneribus sacris eius q̃s interuentione nos refoue: cui⁹ solẽnia celebramus. Per. Alia Orõ.

Omnipotens sempiterne de⁹ qui infirma mũdi eligis vt fortia queq̃ cõfundas: cõcede propicius. vt qui btẽ N. martyris tue solennia colimus: eius apud te patrocinia sentiamus. Per. Secreta.

Hostias tibi domine quas ti bi offerimus propici⁹ respi ce: et intercedente beata N marty re tua vincula peccatorum nostro rum absolue. Per dñm. Postcõio.

Refecti cibo potuq̃ celesti de us noster te supplices exora mus: vt in cuius hec commemora tione percepim⁹ eius muniamur et precib⁹. Per dñm. Alia Oratio.

Deus qui inter cetera poten tie tue miracula etiã in se xu fragili victoriam martyrij con tulisti: cõcede propicius: vt qui bea te N. virginis et martyris tue na talicia colimus. per eius ad te exẽ pla gradiamur. Per dñm. Secrẽa.

Suscipe munera dñe que in beate N martyris tue solen nitate deferim⁹: cui⁹ nos cõfidim⁹ patrocinio liberari. Per. Postcõio

Auxilientur nobis domine sũpta mysteria: et interce dẽte btã N. martyre tua sẽpiterna protectione cõfirmẽt. Per. Oratio

Indulgentiã nobis domine btã N. virgo et martyr implorent: que tibi grata semper ex titit et merito castitatis et tue pro fessione virtutis. Per dñm. Requi re secretã z postcommunionem s. immediate. Ad Corinthios. x.

Fratres. Qui gloriatur: in dño glorietur. Non enim qui seipsum cõmendat ille proba tus est: sed quem deus cõmendat. Utinã sustineretis modicũ quid in sipiẽtie mee: sed et supportate me Emulor enim vos dei emulatione Despondi enim vos vni viro virgi nem castam exhibere christo.

Lectio libri sapientie. Eccli. li. ca.

Domine deus meus exalta sti super terram habitatio nem meã: et pro morte defluẽti de precata sũ. Inuocaui dñm patrẽ domini mei: vt nõ derelinquat me in die tribulationis mee: et in tem pore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assidue: z collaudabo illud in confessione: z exaudita est oratio mea. Libera sti enim me de perditione: et eripui sti me de tempore iniquo. Propte rea confitebor tibi: z laudẽ dicam nomini tuo: domine deus noster.

Lectio libri sapientie. Ecclesia. li.

Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deũ saluatorem meum. Confitebor nomini tuo magno quoniã adiutor et pro tector factus es michi: et liberasti corpus meum a perditione. A la queo lingue inique: et a labijs ope rantium mẽdaciũ. Et in conspe ctu astantiũ factus es michi adiu tor: et liberasti me secundum mul titudinẽ misericordie nominis tui A rugiẽtibus preparatis ad escã: de manibus querẽtiũ animã meã: et de multis tribulationibus que

circundederunt me. A pressura flā me que circūdedit me: et in medio ignis non sum estuata. De altitudine vētris inferi: ⁊ a lingua coinquinata/ ⁊ a verbo mendacij. A rege iniquo/ ⁊ a lĩgua iniusta. Laudabit vsq ad mortem anima mea dominum: et vita mea appropinquans erat in infernum deorsum Circūdederūt me vndiq: ⁊ nō erat qui adiuuaret. Respiciens erā ad adiutorium hominum: ⁊ nō erat. Memorata sum misericordie tue domine: et cooperationis tue que a seculo sunt. Quoniam eruis sustinentes te: et liberas eos de manibus angustie: dñe deus noster.

Lectio libri Sapientie. viij.ca.

Sapientia vincit maliciam. Attigit enim a fine vsq ad finem fortiter: ⁊ disponit oīa suauiter. Hāc amaui ⁊ exquisiui a iuuentute mea: ⁊ quesiui eam sponsam michi assumere: ⁊ amator factus sum forme illius. Generositatem illi⁹ glorificat cōtubernium habens dei: sed et omniū dñs dilexit eam. Doctrix est enim disciplîne dei: et electrix operum illius. ℞. Dilexisti iusticiam ⁊ odisti iniquitatem ℣. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie. ℞. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternū. ℣sus. Propter veritatem et mansuetudinem ⁊ iusticiā ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. ℞. Audi filia ⁊ vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. ℣m. Propter veritatem ⁊ mansuetudinem et iusticiam ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia ⁊ vide et inclina aurem tuam quia concupiuit rex speciem tuam. ℞. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede ⁊ regna. ℣. Audi filia ⁊ vide et inclina aurem tuā quia concupiuit rex speciē tuam. ℞. Adiuuabit eā deus vultu suo deus in medio eius non cōmouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei sanctificauit tabernaculum suū altissimus. Alla. ℣. Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Alleluya. ℣. Hec est virgo sapiens quam domin⁹ vigilantem inuenit Alleluya. ℣. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna Alla. ℣. Adducentur regi virgines post eam proxime eius offerentur tibi in leticia Alla. ℣. Uidi speciosam sicut columbā et circundabant eā flores rosarum et lilia conuallium. Alla. ℣. Ueni electa mea ⁊ ponam in te thronum meum quia concupiuit rex speciem tuā. ℞.

Tractus.

Diffusa est gr̃a in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternū ℣. Specie tua et pulchritudine tua intēde prospere procede et regna. ℣. Propter veritatem ⁊ mansuetudinem et iusticiam et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et inclina aurem tuā: quia concupiuit rex speciem tuam.

Prosa.

Uirgines egregie virgines sacrate corā vestri facie spōsi coronate. In eterna requie sursum sublimate cāticum leticie domino cantate. Castitatis lilium olim custodistis propter dei filiū cui placuistis. Templum sancti spiritus esse voluistis tactus et cōcubitus ideo fugistis. Flore pudicitie vestre reseruato [illegible] Orbito scicie motu refrenato. ... mūdicie premio donato assidetis hodie virginali nato. Non estis

de fatuis que cū vasis vacuis spō-
sum pstolantur. Immo de pru
dentibus que plenis lampadibus
bene preparantur. Fatuis virgi
nibus oleo carentibus sponsus est
dicturus. Uobis non aperiā pru
dentes recipiam premia daturus
N. virgo veneranda cuius festa
celebranda rediereūt annua. Ca-
sta prudens et fidelis nobis impe-
trare velis gaudia ppetua Amen
¶ Secundum Mattheum. xxv.
In illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis parabolam
hanc. Simile est regnum celorum
decē virginibus: que accipiētes lā
pades suas exierunt obuiam spō-
so et sponse. Quinq autem ex eis
erant fatue: et quinq prudentes.
Sed quinq fatue: acceptis lāpa-
dibus nō sumpserunt oleum secū.
Prudentes vero: acceperunt oleū
in vasis suis cū lampadibus. Mo
ram autē faciente sponso: dormi-
tauerūt oēs ꝛ dormierunt. Media
autē nocte clamor factus est: ecce
sponsus venit exite obuiā ei. Tūc
surrexerunt omnes virgines ille: ꝛ
ornauerunt lampades suas. Fa-
tue autem sapientibus dixerunt.
Date nobis de oleo vestro: quia lā
pades nostre extinguūtur. Respō-
derunt prudētes: dicentes. Ne for-
te non sufficiat nobis ꝛ vobis: ite
potius ad vēdētes ꝛ emite vobis.
Dum autem irent emere venit spō
sus: et que parate erāt intrauerūt
cum eo ad nuptias: ꝛ clausa est ia
nua. Nouissime vero veniūt ꝛ relī
que virgines, dicentes. Dñe domi
ne: aperi nobis. At ille respondēs
ait. Amen dico vobis: nescio vos.
Uigilate itaq quia nescitis diem:
neq horā Secundū Mattheū. xxv.
In illo tempore. Dixit iesus
discipulis suis parabolam
hanc. Simile est regnum celorum
thesauro abscondito in agro: quē
qui inuenit homo abscōdit: et pre
gaudio illius vadit ꝛ vēdit vniuer
sa que habet: ꝛ emit agrum illum
Iterum simile est regnū celorum
homini negociatori querenti bo-
nas margaritas. Inuēta autem
vna preciosa margarita: abijt et
vēdidit vniuersa q̄ habuit: et emit
eam. Iterū simile est regnū celor
sagene misse in mare: et ex oi gene
re piscium cōgreganti. Quā cum
impleta esset, educentes ꝛ secus lit
tus sedentes elegerūt bonos in va
sa sua: malos autē foras miserūt
Sic erit in cōsummatione seculi.
Exibunt angeli, ꝛ separabūt ma-
los de medio iustorum: et mittent
eos in caminū ignis. Ibi erit flet⁹:
ꝛ stridor dētium. Intellexistis hec
omnia? Dicūt ei. Etiam. Ait illis
Ideo omnis scriba doct⁹ in regno
celorum: similis est homini patri-
familias. Qui profert de thesau-
ro suo: noua et vetera. Offertoriū
Afferentur regi virgines post eam proxi
me eius afferentur tibi. Offr. Filie re
gum in honore tuo astitit regina a dextris
tuis in vestitu deaurato circundata varie
tate. Offr. Diffusa est grā in labijs
tuis propterea benedixit te de⁹ ineternū et
in seculum seculi. Offr. Afferentur re
gi virgines proxime ei⁹ afferētur tibi in le
titia et exultatione adducent in templū re
gi dño. Cōio. Diffusa est gratia in la-
bijs tuis propterea benedixit te deus ineter
num. Cōio. Simile est regnum celorum

Beatus vir qui in ſapientia. quere in cōmuni. R. Poſuiſti domine. V. Deſiderium. Alleluya. V. Victor ſanctiſſime quere infra. Proſa. Adeſt namq3. Euāgelium. Niſi granum frumēti cadens quere in cōi. Offertoriū. In virtute tua. Secreta.

Oblationem famulorum tuorum omnipotens deus quā tibi ſuppliciter deferimus in honore et veneratione beatiſſimi martyris tui victoris / vt qui tibi ſemetipſum obtulit hoſtiā laudis in odorem ſuauitatis: eius precibus vniri mereamur vnigenito filio tuo. Qui tecum viuit. Cōmunio. Magna eſt gloria in ſa. Poſtcōmunio.

Diuina ſumentes ſacramēta clemētiam tuam ſupplices imploramus omnipotens de9: vt intercedente beato victore martyre tuo que ore contigimus / puro corde capiamus. Per dominū no.

¶ Praxedis virginis mēo. Oratio

Preſta queſum9 domine mētibus noſtris cum exultatione prouentū: vt beate praxedis virginis tue / cuius diem paſſionis annua deuotiōe recolimus / etiam fidei conſtantiā ſubſequamur. Per dominum noſtrū ieſum. Secreta.

Preces noſtras queſumus domine propicius admitte / vt dicatum tibi ſacrificium beata praxedis virgo cōmendet. Per dominum noſtrum ieſum. Poſtcōio.

Sancte praxedis vginis tue precibus confidentes / queſumus domine vt per ea que ſumpſimus: eterna remedia capiamus. Per dominū. ¶ In feſto beate marie Magdalene. Introitus.



Gaudeamus omnes in domino / diem feſtum celebrantes ſub honore marie magdalene de cui9 ſolennitate gaudēt angeli et collaudant filium dei. Ps Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Gloria in excelſis deo. Oratio.

Largire nobis clemētiſſime pater. quod ſicut beata maria magdalene dominum noſtrū ieſum chriſtum ſuper omnia diligendo ſuorum obtinuit veniā peccaminum: ita nobis apud miſericordiam tuam ſempiternam impetret beatitudinem. Per eundem dominum noſtrum ieſum chriſtum.

¶ Lectio libri ſapiētie. puer. vlti.

Mulierem fortem quis inueniet? Procul et de vltimis finibus precium eius. Cōfidit in ea cor viri ſui: & ſpolijs non indigebit Reddet ei bonum et non malum: omnibus diebus vite ſue. Queſiuit lanam et linum: et operata eſt cōſilio manuum ſuarum. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris: de lōge portans panem ſuum. De nocte ſurrexit: deditq3 predam domeſticis ſuis et cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrum et emit illum: de fructu manuum ſuarum plātauit vineā. Accinxit fortitudine lūbos ſuos: et roborauit brachium ſuum. Guſtauit et vidit quia bona eſt negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna ei9. Manum ſuam miſit ad fortia: et digiti eius apprehēderunt fuſum. Manum ſuam ape

ruit inopi:et palmas suas extēdit ad pauperem. Non timebit domui sue a frigoribꝰ niuis:omnes eni m domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi:bissus et purpura indumētum eiꝰ. Nobilis in portis vir eius:quādo sederit cum senatoribus terre. Sindonem fecit et vendidit:et cingulum tradidit chananeo Fortitudo et decor indumentum eius:et ridebit in die nouissimo. Os suū aperuit sapientie/et lex clemētie in lingua eius. Cōsiderauit semitas domus sue:et panem ociosa non comedit. Surrexerūt filij eius/et beatissimam predicauerunt:et vir eiꝰ laudauit eam. Multe filie congregauerunt diuitias:tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia/ et vana est pulchritudo:mulier timens deum/ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum: et laudent eam in portis opera eius. Loco responsorij dicitur Alleluya.

℣. Optimam partem elegit sibi maria que non auferetur ab ea ineternū. Alleluya

℣. Surrexit dominus et occurrens mulieribus ait auete:tunc accesserunt et adorauerunt eum. Prosa.

Mane prima sabbati surgēs dei filius nostra spes et gloria. Victo rege sceleris rediijt ab inferis cum summa victoria. Cuius resurrectio om̄i plena gaudio consolatur omnia. Resurgentis itaq maria magdalene facta est prenuncia. Ferens christi fratribus eius morte tristibus expectata gaudia. O beati oculi quibꝰ regem seculi morte iam deposita prima est intuita. Hec est illa femina cuius cuncta crimina ad christi vestigia eius lauit gratia. Que dū plorat et mens orat facto clamat quod cor amat iesum sup omnia. Non ignorat quem adorat quid precetur sed deletur quod mens timet conscia. O maria mater pia stella maris appellaris operū per merita. Matri christi coequata/ dū fuisti sic vocata sed honore subdita. Illa enim fuit porta p quā fuit lux exorta:hec resurgentis nūcia mundū replet leticia. Illa mūdi imperatrix/ista beata peccatrix leticie primordia fuderunt in ecclesia. O maria magdalena audi vota laude plena apud christum chorum istum clementer cōcilia. Ut fons summe pietatis qui te lauit a peccatis seruos suos atq tuos mūdet data venia. Hoc det eius gratia qui regnat per secula Amen.

¶ Sequentia sancti euangelij secundum Lucam. vij.

In illo tempore:Rogabat iesum quidam phariseꝰ vt mā ducaret cum illo. Et ingressus domū pharisei:discubuit. Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix/ vt cognouit q iesus accubuisset in domo pharisei : attulit alabastrū vnguenti. Et stans retro secus pedes eius:lachrymis cepit rigare pedes eius:et capillis capitis sui tergebat. Et osculabatur pedes eius: et vnguento vngebat. Uidens autē phariseus qui vocauerat eum: ait intra se dicens. Hic si esset propheta/sciret vtiq que et qualis est mulier que tangit eum:quia peccatrix est. Et respondens iesus. dixit ad illum. Simon/habeo tibi aliquid

cere. At ille dixit. Magister dic. Et respōdit iesus. Duo debitores erāt cuidam feneratori: unus debebat denarios quingentos: et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent: donauit utrisq;. Quis ergo eum plus diligit? Et respondēs symon dixit. Estimo quia is cui plus donauit. At ille dixit. Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierē: dixit symoni. Uides hanc mulierem? Intraui in domum tuam: aquam pedibus meis non dedisti. hec autē lachrymis rigauit pedes meos: et capillis suis tersit. Osculum michi non dedisti. hec autem ex quo intrauit non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meū non unxisti: hec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur: minus diligit. Dixit autem ad illā iesus. Remittuntur tibi peccata. Et ceperunt qui simul discumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit: vade in pace. ¶ Credo dē & i oct. sed non per octa. Offer. Angelus domini descendit de celo et dixit mulieribus: quē queritis surrexit sicut dixit alla. Secr.

Hanc nostre oblationis hostiam terribilis et piissime deus beata maria magdalene sua cum precum cumulet incremētis: et ad nostre restaurationis principium flagitet profuturum. Per dominū. Commu. O ptimam partem elegit sibi maria: que non auferetur ab ea in eternum. Postcommunio.

Sanctificet nos quesumus domine semper & muniat intercedente beata maria magdalene diuini muneris sacra libatio: et celestiū virtutum coheredes efficiat. Per dominū. ¶ Per octauas beate marie magdalene introitus/ oratio & epistola ut supra in die. R. Specie tua et pulchritudine. V. Propter veritatem et mā suetudinem. quere in cō. virginis. vel dicatur aliud R. de cōmuni virginum. Alleluya. V. Optimam partē elegit. quere supra in festo. Euāgeliū. Intrauit iesus in quoddam castellum. quere supra in festo assumptionis beate marie. Cetera ut supra in festo. ¶ Apolinaris martyris memoria. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris/ ut beati apolinaris martyris tui intercessionibus confidentes: nec minis aduersantium nec ullo conturbemur incursu. Per dominum no. Secreta.

Oblatis domine placare muneribus/ et intercedente beato apolinare martyre tuo / a cunctis nos defende periculis. Per dominum nostrum. Postcommunio.

Celestibus refecti sacramentis supplices te rogamus domine/ ut quorum gloriamur triūphis/ protegamur auxilijs. Per dominum nostrum iesum christum. ¶ Christine virginis et marty. memo. ofo. Exaudi nos deus salutaris noster. in cō. virginis virgi. cū secreta et postcōione. ¶ In uigil. sancti iacobi apli introitus Michi aūt nimis. in cō. apo. Glia in excel. Ofo.

Esto dñe plebi tue sanctificator et custos / ut beati apostoli

tui iacobi munita preſidijs: et conuerſatione tibi placeat / et ſecura deſeruiat. Per dñm. ¶ Chriſtofori et cucufati marty. mtno. Oratio.

Deus qui nos cõcedis ſanctorum martyrũ tuorũ chriſtofori et cucufati natalicia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum ſocietate gaudere. Per dominum. ¶ Lectio actuũ apl'orum. v.

In diebus illis. Princeps ſacerdotum et omnes ſeniores filiorũ iſrael conuocantes apoſtolos ceſis denunciauerũt: ne omnino loquerentur in nomine domini ieſu. Et illi quidem ibant gaudẽtes a conſpectu concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine ieſu contumeliam pati. Omni autem die in templo et circa domos non ceſſabant docentes et euangelizantes ieſum chriſtum. ℟. Conſtitues eos princi. ℣. Pro patribus. Alleluya. ℣. In omnem terram. Proſa. Celi ſolem. quere in communi apoſtolorum.

¶ Secundum Mattheum. xx.

In illo tempore. Acceſſit ad ieſum mater filiorum zebedei cum filijs ſuis. adorans et petens aliq̃d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hij duo filij mei vnus ad dexteram tuam / et alius ad ſiniſtram tuã: in regno tuo. Reſpõdẽs autẽ ieſus: dixit. Neſcitis quid petatis Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Dicũt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicem quidem meũ bibetis: ſedere autẽ ad dexterã meam et ſiniſtram non eſt meũ dare vobis: ſed quibus paratũ eſt a patre meo. Et audientes decẽ: indignati ſunt de duobus fratribus. Jeſus aũt vocauit eos ad ſe: et ait. Scitis q2 principes gẽtium dominãtur eorũ: et qui maiores ſunt poteſtatẽ exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicũq3 voluerit inter vos maior fieri: ſit veſter miniſter. Et quicunq3 voluerit inter vos primus eſſe: erit veſter ſeruus. Sicut filius hominis non venit miniſtrari / ſed miniſtrare: et dare animam ſuam in redemptionem pro multis. Credo dicit. Offr. Michi autem in cõi. Secreta.

Oblationes populi tui queſumus domine beati apoſtoli tui iacobi paſſio beata conciliet: et que non apta ſunt meritis / fiant tibi placita. eius deprecatione. Per. ¶ Chriſtofori et cucufati. Secreta

Munera tibi domĩe noſtre deuotionis offerim9: que pro tuorum tibi grata ſint honore ſanctorũ: et nobis ſalutaria te miſerãte reddantur. Per dominũ noſtrũ. Prefatio de apoſtolis dicitur. Cõmunio. Vos qui ſecuti. Poſtcõmunio

Beati apoſtoli tui iacobi cuius hodie feſtiuitate corpore et ſanguine tuo nos refeciſti: que ſumus domine interceſſione nos adiuua: pro cuius ſolennitate percepimus tua ſancta letantes. Per. ¶ Chriſtofori et cucufati. Poſtcõ.

Preſta nobis queſumus domine et intercedentibus ſanctis martyribus tuis chriſtoforo et cucufato: vt que ore contigim9 / pura mente capiamus. Per dominũ ¶ Eodẽ die bñdictio pomorũ. Dñs vobiſcũ. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus

Te deprcamur oĩps eterne de[illegible] vt bene ✠ dicas hũc fruct[illegible]

nouum pomorum ut qui esu inter dicte arboris letalis pomi in prothoparente iusti funeris sententia multati sum⁹: per illustrationem unigeniti filij tui redemptoris dei ac domini nostri iesu christi ꝛ spiritus sancti bene✝dictionē depulsis atqꝫ abiectis vetusti hostis: atqꝫ primi facinoris incentoris insidijs salubriter et ex huius diei anniuersaria salubritate de uniuersis terre edendis germinibus degustemus Per eundem. Alia benedictio.

Bene✝dic domine hunc fructum nouum pomorum: ut hij omnes qui utuntur sanctificari mereantur. Per dominū nostrū. ¶ Tunc aspergat sacerdos fructū aqua benedicta. ¶ In festiuitate beate anne matris genitricis dei gloriose ad missam. Introitus.



Gaudeamus omnes in domino/ diem festum celebrantes sub honore beate anne de cuius solennitate gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Deus qui beate anne tātam gratiam donare dignatus es / ut beatissimā mariam matrē tuam in suo glorioso utero portare mereretur: da nobis per intercessionem matris ꝛ filie/tue propiciationis abundantiam / ut quarum solennia pio amore amplectimur/ earum precibus ad celestem hierusalem peruenire valeam⁹. Per ... nis. Epistola. Mulierē fortē quis inueniet. quere supra in festo beate marie magdalene. ℟. Propter veritatem et mansuetudinem. ℣. Audi filia. Quere in cōi unius virginis. Alleluya ℣. Ueni electa. quere in cōmuni unius virginis. folio. xiiij. Prosa.

Mater matris domini felix felicissimi ioachim consorcia. Singulari studio pauperum solatio conferēs subsidia. Anna diu sterilis apud deū humilis propter uirum anxia. Qui turbatus nimium triste per eloquium datū ad altaria. Propter verba presulis iuxta vicem exulis fugit ad ouilia. Quem celestis nuncius pulcher et propici⁹ blanda per eloquia soluit a miseria. Per exempla veterum eos fouens ꝛ miserum reducens ad gaudia veraci prophetia. Confortauit et monstrauit quod mariam egregiam gigneret ex se pia. O parētes q̄ gaudētes q̄ laudatos q̄ beatos vos facit hec filia. Hec est rosa gratiosa que de spinis et ruinis et truci inuidia. Antiquorum iudeorum fuit nata nobis data iuxta vaticinia. O q̄ bene genuistis et q̄ mūdo profuistis o q̄ sublimi gloria vobis plaudunt celestia. Celi arcem obtinetis quo iam mortem non timetis sed habetis omnia desiderabilia. Uos nostra hatis nos laudantes vos et vobis famulantes licet rei simus dei consessos clementia. Ut sit nobis coadiutrix vestra nata dei nutrix que nos ponat et coronet in celesti patria. Amē dicāt oia. Euāg. Liber generationis iesu christi filij dauid filij abraham. Quere ...

conceptione beate marie virginis. Offer. Diffusa est gratia in labiis tuis. quere in cōi vnius virgi. Secreta.

Super hanc oblationem quam sumus domine que in memoriam sanctissime anne matris beatissime genitricis vnigeniti tui domini nostri iesu christi consecratur et tuam infunde benedictionem: et per eam nobis tribue cordium purificationem & munerum tuorum participationem. Per eundem do. Cōio. Feci iudicium. quere in commu ni vnius virginis. Postcommunio

Sumpta sacramenta quesumus domine intercedēte beatissima anna matre gloriose genitricis vnigeniti tui nos ab hostiū defendāt formidine: et eterne mortis amaritudine. Per eundem do.

Etherei antissiodorensis episcopi et confessoris introitus. Sacerdotes eius. quere in cōi. Gloria in excelsis dicitur. Oratio.

Da quesumus omnipotens deus / vt beati etherei confessoris tui atque pontificis venerāda solēnitas: et deuotionem nobis augeat et salutem. Per dominum Epla. Ecce sacerdos ma. Re. Jurauit dns. Alla. v. Disposui. Euāgeliū Sint lūbi. Offer. Desideriū. Cōio Fidelis seruus. quere oīa necessaria ad officiū misse infra in cōi vnius cōfes so. ponti. cum secreta et postcōione

Sancte marthe virginis introitus. Gaudeamus omnes in dño. Gloria in excelsis deo. Oratio.

Omnipotēs clemētissime deus cuius filius in ede beate marthe hospitari dignatus est: da quesumus: vt eius meritis que illū pla cide suscepit: in ede polorum misericorditer hospitari valeamus. Per eundem. Eodem die nazarii et celsi martyrū memo. Oratio. Deus qui nos cōcedis. quere in cōmuni plurimorum martyrum / cū secreta et postcōmunione. Item memoria beate magdalene. Epistola. Qui gloriatur i domino. que re in cōmuni virginum. Re. Audi filia v. Specie tua et pulchritudine. quere in cōmuni. Alleluya. v. Adducentur re. quere in cōi. Euangelium. Simile est regnum celorum decem virginibus. quere in commum virginum. Offer. Offerentur regi. vt in cōi. Sec.

Suscipe & sanctifica adonay deus hoc munus oblatum / et concede vt ad salutem nostram caro et sanguis fiat filii tui meritis illius que illum gratanter hospitio suscepit. Qui tecum viuit et regnat. Cōio. Quinque prudentes virgi. quere in cōmuni. Postcommunio.

Da quesumus misericors deus vt q̄ beate marthe filii tui hospite solennia agimus: eius meritis a cunctis aduersitatibus liberemur. Per eundem dominum nostrum ie. In octauis sancte marie magdalene sicut in die: sed prosa non dicitur. Eodem die memoria sanctorum martyrum simplicii / faustini et beatricis / felicis et lupi episcopi et confessoris. Et dicuntur tres orationes ad vnum Per dominum. Oratio.

Sancti felicis domine confessio recensita conferat nobis pie deuotionis augmentum: quo in tuo nomine perseuerās meruit honorari. Alia oratio.

PResta domine queſumus: vt ſicut populꝰ chꝛiſtianus martyꝛum tuoꝛum ſimplicij / fauſtini et beatricis temporali ſolenni tate cõgaudet: ita perfruatur eterna / et que votis celebꝛat compꝛehē dat effectu. Alia oꝛatio.

DA queſumus omnipotens deus vt beati lupi confeſſoris tui atqꝫ pontificis veneranda ſolennitas: et deuotionem nobis augeat et ſalutem. Per. Secreta.

HOſtiā tibi dn̄e pꝛo cōmemoꝛatione ſancti felicis offeri mꝰ: quē a tui coꝛpoꝛis vnitate nulla tentatio ſeparauit. Secreta.

HOſtias tibi dn̄e pꝛo ſanctoꝝ martyꝛū tuoꝛum ſimplicij / fauſtini et beatricis cōmemoꝛatione deferimus ſuppliciter depꝛecantes: vt indulgētiam nobis pariter conferat et ſalutem. Secreta.

SAncti tui nos queſumꝰ dn̄e vbiqꝫ letificent: vt dum eoꝛū merita recolimus patrocinia ſentiamus. Per dominum. Poſtcōio.

REfecti cibo potuqꝫ celeſti deꝰ noſter te ſupplices exoꝛamꝰ vt in cuius hec commemoꝛatione percepimus / eiꝰ muniamur et pꝛecibus. Alia poſtcommunio.

PReſta queſumus omnipotens deus / vt ſanctoꝛū tuoꝛum ſimplicij / fauſtini et beatricis celeſtibus myſterijs celebꝛata ſolē nitas / indulgētiam nobis tue pꝛopiciatiōis acquirat. Alia poſtcōio.

PReſta queſumus omnipotens deꝰ: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potioꝛa ſumamꝰ. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum fi.

Urſi epiſcopi antiſtio. & confeſ. Introitus. Sacerdotes dei. quere in cōi. Gloꝛia in excel. Oꝛatio.

DA queſumus omnipotens deus vt beati vꝛſi confeſſoris tui atqꝫ pontificis veneranda ſolennitas: et deuotionem nobis augeat et ſalutem. Per dominum

Abdon et ſennes in memo. Oꝛatio

DEus qui ſāctis tuis abdon et ſennem ad hanc gloꝛiam veniendi copioſum munus gratie cōtuliſti: da famulis tuis ſuoꝛum veniam delictoꝛum: vt ſanctoꝛum tuoꝛum intercedētibus meritis ab omnibus mereantur aduerſitatibus liberari. Per dominū. Epiſtola. Ecce ſacerdos magnus. quere in cōmuni. ℟. Ecce ſacerdos magnus. Alleluya. ℣. Poſui. Euangelium. Sint lumbi veſtri pꝛecincti. Offer. Inueni dauid ſeruum. Secreta.

SAncti tui nos queſumus domine vbiqꝫ letificēt: vt dum eoꝛum merita recolimus: patrocinia ſentiamus. Per dominum no.

Abdon et ſennes Secreta.

HOſtia hec queſumus domine quam in ſanctoꝛum tuoꝛum natalicijs recenſentes offerimus: et vincula noſtre pꝛauitatis abſoluat: & tue nobis miſericoꝛdie dona conciliet. Per dominum. Cōmunio. Semel iuraui. i cōi. Poſtcōio.

PReſta queſumus omnipotens deꝰ / vt de perceptis muneribus gratias exhibentes: beneficia potioꝛa ſumamus. Per dominum noſtrū ieſum chꝛi. Abdon et ſennes. Poſtcommunio.

POpulum tuū domine perpetua munitiōe defēde: n[...] dif

ficiliter quod pie quodꝙ iuste postulat consequatur/cui sanctorum tuoꝝ merita suffragantur. Per d.

¶ In transitu beati germani antissiodorensis episcopi et confessoris Introitus Statuit ei dominꝰ. Gloria in excelsis dicitur. Oratio.

Deus qui hodiernam diē sacratissimā nobis in beati germani confessoris tui atꝙ pontificis solennitate tribuisti: adesto propicius ecclesie tue precibus: vt cuiꝰ gloriatur meritis/muniatur suffragijs. Per dominum nostrū.

¶ Lectio libri sapientie. Eccli. l.

Ecce cōfessor magnꝰ ꝗ quasi stella matutina in medio nebule/et quasi luna plena in diebꝰ suis lucet. Et quasi sol refulgēs/sic ille effulsit ī tēplo dei. Quasi arcꝰ refulgēs inter nebulas glie: ⁊ quasi flos rosarū in diebꝰ vernis. Quasi lilia que sūt in transitu aque: et quasi thus redolēs in diebꝰ estatis Quasi ignis effulgēs/et thus ardens in igne. Quasi vas auri solidū ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua pululās: et quasi cypressus in altitudinē se extollens. In accipiēdo ipsum stolā glorie: dedit sanctitatis amictū. Circa illū corona fratrum: quasi plātatio cedri in mōte libano. Dedit gloriam deo a labijs suis: et in noīe ipsius gloriatus est. ℟. Domine preuenisti eū in benedictionibꝰ. ℣. Vitam petiit. Alla ℣. Iustus geminabit. Prosa.

Modulctur vox amena/vox suauis vox serena vox deuotione plena germani preconia.

Hec sūt dona tua christe/quibꝰ presul factus iste vites iohan. s baptiste vicit abstinentia. O doctrine fons abundans fons preclarus fons redūdans rigans ortos et fecūdans totius ecclesie. O miranda virtus cunctis vitam quater dat defunctis ⁊ expellit ab inunctis actorem nequitie. Signo crucis sacre manus nuncius resurgit sanus et respondet cassianus in sepulchro mortuus. Vese maiestatis rei corde supplicemꝰ ei vt sit in cōspectu dei tutor noster strēnuus. Amen. Euangelium. Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes Credo non dicitur nisi in ecclesia sua et nisi fuerit dominica. Offer. Veritas mea. Secreta.

Sacrificium tibi domine laudis offerimꝰ pro sancti germani confessoris tui atꝙ pontificis celebritate: vt propiciationem tuam quam nostris operibus non meremur/pij suffragatoris precibus assequamur. Per dominū nostrum iesum. Cōio. Beatus seruus quē cum venerit dominus. Postcommunio

Tua sancta sumentes quesumus domine deꝰ noster: vt beati germani cōfessoris tui atꝙ pontificis nos foueant cōtinuata presidia. Per do. Oia supra intitulata q̄re in cōi vniꝰ cōfes. pontifi. Per oct. fit mēo. de sācto germano solū ¶ In fes. sctī petri ad vincula.



Nunc scio vere qa misit dn̄s angelū suū ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ de oī expectatione plebis iudeoꝝ ps. Et petrꝰ ad se reuersus dixit. Gloria patri et fi. Oratio

Deus qui beatum petrū apostolum tuum a vinculis absolutum illesum abire fecisti / nostrorum quesumus absolue vincula peccatorū: et omnia mala a nobis propiciatus exclude. Per dñm. Epistola. In diebus illis. Misit herodes rex manus. quere supra in alio festo. R. Constitues eos principes. Versus Pro patribus. quere infra in cōi apostolorum. Alleluya. V. Solue iubente deo terrarum petre cathenas: qui facis vt pateant celestia regna beatis. Euangelium secūdū mattheū. Venit iesus in partes cesaree. q̄re supra in alio festo. Offer. Constitues eos principes. quere infra in cōi aplorū. Secreta

Oblatum tibi domine sacrificium viuificet nos semper et muniat. Per dominum nostrū. Prefatio de apostolis. Te domine suppliciter exorare: vt gregem tuū pastor eterne non deseras: sed per beatos apostolos. &c. Cōio. Tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Postcommunio.

Corporis sacri et preciosi sanguinis repleti libamine quesumus domine deus noster: vt quod pia deuotione gerimus. certa redēptione capiamus. Per dominum.

¶ Eodem die sancti eusebij episcopi et martyris. Oratio.

Letetur ecclesia tua deus beati eusebij martyris tui atque pontificis confisa suffragijs: atque eius precibus gloriosis et deuota permaneat / et secura cōsistat. Per dominum nostrum. quere alia necessaria misse in cōmuni vnius martyris ¶ Item sanctorum machabeorum memoria. Oratio.

Fraterna nos. domine martyrum tuorum corona letificet: que et fidei nostre prebeat incrementa virtutum: et multiplici nos suffragio consoletur. Per dominum nostrum. Secreta.

Iterata mysteria pro sāctorum tuorum commemoratione deuota mēte tractamus: quibus intercedentibus quesumus et presidium nobis crescat et gaudiū Per dominū nostrū. Postcommunio

Presta quesumus omnipotens deus: vt quorū memoriam sacramenti participatiōe recolimus / fidem quoque proficiendo sectemur. Per dominum nostrum.

¶ Item memo. felicule virgi. Oro Exaudi nos deus. in cōmuni vnius virgi ¶ Item memo. de sancto germano. quere vts. ¶ Sancti stephani pape et martyris. Introitus. Iustus vt palma florebit. quere in cōi vnius confessoris non pontificis. Oratio. Deus qui nos annua beati stephani. quere infra cum secreta et postcommunione. in cōmuni vnius martyris. Epistola. Fratres: Omnis pontifex. quere in cōi vnius cōfesso. ponti. fo. x. R. Iustus non conturbabitur. V. Tota die. quere in cōmuni huius martyris. Alleluya. V. Posuisti domine. quere ibidem. Euangeliū. Secundum Lucam. xix.

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis similitudinē hāc. Homo quidā nobilis abijt in regionē lōginquā accipe sibi regnū et reuerti. Vocatis aūt decē seruis suis: dedit illis decē mnas. Et ait ad illos. Negociamini dū venio. Ciues autem eius oderāt illum: et miserunt

legationem post ipsum dicentes. Nolumus hūc regnare super nos. Et factum est dum rediret accepto regno: iussit vocari seruos quibus dederat pecuniam: vt sciret quantumquisqꝫ negociatus esset. Venit autē primus/ dicēs. Domine: mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone ⁊ fidelis: quia in modico fuisti fidelis / eris potestatem habens supra decem ciuitates. Et alter venit dicēs. Domine: mna tua fecit qnqꝫ mnas. Et huic ait. Et tu esto supra quinqꝫ ciuitates. Et tertius venit/ dicens. Domine: ecce mna tua quā habui / reposita est in sudario. Timui enim te: quia homo austerus es/ tollens qđ non posuisti: et metens quod nō seminasti. Et dixit ei. De ore tuo te iudico: serue neq̄. Sciebas eñ ꝙ homo austerus sum tollens quod nō posui: et metens quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam. ⁊ ego veniens cum vsuris vtiqꝫ exegissem illam? Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam: et date illi qui habet decem mnas. Et dixerunt illi. Domine: habet decem mnas. Dico autē vobis: quia omni habēti dabitur: et abundabit. Ab eo autem qui nō habet: et quod habet/ auferetur ab eo. Offr. Inueni dauid. quere infra in cōi vnius confessoris pontificis Cōio. Domine quinqꝫ talenta. quere in cōi vnius confesso. non pontificis.

¶ In inuentiōe corporis beati prothomartyris stephani. Introitus. Etenim sederunt principes. quere sequenti die post natiuitatem domini. Oratio. Da nobis quesumꝰ domine. quere supra ⁊ alia necessaria ad officium misse in alio festo post natiuitatem domini preter prosam que sequitur. Prosa.

SAcri gleba corporis longo lapsu temporis diluit incondita. Ferarum et auium terreqꝫ reptilium morsibꝰ exposita. Nec auis nec bestia nec terre reptilia p̄sumunt contingere. Quem occidit impia gentis contumacia obstinato scelere. Sed i caphargamala cui gens acephala denegauit tumulum. Quieuit reconditus luciano cognitus tandem per miraculum. In calati specie rosarum effigie reuelari docuit. Qui quasi flos roseus fragrās et purpureꝰ martyrio floruit. Reuelatꝰ seculis cauet a periculis tenebrosi temporis. Choruscās miraculis suffragetur famulis sacri gleba corporis. Amen. ¶ Per octa. sicut in die. Sed offertoriū. Elegerunt. dicit.

¶ Cassiani episcopi et cōfesso. memoria. Orō. Da quesumus omnipotens deus. in cōi vnius confesso. pontificis. ¶ In festo transfigurationis domini. Ad missā. Introitꝰ

ECce aduenit dominator dominus / et regnum i manu eiꝰ et potestas et imperium. Ps. Cantate domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Gloria patri. Oratio

DEus qui hodierna die vnigenitum tuum mirabiliter transfiguratum celitus vtriusqꝫ testamenti patribus reuelasti: da nobis quesumus beneplacitis tibi actibus ad eius contemplandam

semper pertingeret gloriam/in quo tue paternitati optime cõplacuisse testatus es. Per eundē. Lectio epistole beati Petri apostoli. ij. j.

Charissimi: Notam fecimus vobis domini nostri iesu xpi virtutem et presentiam. Sed speculatores facti illius magnitudinis: accipiens enim a deo patre honorem et gloriam voce delapsa ad eũhuiuscemodi a magnifica gloria: hic est filius meus dilectus in quo michi complacui: ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatam: cum essemus cum eo in monte sancto. Et habemus firmiorem propheticum sermonē: cui benefacitis attēdētes quasi lucerne lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat: et lucifer oriatur in cordibus vestris. R. Benedictus qui venit in nomine domini deus domini nus et illuxit nobis. V. Notum fecit dominus salutare suum ante cōspectum discipulorum reuelauit maiestatem suam. Alleluya. V. Dies sanctificatus illuxit nobis: venite gentes et adorate dominum quia hodie lux magna descēdit sup montē. Prosa.

Salus eterna indeficiēs mūdi vita. Lux sempiterna et redēptio vere nostra. Condolens humana perire secla per tentantis numina. Nō linquens excelsa adiisti ima propria clementia. Mox tua spontanea gratia assumēs humana. Que fuerant perdita omnia saluasti terrea. Ferens mundo gaudia. Tu animas et corpora. Nostra christe expia. Ut possideas lucida nosmet habitacula. Aduentu primo iustifica. In se cundo nosq̃ libera. Ut cum facta luce magna iudicabis omnia. Cō pti stola incorrupta nosmet tua sub sequatur mox vestigia quecunq̃ vi sa. ¶ Secūdū Mattheum. xvij.

In illo tempore: Assumpsit iesus petrum/et iacobum/et iohannem fratrem eius: et duxit il los in montem excelsum seorsum: et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis moyses et helyas: cum eo loquētes. Respondens autem petrus: dixit ad iesū. Domine: bonū est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum. moysi vnū: et helye vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacui/ ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderūt in faciem suam: et timuerunt valde. Et accessit iesus/ et tetigit eos: dixitq̃ illis. Surgite: nolite timere. Leuātes autem oculos suos: neminem viderunt nisi solum iesum. Et descendentibus illis de monte: precepit eis iesus dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mortuis resurgat. Credo dicitur. Offer. Intonuit de nube dominus: et altissimus dedit vocem suam et apparuit maiestas dei alleluya. Secreta.

Suscipe quesumus domine sācte pater omnipotēs eterne deus munera que pro filij tui gloriosa trāsfiguratione deferimus/ et cōcede propitius: vt per hec a cū poralibus liberemur incommodis/ et gaudijs connectamur eternis.

per eūdē. Prefatio. Eterne deus. Qui cū unigenito filio tuo et spū sancto. Cōio. Viderunt discipuli maiestatem dei nostri. Eodem die vinū novum eliquandum est in calice si commode potest haberi. et tunc ante q̄ procedat sacerdos ad illa verba canonis. Per quem hec omnia domine semper bona creas. benedicat vuam sive vinū prout sequitur

Bene ✠ dic domine et hos fructus novos uve quos tu domine rore celi et inundātia pluviarum et temporum serenitate atq̄ tranquilitate ad maturitatem perducere dignat⁹ es: et dedisti eos ad usus nostros cū gratiarum actione percipere / in nomine domini iesu christi. Per quē hec oīa dn̄e semper bona creas. &c. Postcōmunio.

Deus qui hodiernam diem incarnati verbi tui transfigurationem tuęq̄ ad eum missa paternitatis voce consecrasti: tribue quesumus ut divinis pasti alimonijs in eo mereamur membra trās ferri: qui hec in sui memoria fieri precepit iesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum vivit.

Item eodē die sanctorū martyrū sixti / felicissimi & agapiti due orationes addunt. Per dominū. Oratio

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus: cōcede propicius / ut intercessione beati sixti martyris tui atq̄ pontificis contra omnia adversa muniamur. Alia oratio. Deus qui nos. in cōi plurī. mar. et similiter secreta et postcōio. Secreta

Sacrificijs presētibus domine quesumus intende placatus: ut et devotioni nostre pficiant et saluti. Postcōmunio.

Presta quesum⁹ domine de⁹ noster: ut cuius nobis festivitate votiva sunt sacramenta salutaria nobis eius intercessione reddantur. Donati martyris memoria. Oratio.

Deus tuorum gloria sacerdotum: presta quesumus ut sancti martyris tui et episcopi donati cui⁹ festa gerimus sentiam⁹ auxilium. Per. Secreta.

Presta quesum⁹ domine: ut intercessione sancti martyris et episcopi tui donati quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus: pie nobis devotiōis fruct⁹ acrescat. Per. Postcō.

Omnipotens sempiterne de⁹: qui nos sacramētorum tuorum et participes efficis et ministros: presta quesumus ut intercedente btō martyre tuo donato eidem proficiamus & fidei consortio et digno servitio. Per dominum.

Ciriaci largi et smaragdi. Orō.

Deus qui nos annua beati ciriaci martyris tui sociorumq̄ eius solennitate letificas: concede propicius / ut quorū natalitia colim⁹ / virtutem quoq̄ passionis imitemur. Per. Secreta.

Accepta sit in cōspectu tuo domine nostra devotio / et eorum nobis fiat supplicatione salutaris: pro quorum solēnitate defertur. Per. Postcōmunio.

Refecti participatione muneris sacri quesumus domine deus noster: ut quorum exequimur cultū / sentiamus auxilium. Per d.

¶ In vigilia beati Laurentij martyris. Ad missam. Introitus.



Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculū seculi cornu eius exaltabitur in gloria. ps. Beatus vir q̄ timet dominum: in mandatis eius volet nimis. Gloria patri et filio. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: et intercessione beati laurētij martyris tui perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per dominū no.

¶ Lectio libri sapientie. Eccli. lj.

Confitebor tibi domine rex: et collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo. quoniam adiutor et protector factus es michi: et liberasti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labijs operātium mendacium. Et in conspectu persequentium factus es michi adiutor: et liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui. A rugientibus preparatis ad escā de manibus querentium animam meam: et de multis tribulationibus que circundederūt me. A pressura flamme que circundedit me: et in medio ignis non sum estuatus De altitudine vētris inferi/et a lingua coinquinata: et a verbo mendacij. A rege iniquo: et lingua iniusta liberasti me. Laudabit usq; ad mortem anima mea dominū: quoniam eruis sustinentes te. Et liberas eos de omni angustia: domine deus noster. R. Dispersit dedit pauperibus iusticia eius manet in seculum seculi. V. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Si dominica fuerit. Alleluya. V. Beatus vir qui timet. quere in cōi vnius marty. Euāgelium. Si quis vult venire. quere in cōi. Offer. Oratio mea munda est et ideo peto vt detur locus voci mee in celo: quia ibi est iudex meus et conscius meus interernū ascēdat ad dn̄m deprecatio mea. Secre.

Hostias domine quas tibi offerimus propicius respice: et intercedente beato laurētio martyre tuo vincula peccatorū nostrorum absolue. Per dominum. Cōio Qui vult venire. in cōmuni. Postcōio.

Da quesumus domine deus noster: vt sicut beati laurentij martyris tui temporali gratulamur officio: ita ppetuo letemur aspectu. Per dominum nostrum.

¶ Eodem die memoria Romani martyris. Oratio. Presta q̄sumus omnipotens deus vt qui beati romani martyris tui. in cōmuni vnius martyris. ¶ Item eodem die fiunt in ecclesia antissiodo. octaue sancti stephani. Et est prima missa totum officiū sicut in die et est Prosa

Ecce video admirabilem gloriam. Claritate fulgidam Atq; iesum stantē in virtutis dei dextera. Mira cum potentia. cum hoc audisset impia gens iudaica. Dans fremitum cōcita quassat lapidibus stephani membra. Sed stat fortiter patiens martyr orās Ne hijs christe noxā statuas sed iam accipe animam meam Et cū hoc dixisset in domino obdormiuit pace eterna. Tu es nobis martyr o stephane sempiterna impetrans gaudia. Amen. Offer. Elegerunt. q e

re supra in alio festo hyemali post natiuitatem domini. ¶ In die sancti laurentij Ad missam Introit⁹.

Confessio et pulchritudo in conspectu ei⁹ sanctitas et magnificētia in sanctificatione eius. Ps. Cātate domino canticū nouum: cantate domino omnis terra. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Oratio

Da nobis quesumus omnipotens deus viciorum nostrorum flammas extinguere: qui beato laurētio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superar͛ e. Per dominum nostrum.

¶ Lectio epistole beati Pauli apostoli. Ad chorinthios. ij.ix.

Fratres. Qui pce seminat: parce et metet. Et qui seminat in benedictionibus: de benedictionib⁹ ꝛ metet. Unusquisqꝫ prout destinauit in corde suo: non ex tristicia aut ex necessitate. Hylarem enim datorem: diligit deus. Potēs est autem deus omnem gratiā abūdare facere in vobis: vt in omnib⁹ semper omnem sufficientiam habentes abūdetis in omne opus bonum: sicut scriptum est. Dispersit dedit pauperibus / iusticia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti: ꝛ panem ad manducandum prestabit. Et multiplicabit semen vestrum: ꝛ augebit incrementa frugum iusticie vestre. R. Probasti domine cor meū et visitasti nocte. V. Igne me examinasti et nō est in[...]ta in me iniquitas. Alleluya V. Leuita laurentius bonū opus operat⁹ est qꝫ signū crucis cecos illuminauit. Prosa

Stola iocunditatis alleluya Induit hodie dominus militem suum laurentium. Solito plaudat alacrior concio leta fidelium. Hodie martyr insignis hostiam deo placentem obtulit. Hodie tormentum ignis grauiter examinatus pertulit. Animatus ad certamē monitu beati senis. Grauissimis non refugit exhibere mēbra penis Ante regem accersitur et de rebus conuenitur occultis ecclesie. Sed non cedit blandimentis emollitus aut tormentis eius auaricie. Luditur valerianus et leuite larga manus dum petit inducias. Dat minister caritatis pauperibus congregatis facultatum copias. Urit igitur prefectus et paratur ardens lectus insultantis viscera et crates vrit aspera. Sudat martyr in agone spe mercedis et corone que datur fidelibus pro christo certantibus. De cuius militia celi gaudet curia. Quia vicit hodie ministros nequitie. Ut hunc ergo per patronum consequamur vite donum. In nullius die festo chorus noster letus esto. Iocundum in ecclesia decantans Alleluya.

Euangelium. Secūdum iohannē.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico vobis Nisi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit quere in cōmuni marty. Offr. Confessio et pulchritudo in conspectu eius sanctitas et magnificētia in sanctificatiōe ei⁹. Secreta.

Suscipe quesum⁹ domine munera dignāter oblata: ꝛ bea

ti laurentij suffraganti bus meritis/ad nostre salutis auxilium pro uenire concede. Per. Cōio. Qui michi ministrat. quere in cōmuni unius martyris. Postcommunio.

Sacro munere satiati supplices te domine deprecamur: ut quod debite seruitutis celebramus officio/ intercedente beato laurētio martyre tue saluationis tue sentiamus augmentum. Per do. Per octauas cātatur de sācto laurentio sicut in die. Prosa non dicitur. ¶ In festo translationis sancte corone. ad Missam Introitus.

Gaudeamus omnes in domino diem festū celebrantes sub honore corone domini de cuius translatione gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Gloria pa. Oro.

Presta quesumus omnipotens deus ut qui in memoriam passionis domini nostri iesu christi coronam eius spineam ueneramur in terris: ab ipso gloria et honore coronari mereamur in celis. Qui tecum uiuit et regnat.

¶ Lectio libri sapientie. cātico. iij.

Lectulum salomonis sexaginta fortes ambiūt ex fortissimis israel. Oēs tenentes gladium/et ad bella doctissimi. unusquisqꝫ ensis super femur suū: propter timores nocturnos. Ferculū fecit sibi rex salomon/de lignis libani. Colūnas eius fecit argēteas: reclinatorium aureum/ ascensum purpureum/media caritate cōstrauit: propter filias hierusalē. Egredimini et uidete filie syon regem salomonē in dyademate quo coronauit eum mater sua: in die desposationis eius/ et in die leticie cordis illius. Quā pulchra es amica mea/ quā pulchra et quā decora: oculi tui columbarum/absqꝫ eo quod intrinsecus latet. Ueni de libano sponsa / ueni de libano: ueni coronaberis. Resp.

Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis glorie honoris et opus fortitudinis. V. Quoniā preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. Alleluya V. A corona spinea vita surgit aurea micifice mutata tropice: fit corona rosea. Prosa

Perceptis domine salutari bus sacramētis beato mat theo apostolo tuo & euangelista in teruenientē deprecamur: vt que pro eius celebrata sunt gloria / nobis proficiant ad medelam. Per dñm.

¶ Sanctorum mauricij sociorūqz eius ad missam introitus. Intret in conspectu. quere in cōi. Oratio.

Deus qui es sanctorum tuo rum splēdor mirabilis: qui qz hunc diem in honore sanctorum martyrum tuorum mauricij / exu perij / candidi / victoris / innocentij / et vitalis sociorumqz eorum mar tyrio consecrasti: da ecclesie tue de natalicio tante festiuitatis letari: vt apud misericordiam tuā exem plis eorum et meritis adiuuemur. Per. Epistola. Fratres. Sācti per fidem. Gr. Gloriosus. ℣. Dextera tua. Alleluya. ℣. Sancti tui. [illegible] Descēdēs iesus. Off. Letamini.

Respice domine munera que in passione sanctorum mar

tyꝛum tuoꝛũ mauricij/exuperij/ cã
didi/victoꝛis/innocẽtij ⁊ vitalis ſo
cioꝛũqꝫ eoꝛum cõmemoꝛationẽ fa-
cientes offerimꝰ:et pꝛeſta.vt quoꝝ
honoꝛe ſunt grata/eoꝛũ fiãt inter-
ceſſio ne ſalutaria. Per dominum.
Coio: Multitudo. Poſtcommunio.

Celeſtibus refecti ſacramen-
tis ⁊ gaudijs ſupplices te ro
gamꝰ dñe: vt quoꝝ gloꝛiamur triũ
phis/pꝛotegamur auxilijs. Per d.
Hec oĩa intitulata quere in cõi plu
rimo.marty. Tecle virginis me
moꝛia.oro Exaudi nos. in cõi vni⁹
virgi. Andochij/tirſi/et felicis
memo.oro. Deus qui nos cõcedis.
in cõi pluri.marty Ǡ…arij epi-
ſcopi antiſſiodo.et confeſ… introi
tus. Statuit ei dñs. Oro Exaudi
domine. R. Domine pꝛeueniſti. Alle-
luya. V Juſtus germina. Offer. Ueritas
Cõio Beatus ſeruus. in cõi vnius con
feſſo.pontifi Cypꝛiani ⁊ iuſtine
virgi.mar.in memo. Oro. Omnĩs ſẽ-
piterne deus. in cõi plurimo. mar.
Sanctoꝛum coſme et damiani
introitus Sapientiam. Oratio.

Preſta queſumus omnipo-
tens deus: vt qui ſãctoꝛum
martyꝛũ tuoꝛũ coſme et damiani
natalicia colimꝰ: a cunctis malis
imminentibꝰ/eoꝛum interceſſioni
bꝰ liberemur. Per. Epla. Fratres.
Sancti per fidem. R. Clamauerũt iu-
ſti. V. Juxta eſt dominus. Alleluya. V.
Mirabilis deus. in cõi. Pꝛoſa.

Non ſãcta gratuletur/ ⁊ ma
terno gloꝛietur pia mater
nomine. Pia mater et beata triũ-
phali venuſtata filioꝛum ſangui-
ne. Uante matris ad decoꝛem fu-
ſũ chꝛiſtus ob teruoꝛem coſmam
celos inuehit. Uenuſtatis ad aug
mentum moꝛtis eque per toꝛmen-
tũ damianũ pꝛouehit. Indiſcre
ta laus amboꝛum quos vniuit am
moꝛum carniſqꝫ cognatio. Otu
ſimul innouati vno fratres anima-
ti certarunt martyꝛio. Arte clari
medicine clari ſimul ⁊ doctrine ver
bo vel miraculis. Sanant mẽbꝛa
ſanant mentes ſtupent gẽtes ⁊ cre-
dentes reddũt ex incredulis. Hinc
liſias excandeſcit toꝛquet fratres
quibus creſcit virtus ex ſupplicio.
Uincunt mare dum merguntur
nam ab vndis extrahuntur celeſti
ſuffragio. Res miranda ſanctis
roꝛant et ſanctoꝛum hoſtes voꝛãt
flammarum incẽdia. Suſpendũ-
tur et toꝛquentur ſed fruuntur ⁊ fo
uentur angeli pꝛeſentia. Crucifi-
xos tam ſaxoꝛũ furens imber quã
teloꝛum appetit crudelitas. Sed
retoꝛquet in toꝛtoꝛes ſuos ictus et
lictoꝛes pꝛoſternit diuinitas. Si-
gna videns declarari ſeqꝫ ſignis ſu
perari tandem pꝛeſes conſumma-
ri iubet ambos gladio. Sic dũ ter
ris adimuntur celo fratres potiũ-
tur roſeoqꝫ conſcribuntur marty-
rum collegio Quoꝛum pꝛece ſalu
tari nos a culpis emundari det ſu-
perna gratia. Et cum ipſis quos
laudamus ſyon vite capiamus in
ſupernis gaudia. Amen. Euange-
lium. Uidens ieſus turbas aſcen-
dit in montẽ. que in cõmuni. Offer
Gloꝛiabuntur. in cõi. Secreta

Sanctoꝛum tuoꝛũ queſumꝰ
domine nobis pia non deſit
oꝛatio: que et munera noſtra conci
liet/et tuã nobis indulgentiã ſem-
per obtineat. Per dominũ noſtrũ.

Cōio. Posuerunt. Postcommunio.

PRotegat domine quesumus populum tuum hec participatio celestis indulta conuiuij et deprecatio collata sanctorum. Per. Hec omnia supra intitulata in cōi plurimo. mar. ¶ Aliodu cōi antis. et cōfes. introitus. Statuit ei dn̄s. quere et oia necessa. ad offm̄ misse infra in cōi vni9 cōfes. pōti. ¶ In festo s. michaelis archāgeli Introit9

BEnedicite dominū oēs angeli ei9 potentes virtute qui facitis verbū eius ad audiendā vocē sermonū ei9 ps Benedic aīa mea dominum: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Gloria patri. Oratio.

DEus qui miro ordine angelorum ministeria hominūq; dispensas: concede propicius/ vt a quib9 ministrātibus in celo semper assistitur: ab hijs in terra vita nostra muniatur. Per. ¶ Lectio libri apocalip. beati iohā. apli. xij.

FActum est prelium magnū in celo: michael et angeli ei9 preliabantur cū drachone. Et dracho pugnabat et angeli eius: et nō valuerunt neq; locus inuentus est eorū amplius in celo. Et proiectus est dracho ille magnus serpens antiquus/ qui vocatur diabolus et sathanas: qui seducit vniuersum orbem. Et proiectus est in terram: et angeli eius cum eo missi sūt. Et audiui vocem magnam in celo dicentem. Nūc facta est salus et virt9 et regnum deo nostro et potestas christi ei9: q2 proiect9 est accusator fratrū nostrorum qui accusabat illos ante cōspectū dei nostri: die ac nocte et ipsi vicerūt illū propter sanguinē agni et ppter verbū testimonij sui: et nō dilexeruut aias suas vsq; ad mortē. Propterea letamini celi: et qui habitatis in eis. R. Benedicite dn̄m omnes angeli eius potētes virtute qui facitis verbū eius. V Benedic aīa mea dn̄o: et oīa interiora mea nomē sanctū eius Alleluya. V. In conspectu angelorum psallam tibi: domine deus meus. Prosa.

LAus erūpat ex affectu psallat chorus in cōspectu supernorū ciuiū. Laus iocūda laus decora quando laudi concanora puritas est cordiū. Michaelem cuncti laudent/ nec ab huius se defraudent diei leticia. Felix dies qua sāctorū recēsetur angelorū celebris victoria. Dracho vet9 expugnatur et drachonis effugatur inimica legio. Exturbatur exturbator est piectus accusator a celi fastigio. Sub tutela michaelis pax in terra pari celis laus et iubilatio. Cū sit potens hic virtute pro cōmuni stans salute triumphat in prelio. Suggestor sceleris pulsus a superis per huius aeris oberrat spatia Dolis inuigilat/ virus insibilat/ sed hūc adnichilat presēs custodia. Tres distincte hierarchie iugi vacant theorie iugiq; psallētio. Nec obsistit theoria siue iugis armonia iugi ministerio O quam mire charitatis est superne ciuitatis terna distinctio. Que nos amat et tuetur vt ex nobis restauretur eius diminutio. Sicut sūt hoīm diuerse gratie/ sic erunt ordinum distincte glorie iustis in premio. Solu

est alia ꝙ lune dignitas/ stellarum varia relucet claritas sic resurrectio. Uetus homo nouitati se terrenus puritati conformet celestiū. Coequalis hic futurus licet nondum plene purus spe presumat premiū. Ut ab ipsis adiuuemur hoc deuote veneremur instantes obsequio. Deo nos conciliat angelisq; sociat sincera deuotio. De secretis reticentes interim celestib⁹ erigamus puras mentes ad celum cū manibus. Ut superna nos digne tur coheredes curia et diuina collaudetur ab vtrisq; gratia. Membris sit concordia capitiq; gloria. Amen. ¶ Sedm Mattheū. xviij.

In illo tempore. Accesserunt ad iesum discipuli eius: dicētes. Quis putas maior est i regno celorum? Et aduocans iesus paruulum: statuit eum in medio eorū/ et dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis/ et efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum celorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno celorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo: me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius: et demergatur in profundū maris. Ue mūdo ab scādalis. Necesse est enim: vt veniant scandala. Uerūtamen ve homini il li: per quem scādalum venit. Si au tem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum et proijce abs te. Bonū est tibi ad vitā ingredi debilem vel claudū: ꝙ duas manus vel duos pedes habentē mitti in ignem eternū. Et si oculus tuus scādalizat te: erue eū et proijce abs te. Bonū est tibi cum vno oculo ad vitā intrare: ꝙ duos oculos habentem mitti in gehennā ignis. Uidete ne contēnatis vnū ex hijs pusillis. Dico eīn vobis: q2 angeli eorū in celis semper vident faciē patris mei: qui in celis est. Nō dicit Credo nisi fuerit do. Offr. Stetit angelus iuxta aram templi habēs thuribulum aureum in manu sua: et data sunt ei incensa multa et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alleluya. Secreta.

Hostias dñe laudis offerim⁹ suppliciter deprecantes: vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio et placatus accipias/ ⁊ ad salutē nostrā puenire cōcedas. Per. Cōio. Bñdicite oēs angeli domini domino: hymnum dicite et superexaltate eum in secula. Postcōmunio.

Beati archangeli tui michaelis intercessiōe suffulti te domine deprecamur: vt quod ore prosequimur cōtingam⁹ et mēte. Per. ¶ Eodē die mēo. sancti fraterni episcopi autissiodorensis et martyris Oratio. Letetur ecclesia. quere in cōmuni vnius martyris. ¶ De sancto hieronymo duplex. Introitus.



Os iusti meditabit sapientiā/ et lingua eius loquetur iudicium/ lex dei eius in corde ipsius. ps. Noli emulari i malignātib⁹ neq; zelaueris faciētes iniqtatē. Gl'ia. Oro

Adesto dñe populo tuo vt beati hieronymi confessoris tui merita pclara suscipiens ad impe-

trādam misericordiam tuam sem per eius patrociniis adiuuemur & meritis. Per dominum nostrum.

¶ Lectio libri sapientie. vij.

Optaui et datus est michi sensus. Et inuocaui: et venit in me spiritus sapientie. Et preposui illam regnis et sedibus: & diuitias nichil esse dixi in comparatione illius/ nec comparaui illi lapidē preciosum. Quoniam omne aurū in comparatione illius/ arena est exigua: et tāq̄ lutum estimabitur argentum in cōspectu illius. Super salutem et speciem dilexi illam: et proposui pro luce habere illā: quoniam inextinguibile est lumen illi⁹ Uenerunt autem michi omnia bona pariter cum illa: et innumerabilis honestas per manus illius. Et letat⁹ sum in omnibus / quoniam antecedebat me ista sapientia: et ignorabam quoniam bonorū omnium mater est. Quam sine fictione didici: et sine inuidia cōmunico: et honestatem illius non abscondo Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitie dei: propter discipline dona commendati. Grā.

Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣. Uitam petiit a te: tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Alleluya. ℣. Iste sanctus digne in memoriam vertitur hominum qui ad gaudium transit angelorum. Prosa. Inter vtri festi gaudia. Que in festo sancti augustini. ¶ Scdꝫ Mattheū. xiij.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Omnis scriba doctus in regno celorū similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo noua & vetera Et factum est cū consummasset iesus parabolas istas: transiens inde et veniens in patriam suā/ docebat eos in synagogis eorum: ita vt mirarentur et dicerent. Unde huic sapientia hec et virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne dicitur mater eius maria: et fratres eius iacobus & ioseph: symon et iudas? Et sorores ei⁹ nōne apud nos sūt? Unde huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis. Non est propheta sine honore: nisi in patria sua: & in domo sua Et non fecit ibi virtutes multas: propter incredulitatē eorū. Offr.

Desiderium anime eius tribuisti ei domine: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Secreta.

Suscipe domine munera pro pici⁹ oblata / que maiestati tue beati hieronymi cōfessoris tui commendet oratio. Per dominū.

Cōio. Fidelis seruus et prudens quē cōstituit domin⁹ super familiam suam vt det illis in tēpore tritici mensurā. Postcōio.

Purificent nos domine sacramenta que sumpsim⁹: et intercedente beato hieronimo confessore tuo a cunctis nos efficiant vicijs absolutos. Per dnm. ¶ In festo exceptionis sancti germani antissiodorensis epi. Ad missam Introitus Statuit ei domin⁹. In cō[illegible] vnius cōfessoris pōtificis. Or.

Sancti germani confessoris tui atq; pōtificis tribue nobis dn̄e supplicationib⁹ foueri: vt cuius depositionē annuo celebra-

mus obsequio/eius apud te inter-
cessionibus et meritis adiuuemur
Per dominum nostrum iesum.
Quere omnia alia necessaria pre-
ter orones in alio festo supra. Secr.
Munera domine maiestati tue
oblata sanctifica: ut beati
germani confessoris tui atq; pon-
tificis intercessionibus et meritis
ab omnib9 mereamur absolui pec
catis/et sanctorum sociari consor
tijs. Per dominum. Postcōmunio.
Repleti domine celestibus sa
cramentis quesumus clemē
tiam tuam: ut beati germani con-
fessoris tui atq; pontificis cui9 so-
lennia recensemus/sentiam9 obla
ta presidia. Per. ¶ Eodem die san-
ctorū vedasti et remigij episco. & cō
fesso. mēo. oro. Deus qui nos san
ctorū. in cōi unius confesso. ponti.
¶ Per octa. sācti germani que hic
fiunt integre quia non occurrunt
festa: fiat sicut in die oro. Cetera
variantur pro volūtate de cōi uni9
confesso. pontifi. ¶ Sancti leode-
garij episcopi et martyris. Ad mis
sam Introit9. In virtute tua. oro.
Letetur ecclesia tua deus beati leo
degarij. Epla Beatus vir qui in sa
pientia morabitur. R. Beatus vir. V.
Potens in terra. Alleluya. V. Iustus ut
palma florebit et sicut cedrus libani multi-
plicabitur. Euangelium Si quis ve-
nit ad me. Offr. Posuisti. Secreta.
Suscipe domine munera. Cōmu-
nio Qui vult venire. Postcōio. Satia
sti domine. quere in communi.
¶ In festo sancti francisci confes
soris ordinis fratrum minorum.
Ad missam. Introit9 Os iusti me-
ditabitur. quere in loco. Oratio.

Deus qui ecclesiā tuā beati
frācisci meritis fetu noue
prolis amplificas: tribue nobis ex
eius imitatione terrena despicere:
et celestiū donorum semper parti-
cipatiōe gaudere. Per dominum.
Epistola. Ad Galathas. vj. ca.
Fratres. Michi autē absit
gloriari/nisi in cruce domi-
ni nostri iesu christi: per quem mi-
chi mundus crucifix9 est et ego mū
do. In christo enim iesu neq; circū-
cisio aliquid valet neq; preputium:
sed noua creatura. Et quicūq; hāc
regulam secuti fuerint pax super
illos et misericordia: et super isra-
el dei. De cetero nemo michi mole-
stus sit: ego enim stigmata domi-
ni iesu in corpore meo porto. Gra-
tia domini nostri iesu christi: cū spi
ritu vestro fratres amen. R3. Os
iusti meditabitur sapientiam & lingua eius
loquetur iudicium. V. Lex dei eius in corde
ipsius et non supplantabuntur gressus ei9.
Alleluya. V̄sus. O patriarcha paupe-
rum francisce tuis precibus auge tuorū nu-
merum in charitate christi: quos cancellatis
manibus cecutiens error ut moriens iacob
benedixisti. ¶ Secūm Mattheum. xj.
In illo tempore. Respondēs
iesus dixit. Confitebor tibi
domine pater celi et terre: quia ab-
scondisti hec a sapientibus et pru-
dentibus: et reuelasti ea paruulis.
Ita pater: quoniam sic fuit placi-
tum ante te. Omnia michi tradita
sunt a patre meo. Et nemo nouit
filium nisi pater: neq; patrē quis
nouit nisi filius: et cui voluerit fi-
lius reuelare. Venite ad me om-
nes qui laboratis & onerati estis:
et ego reficiam vos. Tollite iu-

gum meum super vos/ et discite a me quia mitis sum et humilis corde: et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est: et onus meum leve. Offer. Ve-ritas mea et misericordia mea cum ipso: et in noie meo exaltabitur cornu eius. Secre.

Munera tibi domine dicata sanctifica: et intercedente beato francisco ab omni nos culparum labe purifica. Per d. Cōio.

Fidelis servus et prudēs quem constituit dominus super familiam suā ut det illis in tempore tritici mensuram. Postcōio.

Ecclesiam tuam quesumus domine gratia celestis amplificet: quam beati francisci illuminare voluisti gloriosis meritis et exemplis. Per dñm. ¶ Eodē die marci presbyteri memoria. Ofo. Adesto domine. In cōi unius confessoris non ponti. cū secreta & postcō-munione. ¶ Firmati et flatue memoria. ofo. Omnipotens. quere in cōi plurimo. mar. ¶ Romani episcopi antif. et martyr. introitus. In virtute. Ofo Letetur. Epla. Beatus vir. R. de cōi pro voluētate. All'. Iesu pa. v. Letabitur. Euāgelium. Si quis. Offer. Gloria et honore. Cōio Qui vult venire. Hec omnia qre in cōmu-ni unius mar. ¶ Marci pape. Ofo

Exaudi domine pces nostras et interueniēte beato marco confessore tuo atqz pontifice supplicationes nostras placatus intēde. Per dominum nostrū. Secreta

Benedictio tua domine larga descendat/ que munera nostra deprecante sancto marco confessore tuo atqz pōtifice tibi reddat accepta: et nobis sacramentum re

Antif.

deptionis efficiat. Per do. Postcō.

Da quesumus domine fideli bus populis sanctorū tuorum semper veneratione letari/ et eorum perpetua supplicatione muniri. Per dominum. ¶ Eodem die sanctorum martyrū marcelli/ apulei/ sergij/ et bachi memo. Oratio.

Sanctorum tuorum nos domine marcelli/ apulei/ sergij et bachi beata merita prosequantur: et tuo semper faciant amore ferventes. Per dominū. Secreta.

Maiestatem tuam quesumus dñe hec hostia reddat immolanda placatam tuorum digna postulatione sanctorū. Per. Postcōio

Sacramentis quesumus dñe muniamur acceptis: et sanctorum tuorum interuenientibus meritis/ contra omnes nequitias irruentes armis celestibus protegamur. Per. ¶ In octa. sancti germani sicut in die sine prosa. quere in alio festo. ¶ Eodem die sanctarum pelagie/ porcarie et palladie. Ofo.

Exaudi nos deus salutaris noster: ut sicut de beatarum virginum tuarum pelagie palladie et porcarie festiuitate gaudemus/ ita pie deuotionis erudiamur affectu. Qui vivis. quere in cōi virginum secretā et postcōmunionem. ¶ In festo sanctorum dyonisij/ rustici/ & eleutherii marty. ad missā introitus Intret in conspectu. quere infra in cōi plurimorum marty. Oratio

Deus qui beatū dyonisiū virtute cōstātie in passione roborasti: quiqz illi ad predicādū gētibus gloriā tuā rusticū & eleutheriū sociare dignatus es: tribue nobis qs

ex eorum imitatione p amore tuo prospera mundi despicere/et nulla eius aduersa formidare. Per. Epistola. Fratres: Sancti per fidem. quere in cõi pluri. mar. R. Gloriosus deus. V. Dextera tua. Alleluya. V. Isti sunt qui. quere vt supra. Prosa.

Gaude prole grecia glorietur gallia patre dyonisio. Exultet vberi⁹ felici parisius illustris martyrio. Speciali gaudio gaude felix cõcio martyrum presentia. Quorũ patrocinio tota gaudet regio regni stat potentia. Iuxta patrem positi bellatores incliti digni sunt memoria. Sed illum precipue recolit assidue regalis ecclesia. Hic a summo presule direct⁹ ad galliam non gentis incredule/ veretur insaniã. Gallorũ apostolus venerat luteciam quam tenebat subdol⁹ hostis velut propriã. Hic erroris cumulus et oĩs spurcitia hic infelix populus gaudens ydolatria. Adorabat ydolum fallacis mercurij sed vicit diabolũ fides dyonisij. Hic constructo christi templo verbo docet et exemplo: choruscat miraculis. Turba credit error cedit fide crescit et clarescit nomẽ tanti presulis. Hijs auditis fit insanus immitis domitianus mittitqꝫ sysinnium. Qui pastorem animarum fide vita signis clarum trahat ad suppliciũ. Infliguntur seni pene/ flagrat carcer et cathene cathastam lectum ferreum et estum vincit igneum. Prece domat feras truces/sedat rogũ perfert cruces post clauos et patibulum trãslatus ad ergastulum. Seniore celebrante missam turba circunstante christus adest comitante celesti frequentia. Specu clausum carcerali consolatur et vitali pane cibat immortali coronãdum gloria. Prodit martyr conflicturus sub securi stat securus ferit lictor sicqꝫ victor cõsummatur gladio. Se cadauer mox erexit/truncus truncum caput vexit/quo ferẽte mox dixerit angelorũ legio Tã preclara passio repleat nos gaudio. Amen. Euangelium. Uidens turbas ꝛc. quere vt supra. Credo dicitur etiã in die octa. sed non per oct. Offer. Letamini in domino. Quere in cõmuni plurimo. martyr. Secreta.

Hec munera quesum⁹ domine que in honore sãctorum tuorum offerimus/nos ab omnibus peccatis emundent/tibiqꝫ reddant acceptos. Per dominum no. Communio. Multitudo languentium. querevt supra. Postcommunio.

Sacramentorum tuorum domine munere vegetati / tuã supplices deprecamur clemẽtiam: vt quorum solennia presentialiter agimus/eorum meritis ad eterna gaudia peruenire mereamur. Per dominum. ¶ Per octa. beati dyonisij variantur omnia pro voluntate de cõmuni martyrum preter orationes. ¶ Calixti pape mẽo. Oro.

Deus qui nos conspicis ex nostra infirmitate deficere ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. Per. Secreta.

Mistica nobis domine prosit oblatio: que nos a reatib⁹ nostris expediat/ꝛ perpetua saluatione cõfirmet. Per do. Postcõio.

Quesumus omnipotens deus: ut reatum nostrum munera sacrata purificent: et recte viuendi nobis operentur effectum. Per.

¶ Sancti leonardi abbatis introitus. Os iusti. Oratio. Intercessio. Epistola. Dilectus deo. ℟. Iurauit. ℣. Dixit dominus. Alleluya. ℣. Iste sanctus digne. Euangelium. Nemo accendit. Offer. Desiderium. Cōio. Fidelis seruus. quere omnia in cōi unius confessoris non ponti. ¶ In octa. sancti dyonisij ad missam introitus oratio/et cetera alia necessaria sicut in die sine prosa. ¶ Cōmemoratio sancti michaelis in monte tūba. quere officium supra in alio festo sine prosa. Alleluya. ℣. Sancte michael archangele defende nos in prelio ut non pereamus in tremendo iudicio. ¶ In festo sancti luce euangeliste introitus. Os iusti. in cōmuni cōfessoris non pontificis. Oratio

Interueniat pro nobis domine quesumus sanctus tuus lucas euangelista: qui crucis mortificationē iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominū.

¶ Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad corinthios. ix. capi.

Fratres: Qui altario deseruiunt: cum altario participant. Ita et dominus ordinauit hijs qui euangeliū annunciant: de euāgelio viuere. Ego autē nullo horū usus sum. Non autem scripsi hec: ut ita fiant in me Bonum est enim michi magis mori: quam ut gloriam meā quis euacuet. Nā si euangelizauero: nō est michi gloria. Necessitas enī michi incūbit. Ve enī michi est: si nō euāgelizauero. Si enī volēs hoc ago: mercedē habeo. Si autem inuitus: dispensatio michi credita est. Que est ergo merces mea? ut euangelium predicās/sine sumptu ponā euāgeliū: ut nō abutar potestate mea in euāgelio. Nā cum liber essem ex omnibus / omnium me seruum feci: ut plures lucrifacerem. Et factus sum iudeis tanquam iudeus: ut iudeos lucrarer. Hijs qui sub lege sunt quasi sub lege essem/cum ipse non essem sub lege: ut eos qui sub lege erant lucrifacerem. Hijs qui sine lege erāt: tanquam sine lege essem/cum sine lege dei non essem: sed in lege essem christi: ut lucrifacerē eos qui sine lege erāt. Factus sum infirmis infirmus: ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum: ut omnes saluos facerem. Omnia autem facio propter euangelium: ut particeps eius efficiar. Uel epistola Unicuique nostrum. qui voluerit. quere supra in festo sancti marci. ℟. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. ℣. Potens in terra erit semē eius: generatio rectorum benedicetur. Alleluya ℣. Primus ad syon dicet ecce adsum et hierusalem euangelistam dabo. Prosa. Iocundare plebs fidelis. quere in cōi apostolorum. ¶ Secundū Lucā. x.

In illo tempore. Designauit iesus et alios septuaginta duos discipulos: et misit illos binos āte faciē suā/in oēm ciuitatē et locū quo erat ipse ventur⁹ Et dicebat illis Messis quidē multa: operarij vero pauci. Rogate ergo dnm messis ut mittat operarios in messē suā. Ite: ecce ego mitto vos sicut oues inter lupos Nolite ergo portare sacculū/neque

peram/neqꝫ calciamenta: et neminem per viã salutaueritis. In quãcunqꝫ domum intraueritis: primũ dicite. Pax huic domui Et si ibi fuerit filius pacis: requiescẽt super eũ pax vestra. Sin autem: ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete: edẽtes & bibẽtes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius: mercede sua. Credo dicitur. Offr. Posuisti domine. quere infra in communi vnius marty. Secreta.

Donis celestibus da nobis quesumus domine libera tibi mente deseruire: vt munera que deferimus interueniẽte beato luca euangelista tuo/& medelam nobis operẽtur et gloriam. Per dominũ. Prefatio de apostolis dicitur immutatis verbis Per beatos euangelistas. Cõmunio. Magna est gloria. quere in cõmuni marty. Postcõmunio

Presta quesumus omnipotens deus: vt id quod de sacro altari tuo accepimus/ precibꝰ euangeliste tui luce sanctificet animas nostras: per qđ tuti esse possimus. Per. ¶ Sanctorum martyrum sauiniani & potentiani episcoporum. Introitus. Intret in cõspectu. quere in communi. Oratio.

Omnipotens sempiterne deꝰ/ qui per gloriosi bella certaminis ad immortales triumphos sauinianum et potentianum pontifices/ac socios eorum martyres extulisti: da cordibꝰ nostris dignã pro eorum solennitate leticiam: vt quorum patrocinia pio amore amplectimur: eorum precibus adiuuemur. Per. Epistola de cõi marty. R. Gloriosus. Alleluya. V. Isti sunt. Prosa. Mirabilis. Euangelium de cõi. Offr. Mirabilis deus. Secreta.

Munera tibi dñe nostre deuotionis offerimꝰ/que et pro tuorũ tibi grata sint honore sãctorũ: & nobis salutaria te miserante reddantur. Per do. Cõio. Multitudo languentium. quere in cõi. Postcõio.

Presta nobis domine quesumus: vt que ꝑ martyr tuorum sauiniani & potentiani beata solẽnitate peregimꝰ: ipsorũ nobis fiãt intercessiõe salutaria/in quorum natalicijs sunt exultanter impleta. Per. ¶ Sancti verani epi et confesso. introitus. Statuit. quere et alia necessaria ad officiũ misse in cõi vnius cõfesso. ponti. Alla. V. Gloriose presul christi verane qui meruisti serpentem deuincere: roga pius pie christũ vt dignetur chorũ istũ ad gaudia perducere paradisi. ¶ Sancti iusti Introitꝰ. Iustus nõ cõturbabitur. in cõi. oro

Deus qui beato iusto talem fortitudinẽ tribuisti: vt in puerili corpusculo gloriosum pro amore tuo subiret martyriũ: concede propicius/ipsius intercedentibꝰ meritis ab oĩbꝰ nos absolue peccatis. Per. Epła. Iustꝰ si morte. quere in cõi vniꝰ mar. R. Iustus vt palma V. Ad annunciandũ. Alleluya. V. Iuste martyr. quere ibidem. Euangelium. Si quis vult. Offertoriũ. Iustus vt palma. quere vt supra. Secreta.

Sicut diuine potentie virtutẽ munera pro sancti iusti meritis oblata testãtur: sic nobis effectũ dñe tue saluationis impendãt. Per. Cõio. Qui vult venire. Postcõio.

Refecti dñe benedictione solẽni qsumꝰ vt per intercessionẽ

ſancti iuſti medicina ſacramenti quod ſumpſimus: et corporibꝰ noſtris proſit et mentibus. Per dñm. ¶ Seuerini epiſcopi et cõfeſſo. memoria. oro. Da qs omnps deꝰ. in cõi butus cõfeſſo. ponti. ¶ Criſpini et criſpiniani mar. memo. oro. Deus qui nos. in cõi marty. ¶ In vigilia. beatorũ ſymonis et iude apoſto. introitus. Intret in conſpectu. Quere in communi martyrum. Oratio

Concede queſumꝰ ops deus/ vt ſicut apoſtolorũ tuorũ ſymonis et iude glorioſa natalicia preuenimꝰ: ſic ad tua bñficia promerenda maieſtatẽ tuã pro nobis ipſi preueniant. Per. Epiſtola. Iuſtorũ anime. vel iſta epl̃a Vnicuiqz noſtrum. quere ſupra. ℞. Vindica domine. ℣. Poſuerunt. quere vt ſupra. Si dominica fuerit. Alleluya. ℣. Stabunt iuſti. in cõi mar. Euangelium. Ego ſum vitis vera. in cõi apoſto. Offer. Exultabunt. in cõi mar. Secre.

Muneribus noſtris domine apoſtolorum tuorũ ſymonis et iude feſta precedimꝰ humiliter poſtulantes: vt quia conſciẽtie noſtre prepediuntur obſtaculis: illorum meritis grata reddantur. Per. Cõio. Iuſtorum anime. quere in communi martyrum. Poſtcõio.

Sumpto domine ſacramento ſupplices te rogamus: vt intercedentibus beatis apoſtolis tuis: que temporaliter gerimꝰ/ ad vitam capiamus eternam. Per d. ¶ Item eodem die ſancti deſiderij epi antiſſio. et cõfeſ. Introitꝰ. Statuit ei. q̃re oia in cõi põti. ¶ In die ſymonis et iude apoſtolorũ introitꝰ Michi autem nimis. Quere in cõ-

Antiſ.

muni apoſtolorum. Oratio.

Deus q̃ nos per beatos apoſtolos tuos ſymonẽ et iudã ad cognitionẽ tui nominis venire tribuiſti: da nobis eorũ gloriã ſempiternã et proficiẽdo celebrare/ ⁊ celebrando proficere. Per. Ep̃la Scimus quoniã. ℞. Nimis. ℣. Dinumerabo. Alla. ℣. Ego vos elegi. Proſa. Celi ſolem. Euãgeliũ. Hec mando vo. Credo dicitur. Offertoriũ. In omnem terram. Quere hec omnia in cõmum apoſtolorum. Secreta.

Gloriam domine apoſtolorũ tuorum perpetuam venerãtes: queſumꝰ vt eam ſacris myſterijs expiati dignꝰ celebremꝰ. Per. Prefatio. Te domie. Cõio. Vos qui ſecuti. quere in cõi apl̃orũ. Poſtcõio.

Perceptis domine muneribꝰ ſacris ſupplices te rogamꝰ: vt intercedentibus beatis apoſtolis tuis/ que pro illorum venerãda gerimus paſſione/ nobis proficiãt ad medelam. Per. ¶ In vigilia omnium ſanctorũ. Introitus. Iuſti epulentur. in cõi plurimo. marty. Oro.

Domine deus noſter multiplica ſuper nos gratiã tuã: et quorũ preuenimꝰ glorioſa ſolennia: tribue ſubſequi in ſancta profeſſione letitiã. Per dominum no. ¶ Lectio libri apocalipſis beati iohannis apoſtoli. vij. capi.

In diebus illis; Ecce ego iohannes vidi alterum angelum aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignum dei viui: et clamauit voce magna quatuor angelis quibus datum eſt nocere terre et mari dicens. Nolite nocere terre et mari neqz arboribus: quoadu-

ꝙ ſigneinus ſeruos dei noſtri in frontibus eorum. Et audiui numerum ſignatorum centum quadraginta quatuor milia ſignati: ex omni tribu filiorũ iſrael. Ex tribu iuda: duodecim milia ſignati. Ex tribu ruben: duodecim milia ſignati. Ex tribu gaad: duodeci milia ſignati Ex tribu aſer/duodecim milia ſignati. Ex tribu neptalum: duodecim milia ſignati. Ex tribu manaſſe: duodecim milia ſignati. Ex tribu ſymeon: duodecim milia ſignati. Ex tribu leui: duodeci milia ſignati. Ex tribu yſachar: duodecim milia ſignati. Ex tribu zabulon: duodecim milia ſignati. Ex tribu ioſeph: duodecim milia ſignati Ex tribu beniamin: duodecim milia ſiguati. Poſt hec vidi turbã magnam quã dinumerare nemo poterat/ex omnibus gentibus et tribubus/et populis/et linguis/ ſtantes ante thronum et in cõſpectu agni/amicti ſtolis albis: et palme in manibus eorum. Et clamabant voce magna dicẽtes. Salus deo noſtro: qui ſedet ſuper thronũ et agno. Et omnes angeli ſtabant in circuitu throni et ſeniorum/et quatuor animalium. Et ceciderunt in cõſpectu throni in facies ſuas: et adorauerunt deum dicentes amen. Benedictio et claritas et ſapientia et gratiarum actio: honor ⁊ virtus ⁊ fortitudo deo noſtro: in ſecula ſeculorum amen. ℞. Exultabunt. ℣. Cantate [illegible] ũ. Si dominica fue r[illegible] Alleluya. ℣. Stabunt. quere vt [illegible]. Euangelium. Deſcendens ieſus de monte. in cõi marty. Offer. Gloriabuntur vt ſupra. Secreta.

ALtare tuũ domine muneribus tumulam⁹ oblatis: da queſumus: vt ad ſalutem noſtram omnium ſanctorum tuorum precatione proficiant/quorum ſolennia ventura precurrimus. Per do. Cõio. Ego vos elegi. i cõi apo. Poſtcõ.

SAcramentis domine et gaudijs optate celebritatis expletis queſumus: vt eorum precib⁹ adiuuemur/quorum recordationibus exhibentur. Per dominũ no.

¶ Eodẽ die quintini martyris memoria. Orõ. Preſta queſumus omnipotens deus: vt qui beati quintini. quere in cõmuni vnius martyris.



¶ In die feſti omnium ſanctorum Ad miſſam. Introitus.

GAudeamus omnes in domino diem feſtũ celebrantes ſub honore ſanctorum omnium de quorũ ſolennitate gaudẽt

angeli ꝛ collaudant filium dei. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens sempiterne deꝰ/ qui nos omnium sanctorum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quesumus vt desideratam nobis tue propiciationis abundantiam/ multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominum nostrum. ¶ Lectio libri apocalipsis beati Johannis apostoli. xix.

In diebus illis. Audiui quasi vocem magnam tubarũ multarũ in celo dicentiũ alleluya. Laus et gloria et virtꝰ deo nostro est: qr vera et iusta iudicia eiꝰ sunt: qui iudicauit de meretrice magna que corrupit terram in prostitutione sua. Et vindicauit sanguinẽ seruorum suorũ de manibus eius. Et iterum dixerũt alleluya. Et fumꝰ eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt seniores viginti quatuor/ et quatuor animalia: et adorauerunt deum sedentẽ super thronum/ dicentes amen alleluya. Et vox de throno exiuit dicens. Laudem dicite deo nostro omnes serui eius: et qui timetis deum pusilli et magni. Et audiui quasi vocem tube magne: et sicut vocem aquarũ multarum/ ꝛ sicut vocem tonitruorum magnorum dicentiũ alleluya Quoniam regnabit dominus deꝰ noster omnipotens: gaudeamus ꝛ exultemus et demus gloriam deo: quia venerunt nuptie agni/ et vxor eius preparauit se: et datum est illi vt cooperiat se bissino splendenti et candido. Bissinum enim: iustificationes sunt sanctorum. R. Timete dominum omnes sancti eius quoniam nichil deest timentibus eum. V. Inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Alleluya. V. Judicabunt sancti nationes et dominabuntur populis ꝛ regnabit illorum rex ineternum. Prosa.

Christo inclita cãdida nostra canunt melodia agmina.

Laudes omnibus dãtia sanctis per hec sacrata festalia. Mariam primũ vox sonet nostra nobis per quam sunt vite data premia. Regina que es mater ꝛ casta/ terge nostra per filium facinora. Angelorum concio sacra/ ꝛ archangelorũ turma valida. Nostra diluantiã peccata prestando supernã celi gloriam Tu propheta preco lucerna atqꝫ plusqꝫ propheta. In lucida nos pone via mundans nostra corpora. Apostolorum princeps omnium et cũcta simul caterua. Iã corrobora vera quesumus in doctrina plebis pectora. Stephane gloriose rutilans in corona sanctorũqꝫ martyrũ turba inclita. Fortia date corda/ corpora eque firma nostra vt hostẽ vincant rite spicula. Germane inclite presulum omnis caterua. Suscipe nũc pia modo clemens nostra peccata. Regina virginum premaxima tu mater es incorrupta virgo et grauida Sacrata domino et castitas nostras salua animas mundaqꝫ corpora. Electorum veneranda suffragia. Omniumqꝫ sanctorũ contubernia. Per precata assidua nostra guberneñt tempora. Nosqꝫ ducant ad superna polorũ vera gaudia. Subiungant pium agmina. amẽ redẽpta. ¶ Scdz [illegible] b.

In illo tempore: Videns iesus turbas: ascendit in montem Et cum sedisset: accesserũt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suũ: docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorũ est regnum celorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebũt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabũtur. Beati misericordes: quõniam ipsi misericordiam consequẽtur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbũt. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabũtur. Beati qui persecutionem patiũtur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati eritis cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint/ et dixerint omne malum aduersum vos: mẽtientes propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra/ copiosa est in celis. ¶ Credo dicitur et per octa. et in octa. Offr. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus deus. Secreta.

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus: que et pro tuorum tibi grata sint honore sanctorum: ⁊ nobis salutaria te miserante reddãtur. Per dominũ. Cõio. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt: beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur: beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorũ est regnum celorum. Postcommunio.

Da quesumus domine fidelibus populis omnium sanctorum semper veneratione letari: et eorum perpetua supplicatione muniri. Per dominum nostrum. ¶ Per octa. festi omnium sanctorum Introitus sicut in die. ℟. Alleluya et offr. variãtur pro voluntate de cõi pluri. marty. cetera non mutantur. ¶ Dominica infra octa. omnium sanctorũ sicut in die sine prosa. ¶ In cõmemoratione defunctorum introitus. Requiem eternam quere post cõe sanctorum. Oratio. Fideliũ deꝰ omniũ. Epla. Audiui vocem. ℟. Conuertere anima. ℣. Quia eripuit Tractus. De profundis. Euangeliũ. Dixit martha ad iesum. Offertoriũ. Domine iesu christe. Secreta Hostias domine quas tibi pro animabus. Cõio. Lux eterna. Postcõio. Animabus quesumꝰ domine. Hec omnia supra intitulata quere infra in cõmemoratione omniũ fidelium defũctorum. ¶ In octa. oim sanctorũ et festo sctõꝝ quatuor coronatorũ. Introitus. Gaudeamꝰ. vt supra in die et cũ orone festi. ista sequens oratio de quatuor coronatis precedit. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui gloriosos martyres tuos claudium/ nicostratum/ simphorianum/ castorũ/ atq; simplitium/ fortes in sua confessione cognouimus. pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum. Et dicuntur ad vnum Per dominum. Epla ℟. Alleluya. Euangelium. et Offr vt supra in die. nec dicit prosa. Secreta de sctis quatuor coronatis.

Benedictio tua dñe sup nos larga descendat/ que et mu-

nera nostra deprecantibus sanctis tuis tibi reddat accepta. et nobis sacramentum redemptionis efficiat. Item alia secreta de omnibus sanctis vt supra in festo ad vnum Per dominum. Cōio vt supra in festo. Postcōio de .iiij. corona: vt sequitur.

Celestibus refecti sacramentis et gaudijs supplices te domine deprecamur: vt quorum gaudemus triumphis/protegamur auxilijs. Item postcōio de omnibus sanctis vt supra in festo: ad vnum Per dominum. ¶ Nota quod festum sancti eustachij fit post octa. omnium sanctorum. Introitus. Intret in conspectu quere in cōi. Oratio.

Deus qui beatum eustachiū in tentationibus probasti/ et probatum coronasti: ipsius sociorumque eius meritis in omni tribulatione tuum nobis prestes auxilium: et sempiterne consolationis interminabile gaudium. Per dñm Epla. Sancti per fidē. quere in cōi. R. Exultabunt. Alleluya. V. Iusti epulentur. quere supra. Euangeliū. Cū audieritis prelia. quere in cōmum. Offr. Letamini in dño. Secreta.

Sit tibi oīpotens pater hoc holocaustū sicut quod tibi obtulit qui peccata nostra in cruce pertulit: et sancto eustachio cum socijs suis intercedētē ad tua sancta sumēda dignos nos prepara. Per eundē. Cōio. Amen dico vobis. Postcō.

Sicut beatus eustachius domine cum socijs suis in celesti gloria purus rutilat: sic sancta que sumpsimus illis intercedentibus puros nos tibi efficiant. Per dominum. ¶ Sācti theodori martyris memoria. Godē die. Oratio.

Deus qui nos beati theodori martyris tui confessione gloriosa circūdas et protegis: presta nobis eius imitatione proficere: et oratione fulciri. Per dominū nostrum iesum christū. Secreta.

Suscipe domine fidelium preces cum oblationib⁹ hostiarum: et intercedente beato theodoro martyre tuo per hec pie deuotionis officia ad celestem gloriam transeam⁹. Per dominū. Postcōio

Presta nobis domine quesumus intercedēte beato theodoro martyre tuo/ vt que ore contigimus/ pura mēte capiamus. Per. ¶ Sancti martini pape et marty. memoria oro Letetur ecclesia tua que infra in cōi vni⁹ mar. ¶ In festo sancti martini episcopi et confesso. introit⁹. Statuit ei dñs. oro. Deus qui conspicis. Epla Ecce sacerdos magnus. R. Domine preuenisti. V. Vitam petijt. Alleluya. Vsus. Hic martinus pauper et modicus celum diues ingreditur hymnis celestibus honoratur. Alleluya. V. Martinus episcopus migrauit a seculo viuit in christo gemma sacerdotum. Alleluya. V. Sacerdos magnus martinus sanctus in diebus autem suis placuit deo et inuēt⁹ est pfect⁹. Prosa

Gaude syon que diem recolis qua martinus cōpar apostolis mundum vincens iunctus celicolis coronatur. Hic martin⁹ pauper et modicus/ seruus prudēs fidelis sobrius celo diues ciuis angelicus sublimatur. Hic martin⁹ qui cathecumenus nudum veste texit [illegible] ce protinus insequēti hac veste domino est indutus. Hic martin⁹

spernens militiam / inimicis inermis obuiã ire parat baptismi gratiam assecutus. Hic martinus dũ offert hostiam intus ardet per dei gratiam supersedẽs apparet etiã globus ignis. Hic martinus qui celum reserat / mari preest et terris imperat morbos sanat et monstra superatbir insignis. Hic martin⁹ nec mori timuit / nec viuendi laborem respuit sicq; dei se totũ tribuit voluntati. Hic martinus qui nulli nocuit / hic martinus qui cunctis profuit hic martinus qui trine placuit maiestati. Hic martinus cuius est obitus seuerino per visum cognitus dum celestis canit exercitus dulce melos. Hic martin⁹ cuius sulpicius vitã scribit astat ambrosius sepulture nil sibi conscius itrat celos. O martine pastor egregie / o celestis consors militie nos a lupi defendas rabie seuientis.

O martine fac nunc quod gesseras deo preces pro nobis offeras: esto memor quã nunq̃ deseras tue gentis. Amen. Euangelium. A ficu discite parabolã. Offer. Veritas mea. Secreta. Beati martini cõfessoris tui atq; pontificis. Cõio. Beatus seruus. Postcõio. Tua nos domine. Hec omnia q̃re in cõmuni vnius confessoris pontificis. ¶ Eodẽ die menne martyris memoria. Oro.

Presta quesumus omnipotens deus: vt qui beati menne martyris tui natalicia colim⁹: intercessione eius in tui nominis amore roboremur. Per do. Secre.

Beati menne martyris tui domine solẽnia recẽsentes q̃s: vt eius auxilio tua beneficia capiamus: pro quo tibi hostias laudis immolamus. Per do. Postcõio.

Benedictio tua dñe ipleat corda fideliũ / talesq; perficiat q̃ et martyrũ honorificẽt passiones: et remedia salutis eterne eisdẽ patrocinantib⁹ assequamur. Per do. Per octa. sancti martini. orõnes sicut in die et Alla que sunt de ppríetate dicũtur alternatim. cetera variãtur pro volũtate de cõi vnius cõfesso. pontifi. ¶ Scti bricij epi z cõfesso. Introitus. Statuit ei do. Et alia necessaria ad officiũ misse. sicut de vno cõfesso. pontifi. ¶ In festo exceptionis reliquiarũ scti alexandri pape et marty. introit⁹ Letabitur iustus. Oratio Letetur ecclesia. Epistola Beatus vir. ℟ Posuisti. ℣ Desiderium. Alleluya. ℣ Beatus vir. Prosa. Superne ma. Euangelium. Nisi granum. Credo dicitur in ecclesia antissiodorẽn. propter presentiam reliquiarũ: alibi non dicitur. Offer. In virtute tua. Cõmunio. Qui michi ministrat. Hec oĩa in cõmuni vni⁹ marty. ¶ In festo sancti aniani episcopi aurelianẽn. et confesso. duplex introitus Statuit ei. Oratio Da quesumus omnipotens deus vt qui beati aniani. quere in cõi confesso. pontifi. In translatiõe beati stephani prothomartyris ab hierosolimis in bisantium que nunc est constãtinopolis a constantino magno imperatore edita. Omnia fiant sicut in natali eiusdem martyris. quere in crastino natiuitatis domini: excepto q̃ vbi dicitur in oratione natalicia eius dicitur translationem corporis celebramus. Prosa.

Malignantes in prophetis ad vos missos occidetis vt exterminemini. Non parcentes dei xp̄is / quia tēpus non nouistis visitantis domini. O sub quibus essent alis gens peruersa gens fera lis gens absq̃ consilio. Qui nati congregati si fouētem posset pati: praua generatio. Pro te flentē nō attendis piū patrem nunc plangētem tuum exterminiū. Non auertis neq̃ lapis quod non stabit in te lapis vnus super aliū. Digne quidem peritura frons obtusa ceruix dura plusq̃ ipsi lapides. Quos tu frendens ⁊ uninitis ad ceruices sanctas mittis nec extrema prouides. Que si quondam trucidaras sacerdotes iter aras tuos armas hodie. Contra dei sacerdotes et resistis quantum potes stephani sentencie. Sed ex lege confutaris cordibusq̃ dissecaris signa videns publica. Nec te mouēt verba vite nec demulcet te leuite facies angelica. Cor īduras / os auertis / ne aduertas quod apertis celi videt gloriā. Indignaris cū hec audis et indignas aures claudis reputās blasphemiam. Producuntur falsi testes qui deponunt tandem vestes / ad sauli vestigia. Torno iactu lapis torret sed torrentem non exhorret martyris cōstantia. Pro te rogat ne dampneris que ceruicem sanctam feris īhumana rabie. Dūq̃ furis in ceruicem primus deo reddit vicem martyrū primitie. Age prima spreciose cuius caput ornāt rose primitiuo sanguine. Qui tā carus es exosis abūdanter charis prosis charitatis ordine. Amen.

Cecilie virgi. ⁊ marty. Introit⁹. Loquebar de testimonijs. Oratio.

Deus qui nos annua beāte cecilie virginis et martyris tue solēnitate letificas: da vt quā veneramur officio / etiam pie conuersationis sequamur exemplo. Per do. Epistola Domine deus meus exaltasti super terram. ℞. Audi filia. V̄s⁹ Specie tua. Alleluya. V̄ Vidi speciosā Euangelium Simile est regnū ce. Offr. Offerētur regi virgines Secreta

Hec hostia domine placationis et laudis quesum⁹ interueniente beata cecilia martyre tua propiciatione tua nos dignos semper efficiat. Per dominum. Cōio.

Confundātur superbi quia iniuste iniquitatem fecerūt in me / ego autem in mādatis tuis exercebor in tuis iustificationibus vt non confundar. Postcōmunio.

Hec nos dn̄e quesumus gratia tua semper exercecat / vt diuinis instauret corda nostra misterijs: et sācte cecilie martyris tue cōmemoratione letificet. Per do.

Hec omnia supra intitulata quere infra in communi vnius virginis

Sancti clemētis pape et martyris. Admissam. Introitus.

Dicit domin⁹ sermones mei quos dedi in os tuum non deficient de ore tuo / adest enim nomē tuū et munera tua accepta erunt super altare meum. Ps. Domine exaudi orationem meam: ⁊ clamor meus ad te veniat. Gloria pa. Oī.

Deus qui nos annua beati clementis martyris tui atq̃ pontificis solennitate letificas:

concede propicius/ vt cuius natalicia colimus: virtutem quoque passionis imitemur. Per dominum.

Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad hebreos. viij.

FRatres. Habemus pontificem qui consedet in dextera sedis magnitudinis in celis sanctorum minister et tabernaculi veri quod fixit deus et non homo. Omnis enim pontifex ad offerenda munera et hostias constituitur. Unde necesse est: et hunc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terram nec esset sacerdos/ cum essent qui offerrent secundum legem munera: qui exemplari et vmbre deseruiunt celestium. Sicut responsum est moysi cum consummaret tabernaculum Uide inquit omnia facito secundum exemplar: quod tibi monstratum est in monte. R. Iurauit dominus. V. Dixit dominus. in commum vnius confessoris pontificis. Alleluya. V. Iste sanctus digne. quere in communi vnius marty. In ecclesia antissiodorensi. non dicitur prosa: sed dicitur in capella sua prosa sequens.

ADest nanque dies alma et magno gaudio plena. In qua sancta deo grata congaudet hec ecclesia. Hodie celestis letatur turma que gloriam cantat in excelsis voce dulcissima cum simphonia. Hodie polorum sancta agmina collaudant regem deum nostrum natum de virgine sancta maria. Aue inclite martyr christi clemens flos pulcherrime. Tu vestigia christi secutus es fide deuota. Eterni regis adeptus es regna. Iam gratularis in domo superna possidens sedes almas. Iam gratulamur et poscimus vna. Adiuuent tua sancta suffragia consonas voces nostras. O beate o sancte clemens laus tibi gloria. O beate o sancte clemens salua cateruam hanc. Nos vna mereamur sancta celorum regna. Possidere leta cernentes alma gaudia que sunt plena. Sit deo laus et honor et iubilatio casta. Qui regnat per omnia seculorum secula. Amen dicant omnia. Euangelium Homo quidam nobilis. quere supra in festo sancti stephani pape et martyris. Credo dicitur in capella sua. Offr. Ueritas mea. quere infra in communi vnius confesso. pontificis. Secreta.

SAcrificium tibi domine laudis offerimus pro sancti celebritate clementis: vt propiciationem quam nostris precibus non meremur/ pij suffragatoris intercessionibus assequamur. Per dominum nostrum. Com. Beatus seruus. in com. vnius confesso. ponti. Postcom.

DA quesumus domine deus noster vt sicut tuorum commemoratione sanctorum temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dominum no.

Eodem die felicitatis virginis et martyris memoria. Oratio.

PResta quesumus omnipotens deus vt sancte felicitatis martyris tue solennia recensentes: precibus illius protegamur et meritis. Per dominum. Secreta.

SUscipe vota tuorum domine famulorum: et oblatum tibi commemoratione beate felicitatis pacifici libaminis sacrificium propiciatus intende. Per do. Postcom.

Supplices te rogamus omnipotens deus: ut intervenientibus sanctis tuis et tua in nobis dona multiplices / et tempora nostra disponas. Per dominū nostrū.

¶ Grisogoni mar. mēo. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: ut qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus / beati grisogoni martyris tui intercessiōe liberemur. Per dominum nostrum iesum. Secreta.

Oblatis domine placare muneribus: et intercedente beato grisogono martyre tuo / a cunctis nos defende periculis. Per dominum nostrum iesum. Postcōio.

Tui domine perceptione sacramenti et a nostris mundemur occultis: et ab hostium liberemur insidijs. Per dominum no.

¶ In festo sancte Katherine virginis et martyris. Introitus.



Gaudeamus omnes i domino diē festū celebrantes sub honore Katherine virginis et martyris. de cuius passione gaudent angeli et collaudant filiū dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Glia pa. Oratio.

Deus qui dedisti legem moysi in summitate montis synai: et in eodē loco per sanctos angelos tuos corpus beate katherine virginis et martyris tue mirabiliter collocasti: tribue quesumus / ut eius meritis et intercessione ad mōtem qui christus est valeamus pervenire. Per eundem dñm. Epistola.

Confitebor tibi domine rex. In ctū bnius virgi. R. Specie. V. Audi filia, quere ibidē. Alleluya. V. Hodie beata virgo Katherina cum triumpho martyrij celos petijt hodie christum videre meruit quem dilexit. Prosa

Vox sonora nostri chori nostro sonet conditori qui disponit omnia. Per quem dimicat imbellis per quē datur hec puellis de viris victoria. Per quem plebs alexandrina femine non feminina stupuit ingenia. Cū beata katherina doctos vinceret doctrina ferrum patientia. Hec ad gloriā parentum pulchrum dedit ornamentum morū privilegia. Clara per progenitores claruit p sacros mores amplior i gratia. Mundi quoqꝫ spreuit fastum ut offerret corpꝰ castum biuenti in gloria. Florem teneri decoris lectionis et laboris attriuere studia. Nam perlegit disciplinas seculares et diuinas in adolescentia. Vas electum vas virtutum reputauit sicut lutū bona transitoria. Et reduxit in contemptum patris opes et parentum larga patrimonia. Vasis oleum includens virgo sapiens et prudēs sponso pergit obuia. Ut aduentꝰ eius hora preparata sine mora intret ad cōuiuia. Sistitur imperatori cupiēs pro christo mori cuius in pñtia. Quinquaginta sapiētes mutos reddit et silentes virginis facundia. Carceris horrendi claustrum et rotarum triste plaustrum famē et ieiunia. Et quecūqꝫ fiūt ei sustinet amore dei eadem ad omnia. Torta superat tortorē superat imperatorem femine con-

stantia. Cruciatur imperator q̄a cedit cruciator nec valēt supplicia. Tandem capite punitur et dum morte mors finitur vite subit gaudia. Angelis mox fuit cure dare corpus sepulture terra procul alia Oleum ex ipsa manat quod infirmos multos sanat emdēti gratia. Bonum nobis det vnguentum et per suum interuentum nostra sanet vicia. Gaudens ipsa videat de se presēs gaudia et futura prebeat que dedit presentia. Et hic nobis gaudeat illi nos in gloria. Amen. Euangelium. Simile est regnum celorum decem virginibus. quere in cōmuni virginum. Offertoriū. Offerentur. quere ibidem. Secreta. Munera domine sacrificii presentis que tibi offerimus in honore sācte virginis et martyris tue katherine fiant nobis eius precibus vita perpetua/et te donante salus infinita. Per dominū nostrū iesum christū. Cōio. Diffusa est gratia in labijs. quere vt supra. Postcōio. Sumptis domine salutis eterne mysterijs quesumus: vt sicut liquor qui de mēbris beate katherine virginis ꝛ martyris tue iugiter manat/languidorum corpora sanat: sic eius oratio cunctas a nobis iniquitates expellat. Per dominum nostrū iesum christū filiū. Clim pape et martyris memoria Oratio. Letetur ecclesia. quere in commum vnius martyris Uitalis et agricole martyrum memoria Oratio. Deus qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum vitalis et agricole. quere infra in commum plurimorum martyrū.

In trāslatione sancti vigilij episcopi antistiodorensis et martyris memoria. oratio. Letetur ecclesia tua de⁹ beati vigilij martyris. quere in communi vnius martyris.

Missa specialis pro sedatiōe scismatis ecclesie per dominū nostrū papam clementem septimum composita. Introitus.



Saluos nos fac domine deus noster et cōgrega nos de nationibus vt cōfiteamur nomini tuo et gloriemur vnanimes in domo tua. Ps. Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Gloria patri. Kyrie eleyson. Gloria in excel. Oratio. Deus qui errata corrigis/dispersa congregas/et cōgregata cōseruas: quesumus et super populum christianum tue vnionis gratiam clemēter infunde/ vt diuisiōe reiecta vero pastori ecclesie tue se vniens tibi digne valeat famulari. Per dominum nostrum iesum christum filium tuū. Alia oratio. Ecclesie tue quesumus domine preces placatus admitte: vt destructis aduersitatibus et erroribꝰ vniuersis/secura tibi deseruiat libertate. Per dominum no. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Ephesios. iiij. capi. Fratres: Obsecro vos vt digne ambuletis: vocatione qua vocati estis. Cum omni humilitate et mansuetudine: cum patiētia supportantes inuicem in charitate: solliciti seruare vnitatem spiritus: in vinculo pacis. Unum cor-

pus et unus spiritus: sicut vocati estis in una spe vocationis vestre/ unus dominus/una fides/unũ baptisma. Unus deus & pater omniũ qui est super omnes et per omnia: et in omnibus nobis. Unicuiqʒ autem nostrum data est gratia secundum mẽsuram donationis christi/ donec occurramus omnes in unitatẽ fidei et agnitionis filij dei. In virũ perfectum in mensurã etatis plenitudinis christi: ut nõ iã simus paruuli fluctuantes/ & circumferamur omni vento doctrine in nequitia hominum. In astutia ad circũuentionem erroris. Ueritatem autem facientes in charitate: crescamus in illo p omnia qui est caput nostrum christus: ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusqʒ membri/ augmentum corporis facit in edificationem corporis sui in charitate. Hoc igitur dico vobis et testificor in domino: ut iam non ambuletis sicut gentes ambulant in vanitate sensus sui. In tenebris obscuratum habentes intellectum/ alienati a via dei per ignorãtiam que est in illis propter cecitatem cordis ipsorum. Uos autem non ita didicistis christum: si tamen illum audistis: et in illo edocti estis sicut est veritas In christo iesu: domino nostro. ℟. Ecce q̃ bonum et q̃ iocundum habitare fratres in unum. ℣. Quoniam illic mandauit dominus benedictionem et vitam usqʒ in seculum. Alleluya. ℣sus. Dominus nomẽ illi qui habitare facit unanimes in domo. Alleluya. ℣. Edificans hierusalem dominus dispersiones israelis congregabit. Tempore paschali dicã tur ambo predicta Alleluya cum suis versiculis. Alio tempore primum cum suo versu tantum dicatur. A septuagesima usqʒ ad pascha dicatur sequens tractus.

Congregabo eos undiqʒ dixit dominus et faciam eos gentem unam. ℣. Non erunt ultra due gentes: nec diuidentur amplius in duo regna. ℣. Unus erit nobis imperans: pastor unus omnium. ℣. Seruus meus princeps eorum percutiam cum illis fedus pacis sempiternum.

¶ Secundum Johannem. xvij.

In illo tempore. Subleuatis iesus oculis in celum dixit. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti michi: ut sint unũ sicut et nos. Cũ essem cum eis ego seruabã eos in nomine tuo / quos dedisti michi. Ego custodiui et nemo ex eis perijt/ nisi filius perditionis ut scriptura adimpleatur. Nũc autem ad te venio et hec loquor in mundo: ut habeant gaudium meũ impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum / et mundus odio eos habuit: quia non sunt de mundo sicut et ego non sum de mũdo. Non rogo ut tollas eos de mũdo: sed ut serues eos a malo. Sanctifica eos ĩ veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu misisti me in mundum: et ego misi eos in mundum. Et ego pro eis sanctifico meipsum: ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis rogo tantũ: sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorũ in me: ut omnes unũ sint sicut et tu pater in me et ego in te. ut et ipsi in nobis unum sint: ut

mūdus credat q tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti michi dedi eis: vt sint vnum sicut et nos vnum sumus. Ego in eis et tu in me: vt sint omnes confirmati in vnū. Offer. D et vobis deus idipsum sapere in alterutrum vt vnanimes vno ore honorificetis dominum deum nostrū. Secreta.

M Unera hec pro populi christiani vnione tibi domine oblata sanctifica: que per vnitatis et pacis in ecclesia tua nobis dona concede. Per dominum nostrum iesum christum. Alia secreta.

P Rotege nos domine deus tuis mysterijs seruientes vt diuinis rebus inherentes et corpore tibi famulemur et mente. Per dominum nostrum iesum christum. Post vero Sed libera nos a malo. dicatur flexis genibus. Deus misereatur nostri. cum Gloria patri. etc. Deinde Kyrieleyson. Christeleysō Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Domie saluos fac reges. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Saluū fac populum tuum domine/ et benedic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos vsq in eternum. Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turribus tuis. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cū spiritu tuo. Oremus. Orationes. Deus qui errata corrigis. Ecclesie tue quesumus. Alia oratio.

H Ostium nostrorum quesumus domine elide superbiā et eorum cōtumaciam dextere tue virtute prosterne. Per. Deus a quo sancta. Communio. U nus panis et vnum corpus sumus omnes qui de vno pane et de vno calice participamus. Postcōio

H Ec tua domine sancta sacra q communio sicut fidelium in te vnionem presignat: sic in tua ecclesia vnitatis et pacis quesumus operetur effectum. Per dominum nostrū iesum. Alia postcōmunio.

Q Uesumus domine deus noster vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum nostrum iesum. etc.

¶ Finit sāctorale.

homini negociatori querenti bonas margaritas/ inuenta vna preciosa margarita dedit oia sua et cōparauit eā. Cōio. O uinque prudētes virgines acceperūt oleū in vasis suis cū lāpadib⁹: media autē nocte clamor factus est ecce spōsus venit exite obuiā christo dño. Cōio. Feci iudicium et iusticiā dñe non calūnientur michi superbi ad oia mādata tua dirigebar oēmq́ viā iniquitatis odio habui. Cōio Cōfūdantur superbi quia iniuste iniquitatē fecerūt in me: ego aūt in mādatis tuis exercebor in tuis iustificationib⁹ vt nō confūdar. Cōio. Principes psecuti sunt me gratis et a verbis tuis formidauit cor meū: letabor ego sup eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa cō cupiuit aia mea testimonia tua dñe et dilexit ea vehemēter. ¶ Sequūt̄ missḗ ordinationes. Et pr̄io de trinitate. Offm̄.



Benedicta sit sancta trinitas atq́ indiuisa vnitas confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Ps. Benedicam⁹ patrē et filiū cū sctō spū. Orō.

Omnipotēs sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in cōfessione vere fidei eterne trinitatis gloriā agnoscere et in potentia maiestatis adorare vnitatem: q̄s vt eiusdē fidei firmitate. ab omnibus semper muniamur aduersis Per dominū. Lectio epistole beati pauli apli. Ad Corinthios. ij. xiij.

Fratres. Gratia dñi nostri iesu christi: et charitas dei/ et communicatio sancti spiritus/ sit semper cum oibus vobis amen. Resp. Benedictus es domine qui intueris abyssos et sedes super cherubim. V⁹. Benedicite deū celi et corā omnibus viuentibus confitemini ei. Alleluia. V⁹. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis in secula. Tractus.

Benedicat nos deus de⁹ noster bñdicat nos deus pater et filius et spiritus sanctus. V. Benedicat nos trina maiestas et indiuidua vnitas qui est verus deus in secula seculorū. V. Bñdicat nos sctā trinitas et custodiat nos semper. Amen.

¶ Secundum Johannem. xv.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paraclytus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimoniū perhibitis: quia ab initio mecū estis Hec locutus sū vobis: vt nō scādalizemini: absq́ sinagogis facient vos. Sed venit hora: vt ois qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec faciēt vobis quia nō nouerūt patrē neq́ me. Sed hec locutus sū vobis: vt cū venerit hora eorum reminiscamini: quia

ego dixi vobis. Offr. Benedictus sit deus pater vnigenitusqꝫ dei filius sctũs quoqꝫ spũs qꝛ fecit nobiscũ miam suã. Secreta

Sanctifica quesumus domine deus per tui sancti nominis innocationem huius oblationis hostiã: et per eã nosmetipsos tibi perfice munus eternũ. Per dñm

Cõio. Benedicimus deũ celi: ⁊ corã oĩbus viuẽtibus confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Postcõio.

Proficiat nobis ad salutem corporis ⁊ anime dñe deus huius sacramẽti susceptio: et sempiterne sancte trinitatis atqꝫ eiusdẽ indiuidue vnitatis confessio. Per

¶ Incipit ordo ad sponsam benedicendã cũ venerit ad valuas ecclesie et spõsus ⁊ sponsa veniẽs sacerdos alba ⁊ stola ⁊ manipulo ornatus anulũ argẽteũ bñdicat dicens

Manda deus virtuti tue confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo qd̃ est in hierusalẽ tibi offerent reges munera: increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorũ / vt excludãt eos qui probati sunt argẽto. Gloria patri. ⁊c. Kyrie leyson. Christe eleyson. Kyrie leyson. Pater noster. Et ne nos Saluum fac seruũ tuũ et ancillã tuam. Deus meus sperantes in te. Mitte eis dñe auxiliũ de sancto Et de syon tuere eos. Dñe exaudi orationẽ meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo. Oremus.

Creator et conseruator humani generis: dator gratie spiritalis / largitor eterne salutis: tu domine emitte spiritũ tuũ paraclitum super hunc anulum: vt que illum gestauerit / sit armata virtute celestis defensionis. et proficiat illi ad eternã salutẽ. Per christum

Tũc aspergatur aqua benedicta. quo facto sacerdos dicat. Bõnes gens nous auons faictz les bans troys foys de ces deux gens et encoires les faisons nous que sil ya aucũ ou aucune qui sache empeschemẽt ꝑ quoy lũ ne puisse auoir lautre ꝑ la loy de mariage si le dye

Et respõdent les assistens Nous ny scauons que bien. Quo audito accipiat sacerdos manũ dexterã sponse et ponat in dextera manu sponsi et dicat ista verba nominãdo eos. Vous marie et vous iehã vous promettez fiancez et iurez lun a lautre garder la foy ⁊ la loyaute de mariage. et garder lũ lautre sain et malade a tous les iours de voz vies si cõme dieu la estably et lescripture le tesmoingne ⁊ saincte eglise le garde. Tunc sacerdos tradat anulũ sponso. sponsus autẽ per manũ sacerdotis primo in pollice spõse post presbyterum ponat dicens ista verba. Marie de cest anel te espouse et de mõ corps te honore ⁊ te doue du douaire qui a este diuise entre mes amis et les tiẽs. In noĩe patris. Secũdo in iudice dicẽs et filij. tertio i medio seu in quarto dicẽs. et spũs sãcti amẽ. Ibiqꝫ remaneat anulus Postea sacerdos extensa manu super illos dicat orationes sequentes. Orõ.

Deus abrahã / deus ysaac / deus iacob / ipse vos coniũgat impleatqꝫ benedictionẽ suam in vobis. Per christũ. Alia oratio.

Respice domine super hãc cõiunctionem/ et sicut misisti angelum tuũ raphaelem pacificũ thobie et sarre filie raguelis: ita mittere digneris dñe tuam benedictionem super hunc famulũ et famulã tuã: vt in tua voluntate permaneant ⁊ senescant: ⁊ multiplicẽtur in longitudinem dierum. Per chꝛistũ. Deinde celebꝛatur missa Benedicta. Missa in solennitate nuptiarũ. Ad missam Introitus.

Benedicta sit sancta trinitas atqꝫ indiuisa vnitas confitebimur ei quia fecit nobiscũ miam suã. Ps. Benedicamus patrem ⁊ filium cũ sancto spiritu. Glia. Oro.

Omnipotẽs sempiterne deus qui dedisti nobis famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloꝛiam agnoscere ⁊ in potentia maiestatis adoꝛare vnitatem: quesumus vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Alia oꝛatio.

Exaudi nos oĩpotens ⁊ misericoꝛs deus vt qđ nostro ministratur officio/ tua benedictiõe potius impleatur. Per dominũ nr̃m. Et dicuntur ad vnum Per dñm

Lectio epistole beati Pauli apostoli. Ad Coꝛinthios. vj. capitulo.

Fratres. Nescitis quoniã coꝛpoꝛa vestra mẽbꝛa sunt chꝛisti? Tollẽs ergo mẽbꝛa chꝛisti/ faciam mẽbꝛa meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adheret meretrici vnũ coꝛpus efficit? Erũt inquit duo: in carne vna. Qui aũt adheret dño: vnus spiritus est. Fugite foꝛnicationẽ. Omne peccatũ quodcunqꝫ fecerit homo: extra coꝛpus est. Qui autẽ foꝛnicat: in coꝛpus suum peccat. An nescitis quoniam mẽbꝛa vestra templum sunt spũs scti. qui in vobis est quẽ habetis a deo: ⁊ non estis vestri? Empti enĩ estis pꝛecio magno: gloꝛificate et poꝛtate deũ in coꝛpe vr̃o. R. Benedictꝰ es dñe q̃ intueris abyssos et sedes super cherubin. V. Benedicite deũ celi et corã oĩbus viuentibus cõfitemini ei. Alla. V. Benedictus es domine deus patrum nostroꝛum et laudabilis in secula. Pꝛosa. Benedicta sit sancta trinitas. In tempoꝛe paschali. nõ dicit Vꝫm Benedictus. sed accipit Alla. de resurrectione videlicet Angelus. Si vero infra ascensionem Alla. secundũ de ascẽsiõe. Secũdũ Mattheũ. xix.

In illo tpe. Accesserunt ad iesum pharisei tentãtes eũ: et dicentes. Si licet homini dimittere vxoꝛẽ suã quacunqꝫ ex causa? Qui respondens ait eis. Non legistis. quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos. Et dixit Pꝛopter hoc dimittet homo patrẽ et matrem. et adherebit vxoꝛi sue: et erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iã non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separet. Credo. Offr. Benedictus sit deus pater vnigenitusqꝫ dei filius sanctus quoqꝫ spiritus quia fecit nobiscum misericoꝛdiam suam. Secreta.

Sanctifica q̃s dñe deꝰ per tui sãcti nois inuocationẽ huiꝰ oblatiõis hostiã. et p eã nosmetipsos tibi pfice munꝰ eternũ. Alia se.

Suscipe domine quesumus pꝛo sacra connubii lege mu

nus oblatum. et cuius largitor es operis: esto dispositor. Per dñm. Et dicitur ad vnū Per dominum Præfatio de trinitate dicitur. Qui cū vnigenito. Anteꝙ sacerdos dicat Pax domini sponso et sponsa prostratis ante altare subtus pallium. dicat hanc orationē. Oratio

Propiciare domine supplicationibus nostris. et institutis tuis quib⁹ propagationē humani generis ordinasti benignus assiste. vt quod te auctore iūgitur. te auxiliante seruetur. Per dominum nostrū. Sequitur Præfatio.

Per omnia secula seculorū. Amen. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dñm. Grās agam⁹ dño deo nostro. Dignū ⁊ iustū est.

Vere dignū et iustū est equū et salutare. Nos tibi semper et vbiqꝫ gratias agere. Domine sancte pater omnipotens eterne de⁹. Qui potestate virtutis tue de nichilo cuncta creasti: qui dispositis vniuersitatis exordijs homini ad ymaginem dei facto ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti. vt femineo corpori de viri dares carne principium doceñs quod ex vno placuisset institui: nūꝙ liceret disiungi. Deus qui tā excellenti mysterio cōiugalē copulā consecrasti: vt christi et ecclesie sacramentum presignares in federe nuptiarum. Deus per quē mulier iungitur viro. et societas principaliter ordinata ea benedictione donatur que sola nec per originalis peccati penā nec p diluuij est ablata sententiā. Respice propitius super hanc famulam tuam que maritali iungenda est consortio: tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis et pacis. fidelis ⁊ casta nubat in christo imitatrixqꝫ sāctarum permaneat feminarū. Sit amabilis vt rachel viro. sapiens vt rebeca. longeua ⁊ fidelis vt sarra. Nichil in ea ex actibus suis ille auctor preuaricationis vsurpet. nexa fidei mādatisqꝫ permaneat vni thoro iuncta/ contactus illicitos fugiat: et muniat infirmitatem suam robore disciplinę. Sit verecūdia grauis. pudore venerabilis / doctrinis celestib⁹ erudita. Sit fecunda in sobole. sit probata et innocens/ ⁊ ad beatorū requiē atqꝫ ad celestia regna perueniat ⁊ videat filios filiorū vsqꝫ in tertiam ⁊ quartam progeniem: ⁊ ad optatā perueniat senectutē. Per. Tunc vertendo se ad altare dicat alta voce. Pax domini sit sēper vobiscum. ꝛc. vsqꝫ ad communionem Cōio. Benedicimus deum celi et coram omnibus viuentibus confitebimur ei quia fecit nobiscū misericordiā suā. Postcōio

Proficiat nobis ad salutem corporis et anime domine huius sacramenti susceptio: ⁊ sempiterna sancte trinitatis atqꝫ eiusdem indiuidue vnitatis confessio

¶ Alia postcommunio.

Quesumus omnipotens deus: instituta prouidētie tue pio amore comitare vt quos legitima societate connectis longeua pace custodias. Per dominum nostrum iesum christum. et dicuntur ad vnum Per dominum.

¶ Missa in veneratiōe angelorū.



Benedicite dñm oēs angeli eius potētes virtute qui facitis verbum eius ad audiendam vocem sermonū eius. Ps. Benedic anima mea domino. ꝛ omnia que intra me sunt nomini scō eius. Gloria. Oro.

Perpetuum nobis domine tue miserationis presta subsidium quibus tribuisti etiam angelica suffragia non deesse. Per.

Lectio libri apocalipsis beati Johannis apostoli. Primo.

In dieb⁹ illis. Significauit deus que oportet fieri cito: loquēs per angelum suū seruo suo iohanni qui testimoniū perhibuit verbo dei: et testimoniū iesu christi in hijs quecūqꝫ vidit. Beatus qui legit et qui audit verba prophetie hui⁹ ꝛ seruat ea q̄ in ea scripta sūt. Tempus enim prope est. Johannes septē ecclesijs que sūt i asya: gratia vobis ꝛ pax ab eo qui erat. ꝛ qui est. ꝛ qui venturus est. Et a septē spiritibus qui in cōspectu throni eius sunt. et a iesu xpo q̄ est testis fidelis primo genitus mortuorum ꝛ princeps regū terre. Qui dilexit nos: ꝛ lauit nos a pctis nr̄is in sanguine suo. Rm.

Benedicite dñm omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbū ei⁹. V. Bñdic anima mea dño ꝛ oīa interiora mea nomē sāctū eius. Alla. V. Laudate deum oēs angeli ei⁹. laudadte eū oēs virtutes eius.

Secundum Johannem. v.

In illo tpe. Ascēdit iesus hierosolymā. Est aūt hierosolymis pbatica piscina que cognominat hebraice bethsaida: quīqꝫ porticus habēs. In hijs iacebat multitudo magna languentiū / cecorū claudorū / aridorū: expectantium aque motū. Angelus autē dñi secūdū tempus: descēdebat in piscinā. ꝛ mouebat aqua. Et qui prim⁹ descendisset in piscinā post motionem aque: sanus fiebat a quacūqꝫ detinebatur infirmitate. Offr.

Stetit angelus iuxta aram templi habens thuribulū aureū in manu sua: ꝛ data sūt ei incēsa multa ꝛ ascēdit fum⁹ aromatū in conspectu dei alta. Secreta.

Hostias domine laudis offerimus suppliciter deprecantes. vt easdem angelico pro nobis interueniente suffragio. et placatus accipias. et ad salutē nostram puenire cōcedas. Per. Cōio. Bñdicite omnes angeli dñi dño hymnū dicite et superexaltate eū in secula. Postcō.

Repleti dñe bñdictiōe celesti suppliciter iploram⁹: vt qd̄ fragili celebram⁹ officio sctōꝝ angelorum atqꝫ archangelorum nobis prodesse sentiamus auxilio. Per dominū nostrū iesum christū.

Missa de sctō spiritu. [illegible]



Spiritus domini repleuit orbē terrarum alleluya et hoc quod continet omnia sciētiam habet vocis alleluya alleluya alleluya. Ps. Exurgat deus & dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderūt eum a facie eius. Gloria patri. Oratio.

Deus qui corda fideliū sancti spiritus illustratione docuisti da nobis in eodē spiritu recta sapere et de eius sēper cōsolatione gaudere. Per dūm. In vni. eiusd.

Lectio actuum apostolorū. viii.

In diebus illis. Cum audissent apostoli qui erant hierosolymis quia recepit samaria verbum dei: miserunt ad illos petrum et iohannem. Qui cū venissent orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quen. ꝙ illorū venerat: sed baptiza ti tātū erant in noīe dñi iesu. Tūc imponebant manus super illos et accipiebant spiritum sanctum. Ps. Beata gens cuius est dominus deus eorum populus quē elegit dominus in hereditatem sibi. V. Uerbo domini celi firmati sunt & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alla. V. Ueni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium & tui amoris in eis ignem accēde. Prosa qui voluerit. Ueni sancte spiritus. quere fr. ii. post pentecostem

Alia. vbi⁹ ad pascha. Tractus.

Ueni sancte spūs et emitte celitus lucis tue radiū. V. Da tuis fidelibus in te cōfidētibus sacrū septenariū. V. Da virtutis meritum da salutis exitū da perēne gaudiū. Scdm Johānē. xiiii.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Si quis diligit me: sermonē meum seruabit. Et pater meus diliget eū et ad eū veniemus: & mansionem apud eū faciemus. Qui non diligit me: sermones meos nō seruat. Et sermonem quē audistis nō est meus / sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis: apud vos manens Paraclitus autē spiritus sanctus quē mittet pater in nomine meo: ille vos docebit omnia. & suggeret vobis oia quecunq dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacē meā do vobis. Non quomodo mūdus dat: ego do vobis. Nō turbetur cor vestrum: neq formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado & venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq quia vado ad patrē: quia pater maior me est. Et nūc dixi vobis priusq fiat: vt cū factū fuerit credatis. Iā nō multa loquar

biscum. Uenit enim princeps mundi huius: et in me nõ habet quicquam. Sed vt cognoscat mũdus quia diligo patrem: et sicut mãdatum dedit michi pater sic facio. Offer. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis a templo tuo qđ est in hierusalẽ tibi offerẽt reges munera alleluya. Secreta.

Munera dñe q̃s oblata sãctifica. et corda nostra sancti spiritus illustratiõe emũda. Per. In vnitate eiusđ. Cõio. Factus est repẽte de celo sonus aduenientis spũs vehementis vbi erant sedẽtes allã. et repleti sunt omnes spiritu sancto loquentes magnalia dei allã alleluya. Postcõio.

Sancti spiritus corda nostra dñe mũdet infusio / et sui roris intima aspersiõe fecũdet. Per. in vnitate eiusđ. Missa in crastino natiõe sc̃i stephani prothomartyris. Introit⁹ Etenim sederũt. ofc.

A nobis q̃s dñe imitari qđ colimus vt discamus ⁊ inimicos diligere: quia ei⁹ memoriã agimus. Quere s. et tociẽ resiđuũ ptinẽs ad officiũ misse in crastino nati. dñi in natali eiusdem sc̃i stephani ⁊ dicitur prefacio cõmunis. Missa de sãcta cruce. Introit⁹.



Nos autẽ gloriari oportet i cruce dñi nr̃i iesu christi in quo est salvita et resurrectio nostra p quẽ saluati ⁊ liberati sum⁹. Ps. Deus misereat nostri ⁊ bñdicat nobis: illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Oratio

Deus vnigeniti filii tui dñi nostri iesu christi preciosam Sanguine viuifice crucis vexillũ sctificare voluisti: cõcede q̃s eos q̃ eiusđ sc̃te crucis gaudẽt honore tua quoq̃ vbiq̃ ptectione gaudere. Per eũđ. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Philippenses. ij. capitulo

Fratres. Christus fact⁹ est pro nobis obediẽs vsq̃ ad mortẽ: mortẽ aũt crucis. Propter qđ ⁊ de⁹ exaltauit illũ ⁊ donauit illi nomẽ qđ est super oẽ nomẽ. vt in noie iesu oẽ genu flectat celestiũ terrestriũ et infernorũ. Et ois lingua confiteat: q2 dñs noster iesus christus in gl̃ia est dei patris. R. Christus factus est pro nobis obediens vsq̃ ad mortẽ mortẽ autẽ crucis. V. Propter quod ⁊ deus exaltauit illũ ⁊ dedit illi nomẽ quod est sup oẽ nomẽ. Alla. V. Dulce lignũ dulces clauos dulcia ferẽs pondera que sola fuisti digna sustinere regẽ celorũ ⁊ dñm. Secundum Matheum. xx.

In illo tẽpore. Ascendens iesus hierosolymã: assũpsit duodecim discipulos suos secreto et ait illis. Ecce ascendimus hierosolymã ⁊ filius hominis tradetur principibus sacerdotũ et scribis: ⁊ cõdemnabunt eum morte. Et tradent eum gentibus ad illudendum et flagellãdũ. et crucifigẽdum. Et tertia die: resurget. Offr. Protege domine plebẽ tuã per signũ sancte crucis ab omnib⁹ insidiis inimicorũ omnium vt tibi gratã exhibeamus seruitutem et acceptabile tibi fiat sacrificiũ nr̃m. Secreta

Hec oblatio quesum⁹ domine ab omnibus nos purget offensis: que in ara crucis immolata totius mundi tulit offensam Jesus christus dominus noster qui tecum viuit et regna in vnitate

Prefatio communis dicit. Cōio.

Per lignū crucis de inimicis nostris libera nos deus noster. Postcōio.

Adesto nobis domine deus noster et quos sācte crucis letari facis honore: eius quoqꝫ perpetuis defēde subsidijs. Per dñm.

Sequitur missa quinqꝫ plagarum christi. Ad missam. Introitus.

Humiliauit semetipsum dñs noster iesus christus vsqꝫ ad mortem / mortē aūt crucis propter quod et deus exaltauit illum et donauit illi nomen quod est super omne nomē. Ps. Misericordias dñi: in eternū cantabo. Gloria. Oratio.

Domine iesu christe fili dei viui qui de sinu patris ad terram descendisti et in ligno crucis quinqꝫ plagas sustinuisti et sā guinem tuum preciosum in remissionem peccatorū nostrorum effudisti: te suppliciter deprecamur vt in die iudicij ad dexterā tuā audire mereamur. venite bñdicti patris mei percipite regnum quod vobis paratū est ab origine mundi. Qui cum patre et spiritu sancto.

Lectio zacharie prophete. xiij.

Hec dicit dñs deus. Effundā super domū dauid: ꝫ sup habitātes hierusalē spiritum gratie mee ꝫ miserationis. Et aspicient in me quē crucifixerūt. Et plangēt eū planctu quasi super vnigenitū: ꝫ dolebunt super eū vt doleri solet in morte primogeniti. Et i illa die erit planctus magnus in hierusalem. Et dicetur ei. Quid sūt plage iste i medio manuū tu*arum et dicet*

his plagatus sum in medio eorū qui diligebant me. Framea suscitare super pastorē meum et super virum coherentem michi: dicit dominus exercituum. Percutiā pastorem: et dispergentur oues gregis. Ait dñs omnipotēs. R. Improperium expectauit cor meum et miseriam et sustinui qui simul contristaretur ꝫ non fuit: consolantem me quesiui et non inueni. V. Et dederūt in escam meam fel ꝫ in siti mea potauerunt me aceto. Alla. V. Aue rex noster tu solus nostros toleras miseratus errores patri obediens ductus es ad crucē vt agnus māsuetus ad occisionē tibi gl'ia osanna triumphus et victoria tibi summe laudis gloria et victoria. Tr. in lxx.

Christus factus est pro nobis patri obediens vsqꝫ ad mortem / mortem autem crucis. V. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. Prosa.

Cenam cū discipulis christe celebrasti. Et mortem apostolis palā nunciasti. Et auctorē sceleris iudam demonstrasti. Et egressus protinus ortulū intrasti. Ubi procidens dñs humi se prostrauit. Et trāsferri calicē a se postulauit. Sed patris arbitrio illud cōmēdauit. Et ecce mox sanguis sudor emanauit. Iudas post hoc osculū ori dedit christi. Ad qd inquit dñs amice venisti. Me nunc tradis osculo quē tu vēdidisti. Assistentes protinus irruūt ministri. Mox insōtis itaqꝫ pro tunc ducebat. Nulla prorsus requies iesu prestabatur. Magistrorū impia plebs cominabatur. Alapis ꝫ colaphis innocēs mactatur. Dum iesū eripere pilatus conatur. Iu

orozum furia magis inflāmatur Et tumultus populi ingens exci tatur. Et plebis vox intonat vt crucifigatur. Traditur militib⁹ vinculis artatur. Undiqꝫ vulneri bus corpus cruciatur. Caput re gis glorie spinis coronatur. Post ꝗ flectis genibus quisquis irrita tur. Ecce caro tenera nostri sal uatoris. Tolūnā nequiter co artatur loris. Et flagellis tedit impij tortoris. Hinc emanant vn diqꝫ riuuli cruoris. Post vrbis in mediū iesus procedebat. Et cru cis patibulum humeris ferebat.
A d fores ⁊ ostia populus fluebat
E iusqꝫ confusio omnib⁹patebat
A d pudoris cumulū iesu denuda ris. Et vētis ac frigori nud⁹ spo liaris. Innocēs ab impijs in cru ce dānaris. Et quasi dux sceleris medius locaris. Tēsa ligno bra chia cordis extēduntur. Eruibe ne simili modo laniantur. Cruci manus rudibus clauis cōfigūtur Pe late pedū dn̄i ferro pforantur. Fundunt riuos sāguinis fontes saluatoris. Poreret huc aia que ꝗ pctoris. Et hauriat quidpiā sa cracti liquoris. Quo frequēter li niat vulnera doloris. Hauriens quātūlibet in corde dulcoris. Hic tui curatio pfluat languoris.
Diuisio sequentie.
Quē iesus postea sitio di cebat. Et cetū tūc protinus cū felle miscebāt. Et infusū spon gie ori porrigebāt. Quē degustās poculum sumere nolebat. O iesu mirifice qd est qd agebas? Tu de siti conquerēs cruce sitiebas. Nō salutē aīe magis sitiebas. Certe bonū anime nobis exprimebas. Voce promēs vltimā patrē inuo casti. Cū clamore valido tandem expirasti. Spiritūqꝫ manib⁹ eius cōmendasti. Sic salutē omniū di re consūmasti. Quē ego superbio tu hūiliaris. Ego culpas ppetro tu pena grauaris. Ego pomū mordeo tu felle potaris. Molla desidero tu dire tractaris. Quē cuius valeat mēs vel lingua fari. Quantū virgo credit intus cru ciari. Cū videns vnigenitū in cruce leuari. Atqꝫ eius viscera lācea fo rari. Corpus quidē mortuū iam nil sentiebat. Latus eius lancea miles perforabat. Quam fixā in filij latere videbat. Unde aqua lucida sanguisqꝫ fluebat. Ad hūc ergo propera fontē redemptoris. Et fluentis quidpiā haurias dul coris. Atqꝫ vite lauacrū pciū dul coris. Atqꝫ vite lauacrū pciū cruo ris. Hinc tui curatio pfluat lā guoris. Amē. Secūdū Johānē. xix.

In illo tpe. Sciēs iesus quia iam oia consūmata sunt vt consūmaref scriptura dixit. Si tio. Uas ergo positum erat aceto plenū. Illi aūt spōgiā aceto plenā ysopo circūponētes obtulerūt ori ei⁹. Cū ergo accepisset iesus acetū dixit. Cōsūmatū est. Et iclinato ca pite: tradidit spūm Judei ergo qm̄ parasceue erat: vt nō remanerent in cruce corpa sabbato (Erat enī magn⁹ dies ille sabbati) rogaue runt pilatum vt frāgerentur corū crura et tollerēt. Uenerūt ergo mi lites ⁊ primi quidē fregerūt crura ⁊ alteri⁹ q̄ crucifix⁹ erat cū eo. Ad iesum aūt cū venissēt vt viderūt eū

tā mortuum / non fregerunt eius crura: sed unus militum lancea latus eius aperuit et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: et scimus quia verum est testimonium eius. Credo dicitur. Offer. Insurrexerunt in me viri iniqui absq; misericordia: quesierūt me interficere & nō pepercerūt in faciē meā spuere et lanceis suis vulneraverūt me & cōcussa sunt oīa ossa mea. Secreta.

Domine iesu christe fili dei vivi qui pro mundi redemptione crucis lignum ascendisti ubi universus mūdus qui in tenebris erat illuminaretur: illam lucē in aīa & corpore nostro semper tribue per quā ad eternā lucē pervenire mereamur. Qui cum patre et spiritu. Cōmunio. Foderunt manus meas et pedes meos & dinumeraverunt omnia ossa mea alleluya. Postcommunio.

Domine iesu christe fili dei vivi qui hora diei sexta pro redemptione mūdi crucis patibulū ascēdisti et sanguinē tuū precio sum in remissionē pctōr nostrorū effudisti: te humiliter deprecamur ut post obitum nostrum paradisi ianuas gaudēter introire mereamur p te iesu christe salvator mūdi. Qui cum patre & spiritu sancto Sequitur missa de sanctissima ac gloriosissima lachryma christi. Ad missam. Introitus.



In lachrime preconiū erūpat vox fideliū que stillavit ab oculo qui pstat lumen seculo. Ps. Quoniā tu illuminas lucernam meam domine deus meus illumina tenebras meas. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens & misericors deus qui benedictū filium tuū super lazarū in signum amoris lachrimas effundere voluisti ac mirabili divinitatis potētia eūdē lazarum a mortuis suscitasti da nobis per gratiam sancti spūs te cogitare te amare te suppliciter exorare cū devotis lachrimis quibus vitiorū nostror sordes abstergere & a morte anime resurgere valeamus. Per eūdē. eiusdē. Lectio epis tole beati Pauli apli Ad Hebreos. iiij.

Fratres. Habentes pontifi cem magnum qui penetravit celos iesū filiū dei teneam⁹ cōfessionē. Qui in diebus carnis sue supplicationes effudit ad eum qui possit salvū illū a morte facere cū clamore valido et lachrimis offerens exauditus est pro sua reverētia. Et quidē cum esset filius didicit ex his que passus est obedietiā et cōsummatus factus est obtemperantibus sibi causa salutis eterne. R. Lugens pie defunctum fratrem suum lazarum maria magdalene dixit ad iesū domine si fuisses hic nō esset mortuus frater meus lazarus. V. Videns ergo flentem mariam et sororem eius martham lachrimatus est iesus et accedens ad monumentum quatriduanum iam lazarum resuscitavit. Alleluya. V. O amantissima lachrima lazarum plorantis a morte nostri ma ipsum suscitantis Prosa.

O Lachrima gloriosa christi carissima. Gēma celi pciosa. Ipsaq; purissima. A christoq; nata. Ab angelo collecta. Magdalene data. Mariminobe cta. Imperatori grecorū inde psen tata. Gaufrido vindocinorum.

Ad locum translata. Interna et externa. Cōserua lumia. Gratia sempiterna. Corda illumina O benigna. O benigna. O benigna. Que sēper inuiolata permansisti. Amen.

Secundum Iohannem. xi.

In illo tēpore. Maria magdalene cum venisset vbi erat iesus. videns eum cecidit ad pedes ei⁹: & dixit ei. Domie si fuisses hic: non esset mortuus lazarus frater meus. Iesus ergo vt vidit eam plorantem & iudeos qui venerant cum ea plorantes infremuit spiritu & turbauit seipsum: & dixit. Ubi posuistis eum: Dicūt ei. Domine: veni et vide. Et lachrimatus est iesus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quo modo amabat eum. Quidā autē dixerunt ex ipsis. Non poterat hic qui aperuit oculos ceci facere vt hic non moreretur. Iesus ergo rursū fremens in semetipso venit ad monumentum. Erat autē spelunca: & lapis superpositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidē. Dixit ei martha soror ei⁹ qui mortuus fuerat. Domine iam fetet quatriduanus enim est. Dixit ei iesus. Nonne dixi tibi qꝛ si credideris videbis gloriam dei. Tulerunt ergo lapidem Iesus autē eleuatis sursum oculis dixit. Pater gratias ago tibi: quoniam audisti me. Ego autem sciebā quia sēper me audis. Sed propter populum qui circūstat dixi: vt credāt quia tu me misisti. Et cum hoc dixisset voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus pedes & man⁹ institis: & facies eius sudario erat ligata. Dixit eis iesus. Soluite eū: et sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam et viderant que fecit: crediderūt in eum. Offer. Fremuit spiritu iesus & turbauit seipsum & dixit iudeis vbi posuistis lazarū: dicūt ei dñe veni et vide & lachrimatus est iesus.

Secreta

Domie iesu christe qui ex voluntate patris cooperante spiritu sancto super lazarū flere cō passione humili voluisti cōcede nobis pctōrib⁹ tibi in carne passo ac proximis nostris cōpati in hac vita tali lachrimarū rore cū tāte humilitatis radice ac tante charitatis feruore vt post luct⁹ et suspiria mereamur ad gaudia supne glorie peruenire. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate eiusdem.

Prefatio. Per incarnati. Cōio. Uidens dñs flētes sorores lazari ad monumentum lachrimatus est corā iudeis et clamabat lazare veni foras et prodijt ligatis manibus et pedibus qui fuerat quatriduanus mortuus.

Postcōmunio.

Omnipotens & misericors deus qui nos recreasti tuis salutiferis sacramentis: da robur vtrisqꝫ oculis cum deuoto profluuio lachrimarum. ad agnoscendum ineffabilem charitatē a qua tue pciosissime lachrime sup lazarū sup populū hierosolimitanū et in ligno crucis salutifere emanarūt quatinus ex ea cognitione tue circa nos exhibite pietatis mereamur admitti ante thronū gloriosissime trinitatis. Qui viuis et regnas cū deo patre. In vnitate spiritus sancti deus. Per oīa.

Sequit Missa pro pace. Offm.



Da pacem domine sustinentibus te ut prophete tui fideles inueniantur: exaudi preces serui tui et plebis tue israel. Ps. Letatus sum in his que dicta sunt mi. In domum domini ibimus. Oratio. Deus a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem ut et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. Per. Lectio epistole beati Pauli apostoli Ad Romanos. xij. capi.

Fratres. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos: nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona non tantum coram deo/ sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes charissimi: sed date locum ire. Scriptum est enim. Michi vindictam et ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illum. Si sitit: potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Grad. Letatus sum in hijs que dicta sunt michi in domum domini ibimus. V. Fiat pax in virtute tua et abundantia in turribus tuis. Alleluia. V. Letatus sum in hijs que dicta sunt michi in domum domini ibimus.

Secundum Mattheum. xviij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere oblatus est ei vnus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet vnde redderet: iussit eum dominus suus venundari et vxorem eius et filios. et omnia que habebat et reddi. Procidens autem ille: rogabat eum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius: dimisit eum et debitum dimisit ei. Egressus est autem seruus ille: et inuenit vnum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios Et tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes Et procidens conseruus ille rogabat illum dicens. Patientiam habe in me: et omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abijt et misit eum in carcerem donec redderet vniuersum debitum. Videntes autem conserui eius que fiebant: contristati sunt valde. Et venerunt et narrauerunt domino suo omnia que facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus: et ait illi. Serue nequam: omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conserui tui sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic et pater meus celestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisque fratri suo. de cordibus vestris. Offer. Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltauit me non moriar sed viuam et narrabo opera domini. Secreta.

Deus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere vt pac

ua pietate cōcessa christianorū fines ab omni hoste faciat esse securos per

Hierusalē que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsū illuc enim ascēderūt tribꝰ tribꝰ dñi ad cōfitendū nomini tuo dñe. ℣. Deus auctor pacis et amator quē nosse viuere cui seruire regnare est protege ab omnibꝰ impugnationibus supplices tuos vt qui in defensione tua confidimus nullius hostilitatis arma timeamus. Per dominum

In die presentationis beate marie virginis que celebratur annuatim vicesima [illegible] mensis no[ue]mbris in capella beate marie de miraculis ad missam Introitus

Gaudeamus oēs in dño diem festū celebrātes sub honore marie virginis de cuiꝰ presentatione gaudēt angeli ꝛ col laudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri et filio. Oratio.

Deus qui vnigeniti tui mox futuram matrem vt virginē mariam in templū triennē hodierna die presentari voluisti. ꝛ ab ipsa eundē tuū natū simeoni presētasti. largire supplicibꝰ tuis. vt qui presētationē eiusdē matris tue veneramur in terris tibi mereamur ipsa patrocinante presētari. Per.

Lectio libri Sapientie. xxiiij.

Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: ꝛ flores mei fructus honoris ꝛ honestatis Ego mater pulchre dilectionis et timoris: ꝛ agnitiōis ꝛ scte spei. In me gratia oīs vie ꝛ veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: ꝛ a gñationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: ꝛ hereditas mea super mel et fauū. Memoria mea in generatione seculorū. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibūt me adhuc sitiēt. Qui audit me nō confūdetur: ꝛ qui operāt in me nō peccabunt. Qui elucidāt me: vitā eternā habebūt. ℟. Benedicta et venerabilis es virgo maria que sine tactu pudoris inuenta es mater saluatoris. ℣. Virgo dei genitrix quem totus nō capit orbis in tua se clausit viscera factus homo. Alleluia. ℣.

Virgo que nōdum edita matris aluo repletur gratia et in templo dei reposita illustratur summa peritia. Prosa.

Altissima prouidente cuncta recte disponente dei sapientia. Vno nexu cōiugatis ioachim et anna gratis iuga sunt sterilia. Ex cordis affectu toto dño fideli voto se strinxerunt pariter. Mox si prolem illis dare dignetur hanc dedicare in templo perenniter Angelus apparuit lucidus qui docuit exaudita vota. Regis sūmi grā vt detur eis filia gratiosa tota. In vtero cōsecrata miro modo generata gignit mirabilꝰ. Altissimi patris natū virgo manēs qui reatū mūdi tollit gratus Benedicta virgo nata templo trima presentata it terquinis gradibus. Erecta velox ascendit et vterqꝫ parens tendit ornādo se vestibus. Noua fulsit gloria tēplū dum eximia virgo presentatur.

E ducta diuinitus visitata celitus ab angelis letatur. Dum vt nubat iubet multis princeps puellis adultis primo virgo renuit. Ipsam namque deuouere parentes ipsa manere virgo voto statuit. Consultus deus responsum dat vt virgo sumat sponsum quem prodit flos editus. Ostensus ioseph puellam ad parentum ducit cellam nuptijs sollicitus. Tunc gabriel ad virginem ferens conceptus ordinem delegatur. Erudita stat tacita verba que sint insolita meditatur. Et cum ille tradidit modum virgo credidit fitque sacro flamine. Mox verbum concipitur et quod nusque clauditur conditur in virgine. Ecce virgo singularis quanta laude sublimaris quanta fulges gloria. Nos ergo sic tue aris vt fructu quo gloriaris fruamur in patria Amen. Euang. Liber generationis. que sit in conceptione. Credo dicitur per octa. et in octa. Offer. Felix namque es sacra virgo maria et omni laude dignissima quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster. Secreta. Pater eterne infinite misericordie vnigenitum tuum in presentatione beate semper virginis marie tibi offerendo presentamus suppliciter exorantes vt per hanc oblationem et celi agminibus tibi presentari mereamur. Per eund. Prefa. Et te in presentatione beate marie. Com. Corde et aio xpo canamus gloriam in hac sacra solennitate precelse genitricis dei marie. Postcom. Sacramenta que sumpsimus domine beate marie semper virginis intercessione nos saluent: quo deuotione sui purissimi cordis acceptabile tibi sacrificium iugiter imolauit. P.

In visitatione beate marie ad helizabeth. Ad missam Introitus.



Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore marie virginis de cuius visitatione gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum; dico ego opera mea regi. Gloria. Oratio. Omnipotens sempiterne deus qui ex abundantia charitatis beatam mariam virginem filio tuo fecundatam ad salutationem beate helizabeth inspirasti: presta quesumus vt per eius visitationem donis celestibus repleamur et ab omnibus aduersitatibus eruamur. Per eund. Lectio libri Sapientie. ij.

In illo tempore respiciens Iesus in discipulos suos dixit pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sit vnū sicut et nos cum essem cū eis ego seruabam eos in nomine tuo quos dedisti mihi et nemo ex eis periit nisi filius perditionis vt scriptura impleatur nunc autem ad te venio et hec loquor in mundo vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis ego dedi eis sermonem tuum et mundus eos odio habuit quia non sunt de mundo non rogo vt tollas eos de mundo sed vt serues eos a malo Of Populum humilem saluum facies domine et oculos superborū humiliabis quoniam quis deus preter te dñe secreta

Concede nobis misericors deus et vt digne famulemur altaribus fac nos eorum perpetua participatione tueri. Per do. Coio Tu dñe seruabis nos et custodies nos a generatione hac in æternū Postc

Fideles tui deus perpetuis donis firmentur vt eadem et percipiendo requirant et querendo sine fine percipiant. Per do.

Benedictio [illegible]

Adiutorium nostrum [illegible]

Benedic domine creaturam istum panis sicut benedixisti quinque panes in deserto vt omnes gustantes ex eo recipiant tum anime quam corporis sanitatem. qui viuis et regnas deus in vnitate.

Benedic[illegible] super v[illegible]

Potum seruorum suorum benedicat rex angelorum in nomine patris et filii et spiritus sancti Amen

[illegible] sebasti[illegible] no[illegible]

Egregie martir sebastiane princeps et propagator sanctissimorum preceptorum ecce nomen tuum in libro vite celestis a spiritum ascriptum est et memoriale tuum non derelinquetur in sæcula P Ora pro nobis beate martir sebastiane vt digni efficiamur promissionibus christi. gloria patri et filio [illegible]

Omnipotens sempiterne deus qui meritis sebastiani martyris tui

quandam generalem pestem epidimie hominum mortiferam reuocasti prestasuppli-cibus tuis vt qui pro consimiti peste reuocanda ad ipsum sub confidentia tua confugiunt. ipsius meritis et precibus ab ipsa et omni tribulatione liberentur. Per

Epistola. Beatus vir qui inuentus est sine ℟ O sebastiane christi athleta gloriose qui pro christo reliquisti terrene militie principatum et suscepisti magnum supplicium. intercede pro nobis ad dominum ℣ O sebastiane christi martyr egregie cuius meritis tota lombardia fuit liberata a mortifera peste libera nos ab ipsa et maligno hoste Alla ℣ O sancte sebastiane imploramus tibi mane tuum clemens auxilium vt possimus obtinere per te pestis mortifere apud Iesum remedium alleluia. Prosa.

Cessa morbus cessapestis altari edificato. Sancte martyr christi testis pro nobis deumorato Vt cesset epidimia qua flagellatur patria Et cum misericordia currat dei sententia Finitaque miseria huius labentis saculi Te cum simus in gloria Dicamus amen singuli Euang. Si quis vult post me venire.

Offer. Martyr egregie decus militie athleta fidei ora natum dei vt auertat a nobis indignationem suam martyr suffragia effundepia. Vt epidimia non sit noxia. In hac patria aut in alia. Que subsidia poscit tua. Nunc precepia dentur premia. miles eya nobis alleluia. Secreta.

Subueniat nobis domine tua misericordia intercedente beato sebastiano martyre tuo vt ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis te mereamur protegente saluari et suis precibus ab omni tribulatione liberari Per do. Coio Beatus es et bne tibi erit egregie martyr sebastiane q; cum sanctis gaudebis et cum angelis exultabis in æternum. Post

Ad quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis et interuentu beati sebastiani martyris tui vt bonis operibus inherendo tue semper tue semper virtutis et suorum meritorum mereamur protectione defendi Per dominum Iesum christum filium.



de s... Anthonio Off... ...

Scitote quoniam mirificauit dominus sanctū suum dominus exaudiuit eum stola gloriæ induit eum ℟ Et factus est in pace locus eius in sion Oratio

Deus qui concedis obtentu beati anthonii confessoris tui morbidum ignem extingui et membris egris refrigeria prestari concedis fac nos propitius ipsius precibꝰ et meritis a gehenne incendiis liberatos integros mēte et corpore tibi feliciter in gloria presentari. Per Epistola Ecce confessor magnus qui in fide sua probatus est ℟ Thronus eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta in æternum et testis in cælo fidelis ℣ Ponam in mari manuum eius et in fluminibus dexteram eius Allā ℣ Felix corpus et felix anima felix virtus sancti anthonii cuius ... nomen collaudant omnia et verentur gentes et populi flammas ignis sed et incendia mox suffocat victor demonii tua prece laude et gloria nos copula sanctorum cetui alleluia Prosa

Anthonius humilis sanctitate nobilis afflictorum gloria Cum sanctorum cetibus fulget in celestibus Cari sui merito more christus solito consolatur omnia Data sibi gratia per seculi spacia facta est prenuncia Ferens emulantibus igne pœnitentibus expectata gaudia Felix eius anima linquens orbis infima carne iam deposita christum est intuita Nota sunt per secula ipsius miracula mortis soluit vincula plenus dei gratia Nil terrenū ābiebat quia vere diligebat Iesum super omnia Hunc precator deprecemur vt per illum condonetur quod mens timet conscia Laus et honor illi datur satis esse commendatur operū per merita Demonia vincit iste et illi fecisti christe semper esse subdita Veneretur hic patronus quem cælestis habet thronus qui dando beneficia mundum replet letitia Hic di-

uinum dans odorem peste pellit et langorem vetut rose vel lilia. redolet in ecclesia O anthoni dei verna mundi iubar et lucerna apud christum grege istum clementer consilia Vt fons summe pietatis nos mundatos a peccatis adsuperne claritatis perducat consilia. Amen. Euange. Dixit symon petrus ad Iesum ecce nos relinquimus omnia. Offer. Inclito anthonio spiritus sanctus dixit qm viriliter dimicasti ecce ego tecum sum et faciam te in toto orbe notari. Secreta.

Sacrificium nostrorum quesumus domine benignus intende quo sicut beati anthonii precibus cruciatus temporales sanare non desinis ita erui misericorditer imp etremus ab æternis. Per domi. Coio Orabat dei famulus inter multiphari as demonum tentationes dicens nullus me separabit a charitate christi. Postco Prosit nobis dne ad salutem sacri muneris oblatio per quam beati anthonii fulti suffragio ipsius omnia tela nequissimi ignea extinguintes sanctorum mereamur adiungi consortio. Per.

Prosa pro defunctis

De profundis exclamantes audi christe nostras voces in celesti curia Pro defunctis fidelibus orat mater nunc omnibus te supplex ecclesia Fiant ergo intendentes vt audiant tue aures vocis hec suffragia Vox hec orat rex glorie fidelibus vt hodie concedas remedia Pecca tores nos cum simus sustinere nec possimus si obserues vicia Fiat tamen salutaris q offertur nunc a nobis pro defunctis hostia Hec quam patri obtulisti offerrimus et nos ipsi sit tibi propitia Propitius esto eis solue vincla Iesu reis in tua potentia Propter legem quam dedisti te sustinent quos fecisti auerte supplicia Te sustinent eruantur in te sperant deducuntur ad celi palatia In te crednt in te sperant ad te tendunt et suspirant defecis miseria In te die in te nocte in te mane et vespere sis eis fiducia Sit apud te quem rogamus pro qua tibi supplicamus pietatis copia Vt redimas eos christe supplex

rogat chorus iste ab omni nequitia Reginarum imperatrix tua roget te genitrix fiat horum supplicatrix que rogamus maria Bone Iesu rex glorie omnes sancti precipue te rogantes sint hodie pro eorum venia Qui per crucem exaltatus peccatorum es misertus audi preces qui deuotus ad te clamat noster cetus cum misericordia Per te vincla confringuntur dire mortis destruantur diaboli confundantur et anime consequantur sempiterna gaudia Amen

Alia prosa pro defunctis

Dies ire dies illa resoluentur in fauilla teste dauid cum sybilla Quantus tremor est futurus quando iudex est venturus cuncta stricte discussurus Tuba mirum sparget sonum per sepulchra regionum coget omnes ante thronum Mors stupebit et natura cum resurget creatura iudicanti responsura Liber scriptus proferetur in quo totum continetur vnde mundus iudicetur Iudex ergo cum sedebit quidquid latet apparebit nil inultum remanebit Quid sum miser tunc dicturus quem patronum rogaturus dum vix iustus sit securus Rex tremende maiestatis qui saluando saluas gratis salua me fons pietatis Recordare iesu pie quod sum causa tue vie ne me perdas illa die Querens me sedisti lassus redemisti crucem passus tantus labor non sit cassus Iuste iudex vltionis da veniam sceleratis ante diem rationis Ingemisco tanquam reus culpa rubet vultus meus supplicanti parce deus Qui mariam absoluisti et latronem exaudisti mihi quoque spem dedisti Preces mee non sunt digne sed tu bone fac benigne ne perenni cremer igne Inter oues locum presta et ab hedis me sequestra statuens in parte dextra Confutatis maledictis flammis acribus additis voca me cum benedictis Oro supplex et acclinis cor contritum

quasi cinis gere curam mei finis Lachrimosa dies illa qua resurget ex fauilla Iudicandus homo reus huic ergo parce deus Pie Iesu domine dona eis requiem

Commendationes defunctorum

Subuenite sancti dei occurrite angeli domini suscipientes animam eius [illegible] Offerentes eam [illegible] in conspectu altissimi ℣ Chorus angelorum eam eas suscipiat et in sinu abrahe eam eas collocet. Offerentes

Oremus

Tibi domine commendamus animam famuli tui famule tue [illegible] ut de defunctus [illegible] seculo tibi viuat [illegible] et que per fragilitatem mundane conuersationis pcta comisit [illegible] tu venia misericordissime pietatis absterge. Per christ. orem

Misericordiā tuā dne sancte pater omnipotēs eterne deus pietatis affectu rogare pro aliis cogimur qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficimus tamen de tua pietate confisi gratuita pietate et inolita bonitate clementiam tuam deposcimus vt animā famuli tui et famule tue et animas omnium fidelium defunctorum ad te reuertentes cum pietate suscipias adsit eis angelus testamenti michael et per manus sanctorum angelorum tuorum inter sanctos et electos tuos in sinu abrahe ysaac et iacob patriarcharum tuorum eas collocare digneris quatinus liberati de principibus tenebrarum et de locis penarum nullis iam prime natiuitatis vel ignorantie aut proprie iniquitatis seu fragilitatis confundantur erroribus sed potius agnoscantur a tuis et beatitudinis requie perfruantur atque cum magni iudicii dies aduenerit

inter sanctos et electos tuos resusci-
tati gloria manifeste cōteplationis
perpetuo satietur. Per eū a Suscipi
atte vos christus qui vocauit te vos
et in sinu abrahe angeli deducāt
te vos P in exitu in. ine I requi
em æter. oremus Omnipotens
sempiterne deus qui huma-
no corpori animam ad si-
militudinem tuam inspira-
re dignatus es dum te iu-
bente puluis in puluerem
reuertitur tu ymaginem
tuam cum sanctis et electis
tuis eternis sedbus precipias
sociari eamque ad te reuer-
tentem de egypti partibus
blande leniterque suscipi-
as et angelos tuos sanctos
ei obuiam mittas viamque
illi iustitie demonstra
et portas glorie tue aperi
repelle quesumus domine
ab ea omnes principes
tenebrarum et agnosce
depositum fidele quod
tuum est suscipe domine
creaturam tuam non
ex diis alienis crea
tam sed a te deo solo
viuo et vero quia non
est alius deus preter te
te domine et non est se-
cundum opera tua letifi-
ca clementissime deus ani-
mam famuli tui famule
tue et animas omnium
fidelium defunctorum
et glorifices in multitudine
misericordie tue ne memi-
neris quesumus iniquitatum

eorum antiquarum et ebrie-
tatū quas suscitauit furor mali
desiderii licet enim peccauerit
tū nō te negauerūt sed signo
fidei insigniti te qui oia et
eos inter omnia fecisti fide-
liter adorauerunt. Qui vi
uis et regnas a Chorus
angelorum te vos suscipiat
et in sinu abrahe te ...
~~suscipiat~~ collocet et
cum lazaro quondam paupere
eternam habeas ... re-
quiē P dilexi quoniam exaudiet
ad dnm cū tribu... I requiem
oremus Diri vulneris
nouitate perculsi et quo
dam modo cordibus
sauciati misericordiam
tuam mundi redemptor
flebilibus vocibus im-
ploramus ut cari nostri
... et omnium
fidelium defunctorum
animas ad tuam clemen-
tiam qui fons pietatis
es reuertentes blande
leniterque suscipias et
quas ille ex carnali
commemoratione con-
traxerunt maculas
tu deus inolita bonitate
clementer de

leas. pie indulgeas. obliuioni imperpetuũ tradas atqꝫ has laudes tibi cum ceteris reddituras. et ad corpora propria quãdoqꝫ reuersuras sanctorum tuorum cetibus aggregari precipias. Qui cũ deo patre ⁊ spiritu sancto viuis et regnas deꝰ. Pater noster. Et ne nos Sed libera. Requiem eternã do. Et lux perpetua luceat eis Anime eorum in bonis demorentur. Et semen eorũ hereditet terram. Nõ intres in iudicium cum seruis tuis domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo oĩs viuens. A porta inferi. Erue domine aĩas eorũ Domine exaudi orationẽ. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum. Oremus.

PArtẽ beate resurrectionis obtineat obtineant aĩa famuli tui famule tue et anime omniũ fideliũ defunctorum: vitamqꝫ eternã habere mereantur in celis. Per te iesu christe saluator mũdi qui cũ patre ⁊ spiritu sancto viuis et regnas deus. Per oĩa. Oremus

DEus cui soli cõpetit medicinã prestare post mortẽ presta q̃s. vt aĩa famuli tui famule tue ⁊ anime omnium fideliũ defũctorum terrenis exute cõtagijs in tue redemptiõis partẽ numerẽtur Qui viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Missa de sãcto Huberto. Offm.



Audeamus omnes in domino diem festũ celebrantes sub honore huberti presulis de cuius solennitate gaudent angeli ⁊ collaudant filium dei. Vsus Domine in virtute tua letabitur rex. R. Et super salutare tuum exultabit vehemẽter. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus qui nos sub patrocinio beatissimi põtificis tui atqꝫ patroni nostri huberti in hoc sacratissimum ouile congregasti: concede q̃sumus. vt cum codẽ pastore nostro ad celestis vite gaudia peruenire mereamur. Per dñm nostrum.

¶ Lectio libri Sapientie.

ECce sacerdos magnus qui in fide sua probatꝰ est: ⁊ cognitꝰ est in verbis suis fidelis. Et quasi stella matutina ĩ medio nebule: et quasi luna plena in diebꝰ suis lucet: et quasi sol refulgẽs sãctus effulsit in templo dñi. Quasi thus effulgens inter nebulas glorie: et quasi flos rosarũ in diebus vernis. Quasi lilia que sũt in trãsitu aque: ⁊ quasi thus redolẽs in diebus estatis. Quasi ignis effulgens et thus ardens: in odorẽ suauitatis. R. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Vsus. Vitam petijt ⁊ tribuisti ei longitudinem dierũ in seculũ seculi. Alleluya. Vsus. Egregie presul huberte rabie toxicatis et demoniacis remedium ora pro nobis ad dñm. Prosa.

VOx in celo resultet ⁊ dulci melo alleluya. Est hubertus cum christo triumphans certꝰ de gloria. Comes aquitanie et mũdane militie sub habena. Petite petit lumina vite purgat vite pena. Per supremum nuncium: proijcit hic gladiũ ⁊ i ara. Offert

satrifitium pastor factus ouium: res est clara. Imperat demonibus mulieribus in omnibus datur cura. Viuens in celestibus adesse posfentibus: fide pura. Voricatis rabie/homini vel bestie medek quotidie res est vera. Si non verbis creditur/ad sepulchrū cernitur quod in libro scribit sine cera. Pa stor bone serua nos hostes enerua ne nos teneatbis ptcrua. Sis nobis peruia celorum regia. in splendoribus alta. Scdm Lucam. xij.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Sint lumbi vestri precincti: & lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectātibus dñm suum quādo reuertatur a nuptiis: vt cū venerit et pulsauerit/cōfestim aperiāt ei. Beati sūt serui illi: quos cū venerit dominus/inuenerit vigilantes. Amē dico vobis: q precinget se & faciet illos discumbere: & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia: et si in tertia vigilia venerit & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc autem scitote qm̄ si sciret paterfamiliasqua hora fur veniret vigilaret vtiq̄/et nō sineret perfodi domū suā. Et vos estote parati: quia qua hora nō putatis: filius hominis veniet. Offer.

Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petiit a te & tribui sti ei alleluya. Secreta.

Sit nobis q̄s domine nostre deuotionis oblatio acceptabilis vt beato huberto pōtifice tuo atq̄ patrono nostro intercedēte et tue placeat maiestati & nostre proficiat infirmitati. Per dñm.

Cōio. Beatus seruus quē cum venerit dñs inuenerit vigilantem: amē dico vobis super oīa bona sua cōstituet eū. Postcō.

Misteriis refecti diuinis domine deus supplices deprecamur: vt beati huberti pōtificis tui/atq̄ patroni nostri intercessione protegamur pro cuius botiua veneratione hec tue obtulimus maiestati. Per dominum nostrum.

Missa de sancto pallatio episcopo Antissiod. Ad missā. Introitus.



Statuit ei dominus testamētum pacis & principem fecit eū vt sit illi sacerdocij dignitas ineternū. Ps. Misericordias domini: ineternum cantabo. Oratio.

Beatus pallatius confessor tuus atq̄ pontifex sua nos domine cōmemoratione letificet: et pro nobis tibi supplicans copiosus audiatur. Per dominum no. Lectio libri Sapiētie. Eccli. xliiij.

Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo & inuentus est iustus. Et in tempore iracundie/factus est reconciliatio Non est inuētus similis illi qui cōseruaret legem excelsi. Ideo iurerurādo: fecit illum dñs crescere in plebem suam. Benedictionē omnium gentium dedit illi: & testamentum suum cōfirmauit super caput eius. Cognouit eū in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam et inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regū: & dedit illi coronā glorie. Statuit illi testamentū sempiternū: & dedit illi sacerdotiū ma

gnū & beatificauit illū in gl'ia. Fū gi sacerdotio: & habere laudem in noīe ipsius. Et offerre illi incensū dignum: in odorem suauitatis. ℟ Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. ℣ Uitam petijt et tribuisti ei longitudinē dierum in seculum seculi. Alla. ℣ O pauacī gēma presulū tota mente ora dominū vt tuis sanctis precibus celi ditemur sedibus. Prosa.

Hic sanctus cuius hodie celebrantur solennia. Iam reuelata facie regem cernit in gloria. Ille regina virginum: transcendens culmen ordinum. Exeu set apud dominum: nostrorum lapsus criminum. Nos ad sanctorum gloriā: per ipsius suffragia Post presentem miseriam: christi perducat gratia. Amen.

¶ Secundum Mattheum. xxiiij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Uigilate: q: nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote: qm̄ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq: & nō sineret perfodi domū suam. Ideo & et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens: quem cōstituit dominus supra familiam suam: vt det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus: quem cum venerit dominus eius: inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam super omnia bona sua constituet eum. Offertoriū. Ueritas mea & misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Omnipotens sempiterne de9 munera tue maiestati oblata per intercessionē beati pauaci confessoris tui atq pontificis: ad perpetuam fac nobis proficere salutem. Per dominum nostrum iesum christum filiū. Communio. Beatus seruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantē: amen dico vobis super oia bona sua cōstituet eū. Postcō.

Uia sancta sumentes quesumus domine de9 noster: vt beati pauaci confessoris tui atq pontificis nos foueāt continua ta presidia. Per dominum nostrū iesum christum filium tuum.

¶ Missa domini bonifacij pape de nomine iesu in qua dedit cunctis eam deuote dicentibus et audientibus vere penitētibus tria milia annorū vere indulgētie.

Ad missam. Introitus.



In nomine domini iesu christi omne genu flectatur celestium terrestriū et infernorum et omnis lingua confiteatur quia domin9 noster iesus christus in gloria est dei patris. Ps. Laudate dominum quoniam bonus dominus: psal lite nomini eius quoniā suauis est. Gloria patri et filio. et spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc et semper. Oratio

Deus qui gloriosum nomen iesu christi vnigeniti filij tui feristi fidelibus tuis sūme suauitatis affectu amabile: et malignis spiritibus tremendum atq terribile concede propitius: vt omnes qui hoc nomen iesu venerantur in terris: sancte consolationis

dulcedinem in presenti percipiant et in futuro gaudiū exultationis non amittant. Per eundem dominum nostrum iesum christum.

¶ Lectio actuū apostolorum. iiij.

IN diebus illis. Petrus quidem repletus spiritu sācto dixit. Principes populi et seniores audite. Si nos hodie diiudicamur in bñficio hominis infirmi in quo iste saluus factus est: notū sit omnib⁹ vobis et omni plebi israel: qr in nomine domini nostri iesu christi nazareni quem vos crucifixistis quem deus suscitauit a mortuis: in hoc iste astat coram vobis san⁹. Hic est enim lapis qui reprobatus est a vobis edificantib⁹ qui factus est in caput anguli et non est in aliquo alio salus. Nec enim est aliud nomen sub celo datū hominibus in quo nos oporteat: saluos fieri. ℟. Christus factus est pro nobis obediens vsq₃ ad mortem: mortem autem crucis propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omne nomen. ℣. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Alleluya. ℣. Dulce nomen iesu melos auri mel in esu cor vertit in iubilum et mundi fugat sibilum.

Prosa.

DUlcis iesus nazarenus iudeorū rex amen⁹ pius pulcher floridus. Pro salute sue gentis subit mortem cū tormētis: factus pallens liuidus. Dulce nomen et cognomen hoc transcendens est prenomen: omnib⁹ nominibus. Sanat lesos mulcet reos fouet cunctos munit eos: seruat ab insultibus. Huius regis sub vexillo statu degis in tranquillo: hostes tui fugiunt. Nomē cuius meditatum belli fugat apparatū hostes victi fugiunt. Hoc est nomen recolendum atq₃ semper sic tremendum: malignis spiritibus. Nomen quidem salutare et solamen singulare quod succurrit tristibus. Hoc nos decet honorare archa cordis inserare cogitare et amare: amore sed heroyco Ignatius hoc docuit hoc passus insonuit: cor eius scissum patuit inscriptū iesu celico. Et quid maiora cupimus q̄₃ q₃ iesus sit intimus qui est peramātissimus: et querit nos amare. Amat feruentissīe amat constantissime: et suos vult iuuare. Nomē suum fecit tale vt sit cūctis cordiale: capitale: principale dilectum ex intimis. Habent hoc nature iura vt amātem tota cura reamemus placitura prestātes ex animis Iesu nomen omne bonū tenet dulcem facit sonum: promeretur regni thronum auditum letificat In hoc lucet splēdor patris in hoc patet decor matris: in hoc fulget honor fratris hoc fratres magnificat. Caput iesu cor mēs manus pes et corpus vigor sanus sapor dulcis odor bonus parātur hominib⁹. Hic reparat pia cura sua morte et lesura: mēbra passa nimis dura purgatis criminibus Ergo si quis velit scire quare nomen iesu mire: facit bonos concupire: sui inherētiā. Iesus pulcher in decore sūme bon⁹ i valore mitis lenis cū dulcore pn⁹ ad clemētiā. Iesus rex est gloriosus iesus for

ma speciosus: iesus ligua gratiosus & mirād⁹ opere. Iesus fortis animosus iesus pugil vigorosus: iesus donis copiosus et gaudet tribuere. Iesus pie viscerosus iesus ductor luminosus: iesus est deliciosus et sapit dulcissime. Iesus forma gratiosus iesus mire fructuosus: iesus totus virtuosus fovet suos optime. Summus potens in vigore summus celsus in honore summus gratus in amore: admirandus in valore omnem laudem obtinet. In sciendo cūcta sapit: audiēdo cuncta capit: diligendo corda rapit et illata retinet. Eya nomen nobis gratum dulcis iesus appellatum: sic in cordes sis firmatum ut non possis erui. Hoc reatum peccatorum tollat prestet iubilorum odas sede beatorum donet nobis perfrui. Amen

Secundum Mattheum. Primo.

In illo tempore. Apparuit angelus domini in somnis ioseph dicens. Joseph fili david. Noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod enim in ea est de spiritu sancto est. Pariet autē filium: et vocabis nomen eius iesum. Ipse enim salvum faciet populum suū a peccatis eorū. Offr.

In nomie iesu demonia eijciēt: linguis loquentur novis serpētes tollent: et si mortiferum quid biberint non eis nocebit: super egros manus imponent et bene habebunt.

Secreta.

In veneratione nominis dilectissimi filij tui domini nostri iesu christi tibi deus pater misericordiarum devotis mētibus hostias immolam⁹ suppliciter depre

cantes: ut earum virtute cunctis egentibus prestetur auxilium: & in eodem nomine delectantes salutarem sui propositi consequantur effectum. Per eundem. Communio

Vincenti dabo manna absconditum: et dabo illi calculum candidum et in calculo nomen novum scriptum quod nemo novit nisi qui accipit.

Postcōio.

Sacrosācta mysteria que sūpsimus domine in honorem nominis complacētissimi filij tui domini nostri iesu christi devotis precordijs recolentes quesumus: ut incrementa spiritualis exultationis accumulent: et affectum nostrum ad hoc salutiferum nomen nobis iugiter imprimendum accēdant: et ad iubilandum iesu salvatori nostro totius mentis attentione promoveant. Qui tecum vivit et regnat in unitate.

¶ Missa sancti rochi confessoris. Ad missam. Introitus.



Congratulamini oēs in domino diem beati rochi commemorantes: in cuius commemoratione letatur ecclesia/plebs exultat: et angeli dulcia dant melodia dicentes gloria tibi domine qui talem virum confessorem elegisti. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc et semper. Oratio.

Deus qui es glorios⁹ in gloria sanctorum: cunctis ad eorū patrocinia confugientib⁹ sue petitionis salutarē prestas effectū cōcede plebi tue ut intercedēte btō

Antis.

rocho confessore tuo que in eius celebritate se deuotam exhibet: a languore epidimie quam in suo corpore pro tui nominis gloria passus est sit libera: et tuo nomini semper sit deuota. Per dominum nostrum.

Ad Timotheum. secunde. ij. + iij.

Charissime. Memor esto dominum iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid: secundum euangelium meum: in quo laboro vsque ad vincula. quasi male operans / sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt et ipsi salutē cōsequātur: que est in christo iesu cum gloria celesti. Tu autem assecutus es meam doctrinam / institutionem / propositum / fidem / longanimitatem / dilectionem / patientiam / persecutiones / passiones: qualia michi facta sunt antiochie / yconio / lystris: quales persecutiones sustinui / et ex omnibus eripuit me domin⁹. Et omnes qui volūt pie viuere in xp̄o iesu persecutionē patiēt. R. Qui ibi pio sācto rocho honor sit et glia te deprecātes apud celeste numē: tuis precibus a morbo epidimie sal uos redde. V. Fac q̄s beate confessor christi: vt apud deum preces nostre non sint vane: et nobis aeris temperiem concede: vt in fine tecum in celis cōgratulemur. Alleluya V. O beate confessor roche o q̄ magna apud deum sunt merita tua: quibus credimus nos a morbo epidimie posse liberari et aeris temperiem concedi. Prosa.

Superne matris gaudia representet ecclesia. Dum fe sta colit annua: suspiret ad perpetua. In hac valle miserie: mater succurrat filie. Hic celestes excubie: nobiscum stent in acie. Mundus caro demonia: diuersa mouēt prelia. Incursu tot fantasmatū turbatur cordis sabbatum. Dies festos cognatio: simul hec habet odio. Certantque pari federe: pacem de terra tollere. Confusa sunt hic omnia: spes / metus / meror / gaudium. Uix hora vel dimidia / fit in celo silentium. Quā felix illa ciuitas: in qua iugis solemnitas. Et q̄ iocūda curia: que curę pror sus nescia. Nec languor hic nec seniū. nec fraus nec terror hostium: sed vna vox letantiū / et vn⁹ ardor cordium. Illic ciues angelici / sub hierarchia triplici: trine gaudent et simplici / se monarchie subijci. Mirantur et deficiunt: in illum quem prospiciunt. Fruuntur nec fastidiūt: quo frui magis sitiunt. Illic patres dispositi / pro dignitate meriti semota iam caligine lumēvidēt in lumine

Hic sanctus cuius hodie celebrātur solennia. Iam reuelata facie regem cernit in gloria.

Illic regina virginum: transcendens culmen ordinum.

Excuset apud dn̄m: nostrorū lapsus criminum. Nos ad sanctorum gloriā: per ipsius suffragia Post presentem miseriam: christi perducat gratia. Amen.

Uacante Alleluya. Tractus.

Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. V. Gloria et diuitie in domo eius: et iusticia eius manet in seculum seculi.

Secundum Mattheum. xxiiij.

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Vigilate: qꝛ nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote qꝛ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiqꝫ: ꝛ nō sineret perfodi domū suam. Ideoqꝫ et vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis seruus et prudens: quem cōstituit dominus supra familiam suam: vt det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus: quem cum venerit dominus eius: inuenerit sic facientem. Amen dico vobis: quoniam super omnia bona sua: constituet eum. **Offertorium.** Rochum christi confessorem exoratū facimus et preces ad te patrē nostrū dirigimus: vt tua intercessione a languoribus epidimie ac peste saluemur et aeris tēperie potiamur. **Secreta**

Parce nobis domine: et flagella ire tue que peccata nostra merentur precibus et meritis beatissimi confessoris tui rochi a nobis misericorditer auerte. Per dominum nostrum. **Communio.**

O quā magnificum est nomen tuum beate roche qui tuis intercessionibus multitudinem languentium nosti sanare: ꝛ nomē tuum gloriosum commemorantibus omnibus te propitiū exhibere veni ꝛ salua nos a morbo ac epidimie peste et aeris temperiem concede. **Postcommunio.**

Presta quesumus oīpotēs deus: vt qui celestia sacramēta percepimus intercedēte beato rocho confessore tuo / per hec cōtra omnia aduersa mūdi muniamur ac ab oī morbo et peste ac a subitanea morte liberemur. Per.

Modus quem debet habere sacerdos ante consecrationem

Sacerdos celebraturus prius apud se penset que sit celebrandi intentio: vt non propter vanam gloriam: lucrum: consuetudinem aut verecundiam celebret. Sed intēdat precipue latriam domini colere: mortem christi seu passionem recolere: ecclesiam totam eiusqꝫ membra precipue quibus magis obligatus est: et que plus indigent iuuari intendat. deniqꝫ virtute eius sacramenti et sacrificij se consecuturum peccatorum remissionem augmentum dilectionis: sueqꝫ tandem assecutionē eterne saluationis seu beatificationis. Ipse vero vt predictum est finem seu fines consequatur apud se. cōsiderare debet huius mysterij veritatem. videlicet quid et quis recipit. **Quid** considerando rei dignitatem: magnificentiam: immensam maiestatem atqꝫ ineffabilem clementiā. Quoniā hic sumitur verus deus: sanctus sanctorum rex regum et dominus dominantium qui sua bonitate cūcta creauit: et vt nostre redēptionis preciū deo patri offerret. inestimabili pietate homo factus mortem crucis pertulit: seqꝫ sumendum hoc sacramento et in eius passionis memoriam: ꝛ hereditatis eterne pignus nobis instituit. **Deniqꝫ** consideret quis sit ipse qui sumere debet quia creatura humana ꝛ rationalis spiritualiū oīm quanto infirmior tā to indignior. Sic igitur consideratio nostre paruitatis ad timorem et reuerentiam respectu tante ma

iestatis animum inclinabit. Nā si ipsius clementiam bonitatem et sanctitatem attēdamus: quo maior ēst dignatio sua ꝙ indignitas nostra: eo ipso respectu tante bonitatis in amorem et deuotionem simul accendemur. vt et ibi simul sic cū fiducia timor non seruilis: sed cum humilitate amor filialis. Sicqꝫ in spē misericordie cōsequende erigemur: vt ab ipso auxilium secure postulemus qui dixit petite et accipietis querite et inuenietis. Quod maxime in hac oblacione nobis assequi credendum est in qua sacerdos pro se et alijs veniam et gratiam desursum postulat. Sed quoniam orantis non est satis diuinū affectare subsidium nisi proprium prius recognoscat delictum. ideo missam que est orationum precipua debet precedere de omissis ⁊ commissis generalis confessio. contritio atqꝫ saltem in proposito satisfactio.

¶ Unde nouerit sacerdos ꝙ si cum conscientia certā vel probabili peccati mortalis missam celebret. triplex ad minus mortale peccatum incurrit.

Primum quia indignus presumit accedere. Secūdum quia indign⁹ presumit sacra tractare: sacramqꝫ hostiam conficere. Tertium quia corpus christi et sanguinem indigne et ad iudicium sibi non formidat accipere. Quapropter cum se ad missam celebrandam disponit a mundanis et vanis operationibus et cogitationibus quantū potest abstineat: et se totum id est facta sua recolligat et sacerdotem adiens conscientiam suam facta sua manifestando ore proprio accuset. petens primo benedictionem dicens. Benedicite pater. Sacerdos. Dominus sit in corde tuo et in labijs tuis ad confitendum omnia peccata tua. In nomīe patris et filij: et spiritussancti. Amen.

¶ Tunc dicat peccata sua. Quib⁹ manifestatis sacerdȯ. dicat. Misereatur tui oīpotens de⁹ ⁊ dimittat tibi omnia peccata tua ⁊ perducat te ad vitam eternam amen. Indulgentiam et remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens pius et misericors dominus. amen. Meritum passionis domini nostri iesu christi suffragia sancte matris ecclesie bona que fecisti et que per dei gratiā facies sint tibi in remissionem peccatorum. amen. Tunc iniūgat ei penitentiam: deinde absoluat dicens. Dominus noster iesus christus qui est summus pontifex per suā pyssimā misericordiā te absoluat. et ego auctoritate ab eo michi concessa: absoluo te: primo a sententia minoris excommunicationis si indigeas. Deinde absoluo te ab omnib⁹ peccatis tuis. In nomine patris et filij: et spiritussācti. Amen.

¶ Et notandum est quantū ad formam absolutionis ꝙ quedam verborum multiplicationes satis solite dici quantumcūqꝫ ad deuotionem incitent vt volunt doctores tutius dimittuntur ꝙ proferuntur. Hijs itaqꝫ peractis et penitētia iniuncta si sibi vt eam ante missam perficiat iniunctum est completa

cum contritione et proposito de satisfaciendo de his ꝛ his quibus tenetur: dicat orationem. Actiones nostras. ꝛc. vt ante canonem missae ad plenum continetur.

¶ Sequuntur aliqua remedia in quibus prouidendum est casibus que circa celebraturum seu etiam missam vel sacramentum contingere possunt a sacris doctoribus excerpta.

Si post mediam noctē quis comederit aut etiam medici consilio aliqd hauserit licet post ea dormierit non debet illa die celebrare. Qui vō nō dormierit nec comedit aut bibit poterit celebrare.

Si infra missam ante cōsecratione se recolat comedisse vel bibisse vel esse in peccato mortali vel irregularem vel excommunicatū esse quorum nō erat memor ante missam tunc maxime propter excommunicationem ꝛ comestionem nō procedat nisi de scandalo si desisteret timeatur vel vt dicit dominus bonauentura.

Si habet propositum confitendi et contritionem de peccatis poterit perficere.

Si vero post consecrationem recordetur alicuius predictorum habita contritione cum proposito cōfitēdi et satisfaciendi debet procedere. Nō debet tamen sacerdos in missa de statu suo cogitare sed ad sacramētum et ea que sibi peragēda sunt iugiter meditari.

Si ante consecrationem musca vel aranea aut aliud simile reperiatur totum in piscinam effundatur calix abluatur. vinū aliud et aqua ponantur

Si vero hoc post consecrationem reperiatur captum animal abluatur et comburatur. cinis et ablutio ponantur in piscinam propter benenum autem aut aliud abhominabile calix a nullo sumat sed in vase mundo aptoq cū reliquijs reseruetur ꝛ statim vinum ꝛ aqua in calice ponantur et fiat cōsecratio. Simili modo et sacrificiū perficiatur. non sunt consecrate gutte que forte sunt extra calicem: vel infra in circunferentia. nec hostia vel pars eius quas sacerdos non proposuit consecrare.

Si vero dubitet de fragmētis an ab hostia consecrata vel non consecrata processerint cum illud cognouerit: post sumptionem tamē sacramenti ea sumat.

Si propter frigus aut aliquam negligentiam hostia vel pars eius cadat in calicem post consecrationem vtriusq vlterius procedatur nec aliquid propter hoc imutetur

Similiter si hostiam ante tēpus debitum ex incōsideratione diuiserit: procedat vlterius nichil immutando

Si in hostia appareat forma carnis vel alia ꝙ panis. talis hostia non sumatur sed in sacrario reponatur nouaq hostia accipiatur et consecretur.

Si celebrans non recolit se dixisse verba sacramentalia: non debet turbari sed procedere.

Si etiam sibi constet ꝙ omisit aliqua verba que non sunt de forma consecrationis: non resumat illa sed vlterius procedat.

Sed si certus est obmisisse quodcunque verbum de forma consecrationis resumat totam formam. scilicet Hoc est enim vel hic est enim calix.

Si sacerdos celebrans putat ante se habere decem hostias et sunt vndecim. si intendat cõsecrare qd est ante se nichil reseruando ex intẽtione omnes sunt cõsecrate. Cõsulitur ergo vt supra totum quod est ante se non habendo considerationem ad certum numerum intẽtionem ferat.

Si sacerdos ante cõserationem infirmitate deficiat non oportet missa ab alio perfici.

Si vero in ipsa prolatione verborum cõsecrationis panis deficiat sic quod dubitatur an sacramentum confectũ sit: alius sacerdos a principio illius cõsecrationis incipiat et sub conditione hostiã panis quã reperit consecret et missã perficiat.

Si vero in consecratione sanguinis deficiat sic quod dubitetur vt prius vtrum consecrauerit alius sacerdos nouam hostiam panis et vinũ in alio calice accipiat: et hostiam nouam cũ alio vino. Primũ etiã sub cond. me consecret. et totum sumat. et missam compleat.

Si sacerdos post cõsecrationem corporis sanguine nondum consecrato deficiat: alius nouã quã cõsecret hostiam accipiat. et totum sumat et missam more solito perficiat.

Si post cõsecrationẽ vtriusque nullo sacramẽto sũpto defecerit. alius sacerdos vbi dimissũ est incipiat et finiat sacramenta iuncta sumẽdo.

Si de cibo diei precedentis aliqd in ore sacerdotis remanserit: quod deglutierit vel aqua immodica quantitate in os lauando intrauerit: nõ impedit celebrare. caueat tamen ne id contingat.

Si post cõsecrationem corporis cognouerit non esse vinum in calice: si quidem corpus nõ sumpserit. calicem rite preparet: et ab illo loco simili modo incipiat. et missam compleat.

Si vero corpus dominicum sumpserit: hostiam nouam cum calice rite preparet cõsecret sumat et perficiat.

Si vero post consecrationem sanguinis recordetur aquam non posuisse in calice missam more solito compleat caueatque ne infra calicem sacrum aquam effundat.

Si aquam solam super quã verba consecrationis errore protulit et putans calicem esse rite preparatũ sumpserit. accipiat hostiam nouam quam consecret et preparet calicem. ponendo vinũ et aquã more solito consecret et perficiat.

Mr pceptũ de perfectiõe sacramẽti maius est q̃ preceptũ quod sacramẽtũ a ieiunis conficiatur et sumatur.

Si sacerdos post sumptionem sacramenti species euomuerit debet vomitus ille cremari et cineres iuxta altare recondi.

Non est consecratũ vinũ per immissionem partis hostie consecrate in ipsum quod facit ecclesia die veneris sancta.

Si de sanguine supra corporale aut aliud ornamentum seu vestimentũ ceciderit: pars illa abscin-

datur ꝛ in loco reliquiarum serue tur prius tamen quantū fieri po- terit sacramētum extrahatur. ve- stimentum abluatur. et ablutio a sacerdote sumatur.

Si vero super terram lapidē vel lignū de sanguine ceciderit: lingē- dus extergendus et radēdus est lo cus ille et puluis in sacro loco re- ponendus Quod si de corpore chri sti super vestimentum aliquod ce- ciderit nō scindatur sed abluatur et a ministro sumatur vel lamba tur et osculetur.

Si per negligētiā euenerit quod absit: ꝙ sacerd. missam celebrans panem aut vinum oblitus fuerit cū hoc cognouerit si hostia defue- rit. assumat aliam ꝛ mittat illam super corporale et incipiat conse- crationē ibi. Qui pridie ꝙ paterek.

Si vero vinum quod debet conse crari defuerit. cū hoc cognouerit mittat illud in calicē. ꝛ incipiat cō secrationē ibi. Simili modo post- eaꝙ cenatum est. vsqꝫ in finem.

Si cum aqua tātum celebrari cō tigerit cū hoc cognouerit. mittat vinum in calicem. et incipiat sicut supradictum est ibi. Simili modo si celebrauerit cum vino sine aqua cum cognouerit: ponat aquam in vinum consecratum ꝛ incipiat ibi Oremus preceptis salutaribꝰ mo niti. et dicat orationem dominicā Et libera nos quesumus.

Si vero perlecto canone et pera- cta consecratione nec vinum nec aqua reperiantur statim debet in fundi vtrunqꝫ. et sacerdos reiteret ibi. Simili modo vsqꝫ in finem ita tamen ꝙ illas duas cruces obmit tat que fiunt super panem.

Si de vino sine aqua fiat cōsecra tio. reputabitur sacramentum.

¶ Pauca hec a doctoribus sacris extracta sūt que si nō sufficiant in ipsis doctorū scriptis poterūt alia inquiri et inuestigari.

¶ Absolutum est hoc preclarū in- signis ecclesie Antissiodorēsi Mis sale presbyteris eiusdem ecclesie non modo vtile verum et necessa- riū a plerisqꝫ mēdis nuper purga- tū et pristine integritati restitutū. Additis missis deuotissimis nun- ꝙ antea impressis. Excussum qui dem Parisys in officina libraria honesti viri Nicolai preuost. Ere et impensis honestorum bibliopo larū Petri roffet / Hērici pacquot ꝛ predicti Nicolai preuost. Et apud eosdē venale reperitur in vico no- uo nostre domine ante edes sācte Genouefe de miraculis ardentiū Ad intersignium Falcarij: et san cti Johānis euangeliste Et in via iacobea sub signo diui Georgij.



